Cartæ

et

Alia Munimenta

quæ ad

Dominium de Glamorgancia

pertinent.

VOL. III.

Circ. MCCLXXI—MCCCXXXI.

Talygarn, 1910.

Cardiff:
PRINTED BY WILLIAM LEWIS, DUKE STREET.
MDCCCCX.

Pages 713 to 1176.

Charters DCLV to DCCCCLI.

DCLV.

DAVID, SON OF ROGER, AND SIBIL, DAUGHTER OF JOHN, OF LLANTWIT, GRANTS LAND IN LLANTWIT TO JOHN, SON OF JOHN SON OF WILLIAM.

[ADD. CHARTER, 24,268.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego DAVID filius ROGERI de LANDILT' et ego SIBILLA filia JOHANNIS de LANDELWIT de mero consensu nostro et spontanea voluntate nostra dedimus et concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus JOHANNI filio JOHANNIS filii WILLELMI de LANDILT' duas acras et dimidiam terre arabilis cum pertinenciis suis de libero tenemento nostro de LANDELWIT scilicet que jacent continue inter terram PETRI fratris dicti JOHANNIS quam tenet de nobis in parte australi et terram quam ELENA de LANDELWIT tenuit nomine dotis in parte boriali quarum unum caput tendit versus orientem super divisam inter tenementum nostrum et tenementum RICARDI filii THOME ALBERD et reliquum caput tendit versus occidentem super rivulum qui descendit de SNYPEDRILLE versus fontem de LANDELWIT. Tenendum et habendum de nobis et heredibus nostris dicto JOHANNI et heredibus suis vel assignatis libere et quiete bene et in pace jure hereditario inperpetuum. Reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris dictus JOHANNES et heredes sui vel assignati duos denarios argenti videlicet ad Pascha unum denarium et ad festum Sancti MICHAELIS unum denarium pro omnibus serviciis querelis auxiliis sectis exactionibus et omnimodis quibuscumque demandis. Dedimus etiam et concessimus dicto JOHANNI et heredibus suis vel assignatis marlam sufficientem de magna marlera nostra ad dictam terram marliandam. Pro hac autem nostra donatione et concessione et carte nostre confirmatione dedit nobis dictus JOHANNES in urgenti negotio nostro et communi voluntate nostra duas marcas et dimidiam premanibus in ingressum. Et nos DAVID et SIBILLA et heredes nostri dictas duas acras et dimidiam cum marla et aliis pertinentiis suis ut supra dictum est dicto JOHANNI et heredibus suis vel assignatis contra omnes homines

et feminas warentizabimus acquietabimus et defendemus inperpetuum. Et ut hec nostra donacio et concessio et carte nostre confirmacio certum et plenum robur optineat presentem cartam sigillorum nostrorum munimine roboravimus. Hiis testibus . domino ROBERTO le VEL . tunc vicecomes de GLAMORGAN . WILLELMO THUSARD . JOHANNE filio PETRI . HAMUNDO LACHAM . RICARDO filio THOME ALBERD . HUGONE SYGIN . GILBERTO de LANDELWIT . et multis aliis.

DCLVI.

GRANT BY MAURICE YSAAC OF LANDOCH OF LAND AT COGANESMOR TO MARGAM ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 D. 24.] MIDDLE OF 13TH CENT.

Sciant presentes et futuri quod ego MAURICIUS YSAAC de LANDOCH pro salute anime mee et uxoris mee antecessorum et successorum meorum dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in liberam et perpetuam elemosinam totum mariscum meum qui vocatur COGANESMOR cujus unum capud extendit se in longitudine a parte orientali super la SLYME qui vocatur BRODESLYME . alterum capud extendit se super gurgitem qui vocatur SAMMELISWERE a parte australi . in latitudine jacet inter mariscum qui vocatur PENNARDISMOR a parte boreali et gurgitem qui vocatur LA NIWERE a parte meridionali. Habendum et tenendum de me et heredibus meis predicti religiosi libere quiete integre bene et pacifice imperpetuum. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis vel assignatis meis prenominati religiosi octo solidos sterlingorum tantummodo ad festum Sancti JOHANNIS BAPTISTE pro omnibus serviciis herietis wardis releviis et sectis curiarum et omnibus secularibus demandis qualitercumque contingentibus. Ego vero dictus MAURICIUS YSAAC et heredes mei prefatis religiosis de MARGAN totum predictum mariscum contra omnes homines et feminas warantizabimus acquietabimus et in perpetuum defendemus. Ut autem hec mea donacio concessio et

hujus presentis carte mee confirmacio rata stabilis et illesa permaneat hanc cartam sigilli impressione roboravi. Hiis testibus . domino Reymundo de Sulie . domino Johanne Walensi militibus . Johanne de Wyncestria . Ricardo de Nerber . Roberto de Cantelou . Petro de Lanhaske . et multis aliis.

A round seal, ⅝in. diam., in dark green wax. Device, a lion dormant upon a rose.

Legend—' + s'. maurich de landoch.'

DCLVII.

ADAM, SON OF PHILIP ALEXANDER OF LANDOGH, GRANTS LAND IN THE FEE OF LANDOGH TO ALEXANDER, SON OF MAURICE OF LANDOGH.

[Add. Charter, 24,269.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego Adam filius et heres Philippi Alexandri de Landoch assensu et voluntate Alicie matris mee ac spontanea voluntate mea dedi concessi et imperpetuum pro me et heredibus meis quietum clamavi et presenti scripto confirmavi Alexandro filio Maurich de Landogh et Cristine matri sue pro quinque solidos esterlingorum quos mihi et matri mee dederunt premanibus totum jus et clamium quod habui vel aliquo modo habere potui racione hereditatis predicti Philippi patris mei in tota terra illa cum pertinenciis et libertatibus suis quam predicti Alexandrus et Cristina tenent de hereditate quondam Walteri Tilly avunculi mei filii Alexandri de Landogh qui quondam eam tenuit de domino abbate et conventu de Theokesburia in feodo de Landogh. Tenendam et habendam dictam terram cum suis pertinenciis et libertatibus predictis Alexandro et Cristine et eorum heredibus vel assignatis aut quibuscunque eam dare vendere legare vel aliquo alio modo assignare voluerint libere quiete bene et in pace sine omni reclamacione mei aut heredum meorum imperpetuum. Reddendo et faciendo inde annuatim capitali domino feodi debitum

redditum et servicium consuetum de dicto tenemento . et MILONI de REGNY et heredibus suis vel assignatis unum denarium argenti annuatim in festo Sancti MICHAELIS pro omni servicio seculari exactione et demanda. Quod ne in posterum devocetur in dubium huic presenti scripto sigillum meum una cum sigillo predicte ALICE matris mee est appensum. Hiis testibus . WALTERO de REIGNY . PHILIPPO PAEN . WALTERO de COGAN . PHILIPPO THURGOD . THOMA LONGO . ROBERTO le FLEMISH . et aliis.

Two small seals, green wax.

(1) Round: a quatrefoil.

'+ S' ADE . FIL' . PH'I.'

(2) Pointed oval: an ornamental fleur-de-lis.

'. . . . . . ROMBRVGE.'

The name Alexander occurs both as a Christian and surname, but in the latter capacity belongs to no considerable family. It occurs frequently in the Charters, but not with sufficient clearness to be collected into a pedigree.

DCLVIII.

ADAM, SON OF PHILIP ALEXANDER OF LLANDOGH, GRANTS LAND IN LANDOGH FEE TO STEPHEN DE ST. HILLARY.

[ADD. CHARTER, 24,270.]

Sciant presentes quod ego ADAM filius et heres PHILIPPI ALEXANDRI de LANDOGH assensu et voluntate ALICIE matris mee ac spontanea voluntate mea dedi concessi et imperpetuum pro me et heredibus meis quietum clamavi et presenti scripto confirmavi STEPHANO de SANCTO HILLARIO pro septem solidis et sex denariis esterlingorum quos michi et matri mee dedit premanibus totum jus et clamium quod habui vel aliquo modo habere potui racione hereditatis predicti PHILIPPI patris mei in tota terra illa cum pertinentiis et libertatibus suis quam WALTERUS TILLY avunculus meus filius ALEXANDRI de LANDOGH quondam tenuit de domino abbate et conventu de THEOKESBURIA in feodo de LANDOGH.

Tenendam et habendam dictam terram cum suis pertinenciis et libertatibus predicto STEPHANO et suis heredibus vel assignatis aut cuicunque et quandocunque eam dare vendere legare vel aliquo modo assignare voluerit libere quiete bene et in pace sine omni reclamatione mei aut heredum meorum imperpetuum. Reddendo et faciendo inde annuatim capitali domino feodi debitum redditum et servicium consuetum de dicto tenemento, et MILONY de REGNY et heredibus suis vel assignatis unum denarium argenti in festo Sancti MICHAELIS pro omni servicio seculari exactione et demanda. Quod ne in posterum devocetur in dubium huic presenti scripto sigillum meum una cum sigillo predicte ALICIE matris mee est appensum. Hiis testibus . WALTERO de REIGNI . PHILIPPO PAEN . WALTERO de COGAN . PHILIPPO THURGOD . THOMA LONGO . NICHOLAO de PENNARD . RICARDO RUMBOLD . ROBERTO le FLEMISH . et aliis.

Two small seals as before. The second bears in this case the full legend: '+ S' . ALIZ . DE . PROMBRVGE.'

DCLIX.

ADAM, SON OF PHILIP ALEXANDER, QUIT-CLAIMS HIS RIGHTS OF LAND IN LANDOGH FEE TO YSAAC DE LANDOGH.

[ADD. CHARTER, 24,273.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego ADAM filius et heres PHILIPPI ALEXANDRI de LANDOGH assensu et voluntate ALICIE matris mee ac spontanea voluntate mea dedi concessi et imperpetuum pro me et heredibus meis quietum clamavi et presenti scripto confirmavi YSAAC de LANDOGH pro septem solidos et sex denarios esterlingorum quos mihi et matri mee dedit premanibus totum jus et clamium quod habui vel aliquo modo habere potui ratione hereditatis predicti PHILIPPI patris mei de tota terra illa cum pertinenciis et libertatibus suis quam predictus YSAAC de LANDOGH tenet de hereditate quondam WALTERI TILLY avunculi mei filii ALEXANDRI de LANDOGH quam WALTERUS TILLY

avunculus meus quondam tenuit de domino abbate et conventu de THEOKESBURIA in feodo de LANDOGH. Tenendam et habendam et dictam terram cum suis pertinenciis et libertatibus suis predicto YSAAC et heredibus et assignatis suis aut cuicunque et quandocunque eam in toto vel in parte dare vendere legare assignare vel aliquo modo alienare voluerit in quocumque statu fuerit vite sue libere quiete bene et in pace sine omni reclamatione mei aut heredum meorum imperpetuum. Reddendo et faciendo inde capitali domino feodi debitum redditum et servicium consuetum de dicto tenemento et MILONI de REIGNI et heredibus suis vel assignatis unum denarium argenti in festo Sancti MICHAELIS annuatim pro omni servicio seculari exactione et demanda. Quod ne in posterum devocetur in dubium huic presenti scripto sigillum meum una cum sigillo predicte ALICIE matris mee est appensum. Hiis testibus WALTERO de REIGNI . PHILIPPO PAEN . WALTERO de COGAN . PHILIPPO TURGOD . THOMA LONGO . RADULPHO LUDE . RICARDO RUMBOLD et aliis.

Seals wanting.

DCLX.

ALEXANDER DE LANDOGH GRANTS LAND IN LANDOGH TO WILLIAM THURGOTH, IN FREE MARRIAGE WITH HIS SISTER YSOUDA.

[ADD. CHARTER, 24,276.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego ALEXANDER de LANDOCH dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi WILLELMO THURGOTH unam dimidiam acram terre arabilis cum suis pertinenciis de libero tenemento meo in feodo de LANDOCH cum YSOUDA sorore mea in liberum maritagium que quidem dimidia acra jacet in campo apud LANKETON medietas vero illius dimidie acre tota circuitur terra YSAAC de LANDOCH parte quod caput boriale extenditur ad terram HOWELI THURGOTH altera medietas simili modo circuitur terra ejusdem YSAAC preter quod caput australe extenditur ad terram sanctuarii ecclesie de LANDOCH. Habendam

et tenendam dictam dimidiam acram sibi et heredibus suis quos de dicta YSOUDA suscitaverit de me et heredibus meis vel assignatis libere quiete bene pacifice integre jure hereditario sine omni calumpnia et diminutione inperpetuum. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis vel assignatis ipse et heredes sui vel assignati tres obolos ad festum Sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis releviis herietis sectis curiarum wardis talleagiis consuetudinibus exactionibus et omnimodis demandis secularibus. Si vero dicta YSOUDA soror mea sine heredibus de proprio corpore vel certo assignato decesserit tota dicta dimidia acra ad me et ad heredes meos sine omni impedimento revertetur. Ego vero dictus ALEXANDER et heredes mei predictam dimidiam acram dicto WILLELMO et heredibus suis quos de dicta YSOUDA ut dictum est procreaverit contra omnes homines et feminas warentizabimus acquietabimus et defendemus inperpetuum. Et ut hac mea donatio concessio et presentis carte mee confirmatio robur perpetue firmitatis optineat huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus MILONE de REYNI . WALTERO de REYNI . WALTERO de COGAN . RICARDO filio GALFRIDI . THOMA de LANDOCH et aliis.

DCLXI.

CECILIA, DAUGHTER OF ALEXANDER DE LANDOCHE, GRANTS LAND IN LANDOGH FEE TO WALTER PIKET.

[ADD. CHARTER, 24,277.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego CECILIA filia ALEXANDRI de LANDOCHE vendidi concessi [et] dimisi unam acram terre arabilis cum pertinentiis suis WALTERO PIKET et duos denarios redditus annui pro viginti solidis sterlingorum mihi premanibus pacatis. Que acra jacet in feodo de LANDOCHE aput LANGETUNE et jacet inter terram quam ISSAC de LANDOCHE emit de me et terram quam dictus WALTERUS emit de me cujus acre caput boreale extenditur usque ad terram quam PHILIPPUS THURGOD emit de WALTERO KUNAN et caput ejus australe extenditur versus ad terram ALEXANDRI filii MAURICII quorum et duorum denariorum

redditus annui unum denarium ISSAC de LANDOCH solvit annuatim in festo Sancti MICHAELIS mihi pro terra quam de me emit. Et unum obolum dictus ALEXANDER filius MAURICII solvit mihi annuatim scilicet in festo Sancti MICHAELIS pro terra quam ipse emerat de me et unum obolum dictus WALTERUS PIKET solvere mihi annuatim ad festum Sancti MICHAELIS consuevit pro terra quam ipse de me tenuit. Et in supra totum jus quod in dicta acra cum suis pertinenciis et in dictis duobus denariis redditus annui habui vel habere potui seu habere potero aliqua lege vel ratione me contingente eidem WALTERO et heredibus suis vel assignatis suis pro me et pro heredibus meis sine ullo retinemento quietum clamavi inperpetuum. Habendam et tenendam sibi et heredibus suis vel assignatis suis de domino priore ecclesie beate MARIE de KARDIF et successoribus suis libere quiete bene integre pacifice sine gravamine inperpetuum. Reddendo inde annuatim dicto domino priori et successoribus suis tres denarios scilicet ad festum Sancti JOHANNIS BAPTISTE tres obolos ad festum Sancti MICHAELIS tres obolos pro herieto relevio auxilio secta curie pro omni servicio seculari exactione consuetudinibus et omnimodis demandis que de terra exiguntur vel exigi poterunt. Ego vero predicta CECILIA et heredes mei vel assignati mei dictam acram terre et dictos duos denarios redditus annui dicto WALTERO PIKET et heredibus suis vel assignatis suis pro predicta pecunia mihi premanibus pacata per predictum redditum annuum trium denariorum contra omnes homines et feminas inperpetuum warentizabimus et defendemus. Ut autem hec mea vendicio concessio quieta clamatio inperpetuum perseveret presenti scripto sigilli [mei] impressionem apposui. Hiis testibus WALTERO de RENNY . MILONE de RENNY . PHILLIPO THURGOD . WALTERO de COGAN . ALEXANDRO filio MAURICII . HENRICO presbitero . STEPHANO presbitero . ROBERTO FLAMMING et aliis.

DCLXII.

QUIT-CLAIM BY THE SAME CECILIA OF PART OF A CURTILAGE IN LANDOGH TO WALTER SON OF WALTER PIKET.

[Add. Charter, 24,278.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego Cecilia filia Alexandri de Landoghe vendidi concessi et pro me et pro heredibus meis quietum clamavi totum jus quod habui vel habere potui aliqua lege vel ratione in tertia parte curtilagii quod Alexandri predicti patris mei fuit in villa de Landoghe in quatuor acris terre arabilis et dimidia acre terre in uno quarterio unius acre arabilis et in tertia parte unius quarterii unius acre prati quod scilicet quarterium prati fuit dicti Alexandri cum omnibus pertinentiis suis Waltero Pichet filio scilicet Walteri Pichet pro quadraginta solidis sterlingorum mihi premanibus donatis. Quarum una dimidia acra jacet loco vocato Voi lond inter terram Issac de Landoghe et terram Alexandri filii Maurich de Landoghe cujus dimidie acra caput orientale extenditur usque ad terram Henrici de Anglia et caput ejus occidentale extenditur usque ad feodum de Denaspowis. Et due et dimidia acre de predictis jacent apud Langheton inter terram quam Issac de Landoghe habuit aliquando ad firmam de me ex parte una et terram quam Johannes Bubbe habuit ad firmam de me. Quarum caput boreale extenditur usque ad terram Walteri Kunan et caput australe usque ad terram scilicet pratum quondam Alexandri et una dimidia acra jacet inter terram Henrici Thome ex parte una et terram quam dictus Alexander filius Maurich et Issac habuerunt de me ad firmam et una dimidia acra jacet in Voi lond inter terram Alexandri quondam et terram quam dictus Alexander filius Maurich et Issac habuerunt ad firmam de me cujus dimidie acre caput orientale extenditur usque ad terram Henrici de Anglia et caput occidentale usque ad terram Johannis de Landoghe et una dimidia acra jacet loco nominato Morewych Slad inter latam viam qua itur de Kardif aput Cogan et terram prioris ecclesie beate Marie de Kaerdif. Et

dictum quarterium terre jacet in capite boreali prati quod fuit quondam dicti ALEXANDRI quod scilicet ISSAC habuit ad firmam de me. Habendum et tenendum dicto WALTERO et heredibus suis sive assignatis suis de domino priore ecclesiae beate MARIE de KAERDIF qui pro tempore fuerit libere quiete bene pacifice integre sine gravamine. Reddendo inde annuatim dicto domino priori qui pro tempore fuerit quindecim denarios videlicet ad festum Sancti MICHAELIS septem denarios et obolum et ad Pascha septem denarios et obolum pro omni servicio seculari exactione consuetudinibus et omnimodis demandis. Et quia volo quod hec mea venditio concessio et quieta clamatio inperpetuum perseveret presenti scripto sigilli mei impressionem apposui. Hiis testibus . domino WALTERO de RENNY . STEPHANO de BAGETRIFF . NICOLAO de PENNARTH . ROBERTO GODARD . RICARDO CRISPO . WALTERO de COGAN . PHILIPPO THURGOD . ALEXANDRO filio MAURICII de LANDOGHE . ROBERTO FLEMIS et aliis.

Imperfect seal.

DCLXIII.

GRANT BY THE SAME CECILIA TO THE SAME WALTER PIKET.

[ADD. CHARTER, 24,279.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego CECILIA filia ALEXANDRI de LANDOGHE dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi WALTERO PIKET filio WALTERI PIKET pro quadraginta solidis sterlingorum mihi premanibus donatis tertiam partem curtilagii quod fuit ALEXANDRI patris mei in villa de LANDOGHE et quatuor acras terre arabilis dimidiam acram terre unum quarterium unius acre arabilis et tertiam partem unius quarterii unius acre prati quod scilicet quarterium prati fuit dicti ALEXANDRI quarum acrarum predictarum una dimidia acra jacet in loco qui vocatur VOLLOND inter terram ISSAC de LANDOGHE et terram ALEXANDRI filii MAURICII de LANDOGHE cujus dimidie acre caput orientale

extenditur usque ad terram HENRICI de ANGLIA et caput ejus occidentale extenditur usque ad feodum de DENASPOWYS. Et due acre et dimidia acra jacent apud LANGETON inter terram quam ISSAC de LANDOGHE habuit aliquando ad firmam de me ex parte una et terram quam JOHANNES BUBBE habuit ad firmam de me quarum duarum acrarum et dimidie caput borreale extenditur usque ad terram WALTERI KONAN et caput australe usque ad pratum ALEXANDRI. Et una dimidia acra jacet inter terram HENRICI THOME ex parte una et terram quam dictus ALEXANDER filius MAURICII et ISSAC habuerunt ad firmam de me. Et una dimidia acra jacet scilicet in VOT LOND inter terram quondam ALEXANDRI et terram quam dictus ALEXANDER filius MAURICII et ISSAC habuerunt ad firmam de me cujus dimidie acre caput orientale extenditur ad terram HENRICI de ANGLIA et caput occidentale usque ad terram JOHANNIS de LANDOGHE. Et una dimidia acra jacet in loco appellato MOREWITHE STLAD inter latam viam qua itur de KAERDIF apud COGAN et terram prioris ecclesie beate MARIE de KAERDIF. Et dictum quarterium terre jacet in parte boreali prati quondam ALEXANDRI quod scilicet ISSAC habuit ad firmam de me. Habendum et tenendum dicto WALTERO PIKET filio WALTERI PIKET et heredibus suis vel assignatis suis vel cui in extremis legaverit de me et heredibus meis vel assignatis meis libere quiete bene pacifice integre sine gravamine. Reddendo inde annuatim michi et heredibus vel assignatis meis unum obolum ad festum Sancti MICHAELIS et domino priori predicto vel cui pro tempore fuerit quindecim denarios videlicet septem denarios et obolum ad festum Sancti MICHAELIS et septem denarios et obolum in festo nativitatis Sancti JOHANNIS BAPTISTE pro herieto releviis auxilio secta curie pro omni servicio seculari exactione consuetudinibus et omnimodis demandis que de terra exiguntur vel exigi poterunt. Ego vero predicta CECILIA et heredes mei vel assignati mei predictam tertiam partem dicti curtilagii dictas quatuor acras terre dimidiam acram predictam dictum quarterium unius acre et dictam tertiam partem unius quarterii unius acre prati cum pertinentiis dicto WALTERO et heredibus suis vel assignatis vel cui in extremis legaverit per predictum annuum

[redditum] contra omnes homines et omnes feminas warentizabimus acquietabimus et defendemus. In cujus rei testimonium presenti scripto sigilli mei impressionem apposui. Hiis testibus . domino WALTERO de RENNY . STEPHANO de BAGGETRIPE . HUEL de PENNARTH . ROBERTO GODARD . RICARDO CRISPO . PHILIPPO THURGOOD . ALEXANDRO filio MAURICII de LANDOGHE . ROBERTO FLEMIS et aliis.

DCLXIV.

CECILIA, RELICT OF GEOFFREY PAGE, GRANTS A MANSE IN THE MANOR OF LANDOGH TO YSAAC DE LANDOCH.

[ADD. CHARTER, 24,280.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego CECILIA relicta GALFRIDI PAGE in ligea viduetate mea dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi YSAAC de LANDOCH filio AUGUSTINI unum mansum cum curtillo et quinque acras terre et duas partes unius quarterii de una acra prati cum omnibus pertinentiis suis infra manerium de LANDOCH. Quod quidem mansum cum predicto curtillo in villa de LANDOCH et quatuor acre terre cum predicto prato jacent aput LANKETONE et se extendunt ad fossam le COGAN. Et una predicta acra terre jacet in territorio quod vocatur VOT LONDE juxta tunc terram predicti YSAAC ex parte boreali et terram ALEXANDRI filii MAURICII de LANDOCH ex parte australi. Habenda et tenenda de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre et hereditarie et sine omni gravamine in viis semitis aquis pasturis communis aisiamentis et in omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus sicut dictum tenementum unquam melius vel liberius tenui vel de jure tenere potero vel habere. Reddendo inde annuatim ipse et heredes sui vel assignati sui pro me et heredibus meis priorati beate MARIE de KARDIF quindecim denarios argenti videlicet ad nativitatem Sancti JOHANNIS BAPTISTE septem denarios et obolum et ad festum Sancti MICHAELIS septem denarios et obolum, et mihi et heredibus meis ad festum Sancti MICHAELIS unum denarium argenti ad ostium ecclesie de

LANDOCH pro omnibus serviciis quereis sectis curiarum herietis wardis releviis auxiliis escaetis et pro omnibus aliis secularibus demandis. Pro hiis autem donacione concessione et hujus presentis carte mee confirmatione predictus YSAAC mihi dedit premanibus tres solidos argenti in recognitione et mihi quiete remisit sexaginta et unum solidos argenti quos sibi debui per scriptum meum. Ego vero predicta CECILIA et heredes mei predicto YSAAC et heredibus suis vel assignatis suis totum predictum tenementum cum predictis manso et curtillo et cum omnibus pertinentiis suis prenominatis pro predictis redditibus secundum formam in omnibus prescriptam inperpetuum warantizabimus defendemus et adquietabimus. Et ut hec mea donacio concessio et hujus presentis carte mee confirmacio rate et stabiles in posterum permaneant huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus . WALTERO de REINGNY . PHILIPPO THURGOUD . WALTERO de COGAN . ALEXANDRO filio MAURICII . PHILIPPO filio ELIE . PETRO le FRANC . THOMA THURGOUD . et multis aliis.

DCLXV.

PHILIP THURGOD GRANTS TO HIS SON WILLIAM A MANSE IN LANDOWSSE [LANDOGH].

[ADD. CHARTER, 24,284.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego PHILIPPUS THURGOD dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi WILLELMO filio meo quoddam mansum cum curtilagio jacens in australi parte cimiterii de LANDOWSSE pro servicio suo. Tenendum et habendum pro me et heredibus meis vel assignatis sibi et heredibus suis vel suis assignatis libere quiete pacifice integre et hereditarie sine aliquo retenemento mei vel meorum in perpetuum. Reddendo inde annuatim ipse et heredes sui vel assignati unum denarium argenti WALTERO de REYNI heredibus suis vel suis assignatis et capitali domino de LANDOWSSE qui pro tempore fuerit IIIJ^d ad festum Sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis querelis consuetudinibus

sectis curie et omnibus aliis secularibus demandis salvo tamen dicto WALTERO de REGNI et heredibus suis vel assignatis xij^d pro herieto quando acciderit. Et quia volo quod hec mea donacio et concessio et hujus presenti carte meo confirmacio rate et stabiles imperpetuum permaneant huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus. WALTERO de REGNI. ALEXANDRO de LANDOWSE. THOMA LONGO de eadem. WALTERO EUDAS. WALTERO de COGAN et multis aliis.

DCLXVI.

WALTER, SON OF HENRY COCH, GRANTS LAND IN LANDOGH FEE TO WALTER PIKET.

[ADD. CHARTER, 24,285.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego WALTERUS filius HENRICI COCI dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi pro una marca sterlingorum mihi in ingressu donata WALTERO PIKET duas acras terre arabilis in feodo de LANDOGHE cum pertinentiis suis quarum duarum acrarum una acra preter unam per[ti]catam jacet a parte orientali terre LUCE de LANDOCH et a parte occidentali terre meo cujus acre excepta una per[ti]cata caput aquilonale extenditur ad magnam viam qua itur de COGAN aput KAERDIF et caput ejus australe extenditur usque ad terram ISAAC de LANDOCHE et caput illius acre predicte una per[ti]cata excepta jacet una dimidia acra scilicet intra terram meam et terram dicti ISAAC et una dimidia acra et una per[ti]cata jacent intra terram meam et rivulum qui dividit feodum de MICHEILESTOWE et feodum de LANDOCHE et caput orientale ipsius dimidie acre cum una per[ti]cata prenominata extenditur ad terram JOHANNIS THURGOD et caput ejus occidentale extenditur ad terram EUDOS de LANDOCHE que vocatur STLAD AKER. Habendas et tenendas dicto WALTERO PIKET et heredibus suis sive assignatis suis vel cui illas duas predictas acras in extremis legare voluerit de me et heredibus meis vel assignatis meis libere quiete bene pacifice sine gravamine et absque

calumpnia mei et meorum inperpetuum. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis sive assignatis meis quatuor denarios videlicet ad festum nativitatis beati JOHANNIS BAPTISTE duos denarios et ad festum Sancti MICHAELIS duos denarios pro auxilio herieto relevio secta curie pro omni servicio seculari exactione consuetudinibus et omnimodis demandis que de terra exiguntur vel exigi poterunt. Ego vero predictus WALTERUS COCUS filius HENRICI COCI et heredes mei vel assignati mei predictas duas acras terre cum pertinentiis suis dicto WALTERO et heredibus suis sive assignatis suis vel cui eas in extremis legare voluerit contra omnes homines et omnes feminas inperpetuum warentizabimus acquietabimus et defendemus. Et quia volo quod hec mea donatio concessio et carte presentis confirmacio robur firmitudinis optineant hoc presens scriptum sigilli mei impressione munivi. Hiis testibus . domino WALTERO de RENNY . PHILIPPO THURGOD . ALEXANDRO filio MAURICII . THOMA THURGOD . ISAC . MAURICIO FLEMMISSE . WILLELMO ALBO et aliis.

Small round seal, green wax: a fleur-de-lis.

'+ S' WALTERI . COCI.'

DCLXVII.

CRISTINA, WIDOW OF MAURICE DE LANDOCH, GRANTS LAND IN THE FEE OF PENNARD TO HER DAUGHTER ALICE.

[ADD. CHARTER, 24,295.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego CRISTINA relicta MAURICII de LANDOCH in pura viduetate mea et in legia potestate mea dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi ALICIE filie mee quatuor acras terre arabilis et tres partes unius acre prati cum pertinentiis in feodo de PENNARD per easdem metas et habundas (*sic*) per quas ego dictam terram unquam melius plenius liberius tenui. Tenendum et habendum dictam terram pro me et heredibus meis vel assignatis sibi et heredibus suis vel assignatis libere quiete bene pacifice integre jure

hereditario inperpetuum. Reddendo inde annuatim ipse et heredes sui vel assignati mihi et heredibus meis vel assignatis quinque denarios ad festum beati Michaelis pro omnibus serviciis releviis herietis sectis curie exactionibus consuetudinibus et demandis secularibus. Ego vero dicta Cristina et heredes mei vel assignati dictum tenementum dicte Alicie et heredibus vel assignatis suis warentizabimus acquietabimus et defendemus inperpetuum. Et ut hec mea donatio concessio et presentis carte mee confirmatio robur perpetue firmitatis optineant huic presenti scripto sigillum meum apposui. His testibus. Waltero de Reyni. Milone de Reyni. Willelmo Elizandre. Philippo Thurgod. Ricardo filio Galfridi. et aliis.

[illegible] of the original manor. The Charter is one of twenty-one, of which only one is dated, being 1272. Nearly the whole of these are from the De Regny documents. The number of freeholders seems to have been considerable, and De Regny was probably the lord of the fee, within which he was evidently anxious to increase his property. Among the landowners occur the names of Pain, no doubt of Cefn-tre-payn in St. Fagans, St. Hillary, Cogan, Thurgod, Flemish, Long, Pickett, Godard, Crispin, Bagtrippe (Bawdrippe), Wyte, Bonville, Bassett of Beaupre, Sumeri, Barry, Cantelupe, De Gloucester, and Ayleward; also of the Abbots of Tewkesbury and that of the Prior of St. Mary in Cardiff. The parish church of St. Dogwin [DCLXXXV.] still remains. Some of its work is Norman, and in the churchyard is a basket-carved upright stone. The following pedigree is deduced from the Charters:—

Alexander, who held Landoch of Tewkesbury Abbey.

[illegible] — Philip Alexander=Alicia, widow. — Maurice=Cristina.

Adam of Landoch, son and heir. — [illegible]. — Walter Thurgot=Ysonda.

Geoffrey Page=Cecilia, widow. — Philip Thurgot.

Walter Thurgot.

DCLXVIII.

ADAM, SON OF ADAM YSAAC, GRANTS A RENT CHARGE IN DINAS POWYS TO MILO DE REGNY.

[Add. Charter, 24,255.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego Adam filius Ade Ysaac de Dinaspowis dedi concessi et h. p. c. m. conf. ac pro me et heredibus meis inperpetuum quietum clamavi

MILONI de REGNY et heredibus suis et assignatis suis annuum redditum decem denariorum quem recipere consuevi de ADA DANYEL pro tribus acris terre arabilis et dimidia acra prati quas tenet de libero tenemento meo in feodo de DYNAPOWIS quarum una acra jacet in parte occidentali de la WESTBRECHE juxta terram quondam ROBERTI le CHASUR et secunda acra extendit se ad fontem qui vocatur YSAACKESWELL ad unum capud in parte occidentali et tercia acra jacet in australiori BRECHE unde unum capud extendit se ad GRICE SCLADE in parte australi et dimidia acra prati jacet apud PULKIRI. Tenendum et habendum predictum redditum cum omnibus escaetis que inde possint provenire dicto MILONI et heredibus et assignatis suis ad percipiendum annuatim de dicto ADA DANYEL et heredibus suis ad duos terminos anni videlicet in festo nativitatis beati JOHANNIS BAPTISTE quinque denarios et in festo beati MICHAELIS quinque denarios. Pro hac autem donacione concessione et quieta clamacione remisit mihi et heredibus meis et presenti scripto quietum clamavit predictus MILO pro se et heredibus suis tres acras et dimidiam terre arrabilis quas quondam de me tenuit jacentes in occidentali parte de la BRECHE juxta terram meam. Et ego vero predictus ADAM YSAAC perdonavi et pro me et heredibus meis inperpetuum quietum clamavi dicto MILONI et heredibus et assignatis suis annuum redditum sex denariorum quem mihi solvere solebat pro predictis tribus acris et dimidia terre quas nunc mihi et heredibus meis quietum clamavit et pro una acra prati quam predictus MILO sibi et heredibus et assignatis suis inperpetuum retinet prout testatur in carta inde sibi confecta. Quod ut ratum et stabile inperpetuum permaneat huic presenti carte sigillum apposui. Hiis testibus . WALTERO de REGNY . PHILIPPO PAEN . RICARDO de COGAN . WALTERO de COGAN . WILLELMO filio RICARDI ALEXANDRI . ROBERTO PIKET . RICARDO filio GALFRIDI PETRI et aliis.

Small round seal, green wax : a rosette.

'+ ADE . YSAAC.'

DCLXIX.

ADAM AND JOAN KENE GRANT A MANSE IN DINAS POWYS TO MILO DE REYNI.

[ADD. CHARTER, 24,256.] S.D.

Sciant p. et f. quod nos ADAM KENE de WYLINCTONE et JOHANNA uxor mea filia et heres MASSI le TAILUR de DINAPOWIS dedimus et concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus et pro nobis et heredibus nostris inperpetuum quiete clamavimus totum mansum nostrum cum curtillo cum una acra terre que jacet ad dictum mansum et cum omnibus aliis pertinenciis in DINAPOWIS MILONI de REYNI et heredibus suis vel suis assignatis. Habenda et tenenda omnia predicta pro nobis et heredibus nostris libere quiete pacifice integre hereditarie et sine aliquo retinemento nobis vel heredibus nostris. Reddendo inde annuatim ipse MILO et heredes vel sui assignati capitali domino duodecim denarios ad duos anni terminos videlicet ad festum Sancti MICHAELIS sex denarios et ad festum beati JOHANNIS BAPTISTE sex denarios et in autumpno unum hominem per unum diem ad metendum ad cibum domini pro essciamento habendo infra terram domini sicut liberos tenentes habent in manerio de DINAPOUUIS pro omnibus serviciis querilis (*sic*) sectis consuetudinibus et omnibus aliis secularibus demandis. Nos vero predicti ADAM KENE et JOHANNA uxor mea filia et heres MASSI le TAILLUR et heredes nostri [predicto] MILONI de REYNI et heredibus suis vel eorum assignatis predictum mansum cum curtillo cum quadam [acra terre] et omnibus aliis pertinenciis secundum formam prescriptam inperpetuum warentizabimus acquietabimus et defendemus. Pro hiis autem donacione concessione et carte hujus confirmacione et quieta clamacione predictus MILO nobis dedit premanibus viginti solidos argenti. In hujus rei testimonium huic presenti carte sigilla nostra a[p]posuimus. Hiis testibus. WALTERO de REYNI. WALTERO de CLOUCETRIE. PHILIPPO PAYN. RICARDO de COGAN. JOHANNE de GRENE. JOHANNE de REYNI. PHILIPPO THURGOT. et aliis.

Small round seal, green wax: a fleur-de-lis.

'+ S'. ADE. KENE.'

DCLXX.

ADAM, SON OF YSAAC, GRANTS LAND IN DINAS POWIS, TO WALTER DE RENGNY.

[Add. Charter, 24,257.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego Adam filius Ysaac dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Waltero de Rengny de libero tenemento meo in Dinapoys dimidiam acram prati que jacet in Wygemor unde unum caput tendit se ad rivulum de Pulkiri et alterum caput tendit se versus orientem ad pratum quod Ricardus filius Huberti tunc tenuit. Tenendam et habendam de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre et jure hereditario. Reddendo inde annuatim ipse et heredes sui vel assignati sui mihi et heredibus meis unum denarium in festo beati Michaelis pro omnibus serviciis querelis sectis curiarum et demandis secularibus. Ego autem prenominatus Adam et heredes mei predicto Waltero et heredibus suis vel assignatis suis prefatam acram et dimidiam prati contra omnes homines et feminas inperpetuum warentizabimus et defendemus. Pro hac autem donacione concessione et hac sigilli mei confirmatione dedit mihi predictus Walterus unam marcam argenti. Et ut hec mea donacio concessio et confirmacio rate et stabiles permaneant hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . domino Roberto de Somery . Willelmo Flandrensi . Henrico de Clou[cestri]e . Ada filio Danielis . Willelmo filio Ailwardi . Ricardo filio Alexandri . Willelmo filio Horri et multis aliis.

Small pointed oval seal, green wax: a fleur-de-lis.

'+ SIG . . . . . . AC.'

DCLXXI.

ADAM, SON OF DANIEL BERD, GRANTS LAND IN THE MANOR OF DINAS POWYS TO WALTER DE RENGNY.

[ADD. CHARTER, 24,258.]

Sciant p. et f. quod ego ADAM filius DANIELIS BERD dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi unam acram et dimidiam prati cum pertinenciis suis de libero tenemento meo in manerio de DYNAPOYS WALTERO de RENGNY quod quidem pratum jacet in tribus locis scilicet una dimidia acra jacet juxta pratum quod dictus WALTERUS emit aliquando ADA filio YSAAC VOT. Unum capud extendit se ad rivulum de PULKIRI alterum capud extendit se versus orientem usque ad quandam parvam fossam. Altera dimidia acra jacet juxta pratum tunc WALTERI SEREBERD unde unum capud extendit se ad dictum rivulum de PULKIRI et alterum capud extendit se ad dictam parvam fossam. Tercia vero particula prati jacet in longitudine juxta PULKIRI et vocatur Anglice YE SPLOT. Tenendum et habendum totum predictum pratum cum omnibus pertinenciis suis de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre et hereditarie. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ipse et heredes sui vel assignati sui ad festum Sancti MICHAELIS unum obolum pro omnibus serviciis querelis consuetudinibus sectis curiarum auxiliis releviis herietis et omnibus aliis secularibus demandis. Ego vero predictus ADAM et heredes mei totum predictum pratum cum omn. pertin. suis predicto WALTERO de RENGNY et her. suis vel assig. suis contra omnes h. et f. inperpetuum warentizare acquietare et defendere debemus. Pro hiis donacione concessione et carte mee warantizatione dedit mihi predictus WALTERUS de RENGNY quadraginta solidos esterlingorum premanibus in ingressu. Et ut hec mea donacio concessio et carte mee confirmacio rate et stabiles permaneant hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis

testibus . domino ROBERTO de SOMERY . WILLELMO de RENGNY . RICARDO de COGAN . WALTERO de COGAN . WILLELMO filio AILWARDI . ADA filio ADE . ADA de PENCOTERI et multis aliis.

DCLXXII.

PHILIP SON OF SIMON OF DYNAPOWYS GRANTS LAND IN THE MANOR OF DYNAPOWYS TO WALTER DE RENGNY.

[ADD. CHARTER, 24,259.] S.D.

Sciant p. et f. quod ego PHILIPPUS filius SIMONIS de DYNAPOWYS dedi, etc. . . . . WALTERO de RENGNY unam acram prati cum pertinenciis suis de libero tenemento meo in manerio de DYNAPOWYS. Quod quidem pratum jacet in quodam loco qui vocatur LAN BRUNSTE juxta pratum aliquando WILLELMI filii HURRI. Tenenda et habenda de me et heredibus meis sibi et heredibus suis libere quiete pacifice integre et hereditarie. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ipse et heredes sui vel assignati unam rosam in festo nativitatis beati JOHANNIS BAPTISTE pro omnibus serviciis querelis consuetudinibus sectis curiarum et demandis secularibus. Ego vero predictus PHILIPPUS et heredes mei predictam acram prati cum pertinenciis suis predicto WALTERO de RENGNY et heredibus suis vel assignatis suis inperpetuum contra o. h. et f. w. a. et d. debemus. In hujus rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus . domino ROBERTO de SOMERY . WILLELMO de RENGNY . WILLELMO de BARR[I] . RICARDO de COGAN . ADA de PENCOTERY . WILLELMO filio ALWARDI . ADA filio DANIELIS . et multis aliis.

Small round seal, green wax : a quatrefoil.

'[+ S' .] PH'I . FIL' . SIMONIS.'

DCLXXIII.

WALTER, THE CARPENTER OF DYNAPOYS, GRANTS LAND IN DYNAPOYS, TO WALTER DE RENGNY.

[ADD. CHARTER, 24,260.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego WALTERUS carpentarius de DYNAS POYS dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi WALTERO de RENGNY dimidiam acram prati cum pertinenciis suis de libero tenemento meo in manerio de DYNAPOYS. Que quidem dimidia acra prati jacet in PAPELMORE scilicet inter pratum tunc WALTERI filii DAVID et pratum ELYE filii RICARDI filii PERIS unde unum capud extendit se versus BUGELEYS alterum capud extendit se ad terram WALLENSICAM. Habendam et tenendam de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete integre et hereditarie. Reddendo inde annuatim meo et heredibus meis ipse et heredes sui vel assignati unam rosam ad festum nativitatis beati JOHANNIS BAPTISTE pro omnibus serviciis querelis consuetudinibus sectis curiarum auxiliis releviis herietis et omnibus aliis secularibus demandis. Pro hiis autem donacione concessione et carte mee confirmacione dedit mihi predictus WALTERUS de RENGNY decem solidos sterlingorum in ingressu. Et ego predictus WALTERUS carpentarius et heredes mei prenominatam dimidiam acram prati cum pertinenciis suis predicto WALTERO de RENGNY et heredibus suis vel assignatis suis in perpetuum contra omnes homines et feminas warantizare acquietare et defendere tenemur. Et ut hec mea donacio concessio et carte mee confirmacio rate et stabiles permaneant hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus. Domino ROBERTO de SOMERY. WILLELMO de RENGNY. PHILIPPO le SOR. WILLELMO de BARRY. RICARDO de COGAN. ADA filio DANIELIS. WILLELMO filio AILWARDI. et multis aliis.

Small round seal, green wax: a rosette.

'+ S'. WALTERI. CARPNTI.'

DCLXXIV.

WILLIAM, SON OF CHRISTOPHER THE CHAPLAIN, GRANTS LAND IN THE MANOR OF DINAS POWYS, TO WALTER DE RENGNY.

[ADD. CHARTER, 24,261.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego WILLELMUS filius CHRISTOFORI capellani dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi WALTERO de RENGNY dimidiam acram prati cum pertinenciis suis de libero tenemento meo in manerio de DYNAPOYS. Que quidem dimidia acra cum pertinenciis suis jacet juxta pratum persone Sancti ANDREE de DYNAPOYS scilicet ex parte orientali. Tenendam et habendam de me et heredibus meis vel assignatis meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre et hereditarie. Reddendo inde annuatim michi et heredibus meis vel assignatis meis unam rosam in festo nativitatis beati JOHANNIS BAPTISTE pro omnibus serviciis querelis consuetudinibus sectis curiarum et demandis secularibus. Pro hiis autem donatione concessione et carte mee confirmacione dedit michi predictus WALTERUS de RENGNY decem solidos sterlingorum premanibus in ingressu. Ego vero prefatus WILLELMUS filius CHRISTOFORI et heredes mei vel assignati predictam dimidiam acram prati cum pertinenciis predicto WALTERO de RENGNY et heredibus suis vel assignatis suis inperpetuum contra omnes homines et feminas warantizare acquietare et deffendere debemus. Et ut hec mea donacio concessio et carte mee confirmacio rate et stabiles permaneant hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . domino ROBERTO de SOMERY . WILLELMO de BARRY . RICARDO de COGAN . WALTERO de COGAN . WILLELMO filio ALWARDI . et multis aliis.

DCLXXV.

WALTER DE REYGNI GRANTS LAND IN THE FEE OF DENESPOWIS, OR DINAS POWYS, TO JOHN DE REYGNI.

[ADD. CHARTER, 24,262.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego WALTERUS de REYGNI dominus de MICHELSTOWE dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi JOHANNI de REYGNI unam acram et quartam partem unius acre prati cum pertinenciis in feodo de DENESPOWIS una vero dimidia acra de prato predicto jacet apud LANGESTONE et fuit condam domini CHRISTOFORI capellani et dimidia acra cum tercia parte unius acre jacet in prato quod dicitur PAPLIMOR quod condam OWEN tenuit. Habendum et tenendum de me et heredibus meis vel assignatis sibi et heredibus suis vel assignatis libere quiete bene pacifice integre jure et hereditarie inperpetuum. Reddendo inde annuatim ipse et heredes sui vel assignati dimidiam libram cere ad altare Sancti NICHOLAI et in vigilia ejusdem festi in ecclesia de MICHELSTOWE et Hospitali Sancti JOHANNIS de JERUSALEM pro anima mea et pro animabus antecessorum et successorum meorum tres denarios in die palmarum in ecclesia de MICHELSTOWE duobus parochianis ejusdem ecclesie et quod ipsi solvent dictos tres denarios in die absolutionis dicto Hospitali de JERUSALEM pro omnibus serviciis secularibus et demandis. Et si dictus JOHANNES vel heredes sui vel assignati in solutione dicti redditus terminis prescriptis cessaverit volo quod rector ecclesie de MICHELSTOWE qui pro tempore fuerit possit ingredi possessionem dicti prati omni excepcione remota et contradictione. Et ego vero predictus WALTERUS de REYGNI et heredes mei vel assignati totum predictum pratum cum pertinenciis dicto JOHANNI de REYGNI et heredibus suis vel assignatis contra omnes mortales warentizabimus et inperpetuum defendemus. Ut hec mea donacio concessio et presentis carte mee confirmacio rate stabiles et illese permaneant inperpetuum hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus. PHILIPPO PAYN. WILLELMO GREY. ROBERTO THURGOD. JOHANNE de la GRENE. JOHANNE de COGAN. et aliis.

DCLXXVI.

ACKNOWLEDGMENT BY ROBERT DE COLEWINESTUNE, THAT HE IS BOUND TO PAY TWENTY PENCE YEARLY FOR LAND AT BLAKEBURG TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Universis CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit. ROBERTUS de COLEWINESTUN' salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod ego vel heredes mei tenemur reddere singulis annis domui de MARGAM viginti denarios ad duos terminos . scilicet ad Pascha decem denarios et ad festum Sancti ANDREE decem denarios . pro terra que jacet apud BLAKEBURGHE quam monachi habuerunt ex dono WALTERI de REGNI . Nec dictam terram a dicta domo possumus alienare dare vel vendere sine ipsorum assensu. Et ut premissa firmitatis robur obtineant in perpetuum . presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . WALTERO de SULI . WILLELMO de CLIVEDUN' . THOMAS de HODENET . CLEMENTE clerico . RICARDO FRANCEIS . RICARDO clerico de KENEFEG . et multis aliis.

Pointed oval seal, dark green wax, 1¼in. by ¾in. Device, an escallop.

Legend—'+ S' ROB' DE . COLWINE.'

Endorsed—'Carta Roberti de Colewinestune de viginti denariis.'

DCLXXVII.

GRANT BY WALTER DE REIGNI OF LAND NEAR BLAKEBEREGE TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant p. e. f. quod ego WALTERUS de REIGNI . consilio et consensu uxoris mee et heredum meorum dedi et concessi et hac carta mea confirmavi Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et m. i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et pro anima patris mei et matris mee et

antecessorum et successorum meorum quindecim acras terre arabilis sicut jacent inter BLAKEBEREGE et terram WILLELMI NORREN[SIS] et inter viam que ducit de eadem BLAKEBEREGE ad PENCHOTERICH . et viam que ducit de eodem loco ad LANDHARY. Habendam et in perpetuum in pace possidendam . libere et quiete ab omni servitio et exactione seculari . sicut ulla elemosina liberius et quietius teneri potest. Et ego et heredes mei predictam terram predictis monachis tanquam elemosinam nostram contra omnes homines et feminas warantizabimus in perpetuum. Hiis testibus . domino HENRICO de UMFRAMVILLA . HENRICO de BUDICUME . NICHOLAO tunc decano de LISWRONY . GRIFFINO fratre archidiaconi . OWENO filio OWENI LUG . WILLELMO fratre meo . HUGONE de LANDEFEI . JOHANNES filio ejus . WALTERO et GAUFRIDO monachis de MARGAN . et multis aliis.

Seal, dark green wax, a pointed oval, $1\frac{3}{4}$in. by $1\frac{1}{4}$in. Device, a lily, or ornamental fleur-de-lis.

Legend—' + SIGIL' . WALTERI . DE . REIN'.'

Endorsed—'Carta Walteri de Reygni de xv. acras apud Blakeberihe.' In a later hand—' Q. an Laleston.'

The family of De Reigny, very many of whose records occur among these Charters, is said to have sprung from Rennes in Bretagne. The members possessed Caim-Reyny in Devon and Newton-Reyny in Cumberland, and a branch settled early in Glamorgan, where they had a castle, etc. Wrenchester or Wrinston is in Wenvoe, to which they added by frequent purchases a considerable area of land, some probably acquired from the Umfravilles by a marriage with the [illegible], their co-heirs. They also held the manor of [illegible] or Colwinston, within which Blakeberege seems to have lain, and whence they gave [illegible] acres to Margam, which were held, probably in fee-farm, by the Colwinston family. There is no good De Reigny pedigree [see DCXLV. for what can be deduced from these Charters], but Roger witnessed a De Londres Charter about 1131, and is probably buried at Ewenny. Walter witnessed a [illegible] Charter in 1147, and Joan seems to have been eventually the heiress of the family and to have married Simon de Ralegh of Nettlecombe. Their descendants held Wrenchester for six generations, when about the middle of the fifteenth century Joan de Ralegh carried it to her husband Sir John de Whelleborough of Whelleborough in Cornwall. Their grand-daughter and heiress, Elizabeth Whelleborough, married John Trevelyan, and their son was of Nettlecombe, and, after a vexatious law-suit, of Wrenchester. The Raleghs gave name to Caer Ralegh, now Cwrt-yr-Alla, and to the manor of Llantwit Raleigh, or [illegible].

Wrenchester and other parts of the property were purchased by Sir William Herbert, and descended to the Marquess of Worcester, when the Parliament granted them to the soldiers of Horton's brigade after the battle of St. Fagan's. They were then purchased from both Lord Worcester and the brigade by Colonel Jones, of Fonmon, and long remained in that family.

The introduction of the De Raleigh family into Glamorgan by the reputed marriage of Ela de Reigny, the heiress of Wrenchester Castle, Michaelston-le-Pit, Llantwit, and Llancarvan, with Simon de Raleigh, has already been mentioned under the former family. The Raleighs sprang from Raleigh by Barnstaple, and as retainers of the Earls Mareschal adopted their modified coat of '*gules* a bend fusilly *argent*,' instead of their earlier bearing of 'six crosses crosslet.'

I. Hugh de Raleigh of Raleigh received Nettlecombe from John Fitz Gilbert, Mareschal of England, in the reign of Henry II. He bestowed it upon his nephew,

II. Warine de Raleigh, whose son,

III. Warine, was father of a third

IV. Warine of Nettlecombe, living 1242, who married Margaret,—a deed by whom is witnessed by William de St. Quintin and others and her sons: 1, Sir Warine; 2, Simon.

ceteris de WALECHERIA salutem. Cum pluries inhibuerimus LEULINO filio GRIFFINI Principi WALLIE ne dilecto et fideli nostro G. de CLARE comiti GLOUC' et HERTF' aut certis marchionibus nostris per ipsum vel suos molestiam seu gravamen inferret vel inferri permitteret contra formam pacis inter nos et ipsum LEULINUM inite et firmate et similiter inhibuerimus prefato comiti ne prefato LEULINO dampnum inferat contra formam pacis ejusdem ac idem LEULINUS jam congregato exercitu et posse suo cum vexillis displicatis in manu forti castrum ipsius comitis de KAERFILI et alibi terras ipsius comitis invadere et dampna gravissima facere proponat ac si guerra communis esset hinc inde suscitata et prefatus comes in presencia nostra constitutus optulerit se respondere prefato LEULINO et aliis de ipso vel de suis conquerentibus seu conqueri volentibus de transgressionibus et factis suis et suorum quorumcumque inde rectum faciendo et rectum capiendo et similiter optulerit reddere predictum castrum de KAERFILI in manum nostram et diem apud vadum MONTIS GOMERY quem in presencia nunciorum ipsius LEULINI si quos ad nos propter hoc destinare voluerit sicut ei nuper mandavimus de consilio nostro prefigemus recol[l]egerit vobis mandamus in fide homagio et dileccione quibus nobis tenemini firmiter injungentes quod si predictus LEULINUS cum exercitu suo ad mandatum nostrum a partibus illis se non subtraxerit nec recesserit nec eciam dictum diem apud vadum MONTIS GOMERI quem in presencia nunciorum ipsius LEULINI si quos ad nos propter hoc destinare voluerit sicut ei nuper mandavimus de consilio nostro prefigemus inde duxerit recol[l]igendum sicut predictum est vos extunc prefato comiti ad castrum illud et terras suas in partibus illis defendendum consulentes sitis et cum toto posse vestro auxiliantes prout venerabiles patres R. Cov' et LICH' et G. WYGORN' episcopi quos ad partes illas propter hoc destinamus vobis plenius scire facient ex parte nostra. In cujus etc. Teste ut supra.

DCXCVIII.

AGREEMENT BETWEEN PRINCE LLEWELIN AND THE BISHOPS OF COVENTRY AND WORCESTER CONCERNING CAERPHILLY CASTLE.

[P.R.O. Ut Supra.] 1 Nov. 1271.

Inter nobilem virum et excellentem dominum Lewelinum Principem Wallie dominum quoque Snaudon qui castrum de Caerfily per nobilem virum dominum G. de Clare comitem Glouc' et Hertford nuper erectum obsedit ex parte una et venerabiles patres dominos R. Coventr' et Lich' ac G. Wigorn' episcopos quos illustris Rex Anglie ad hujusmodi castrum in manum ipsius capiendum et tenendum quousque de contencione inter eosdem nobiles occasione ipsius castri exorta justicia competens per magnates et consiliarios domini Regis ad vadum Montis Gomeri destinandos secundum leges et consuetudines marchie ac secundum formam pacis inter Regem et Principem dudum inite et firmate reddatur per suas literas transmiserat ex altera in castris juxta Kaerfili sic convenitur quod predictus Princeps cum exercitu suo ab obsidione dicti castri recedat et ipsis episcopis liberam tribuat facultatem capiendi castri in manus domini Regis et aliquos de suis nomine domini Regis in ipso ponendi quousque ipse Rex aliquos custodes neutri parti suspectos nec alicui parcium consanguinitate vel affinitate seu alia rationabili causa conjunctos ad ipsum castrum conservandum noviter duxerit destinandum. Promisit eciam dictus Princeps quod nec ipse nec aliquis de suis guerram contra dominum comitem vel aliquem de suis lite super prefato castro pendente hujusmodi contencionis occasione movebit nec aliquem de parte comitis per se vel per alium abstrahi seu revocari procurabit aut venientem receptabit quodque homines vel tenentes comitis non impediet nec impedire patietur per suos quominus cum hominibus suis et tenentes libere contrahere valeant et cum ipsis mercaturam excercere. Promiserunt similiter prefati episcopi nomine Regis pro comite quod garnestura ipsius comitis per totum a supradicto castro recedet quodque ipse comes de illo castro pendente lite se non intromittet

in aliquo nec aliquem de suis permittet intromittere circa refeccionem ipsius castri vel in fossorum augmentatione sive reparacione vel murorum refeccione vel in aliquo alio augmento seu municione nisi secundum quod fuerat die confeccionis presencium nec eciam illi quos ex parte Regis in ipso esse contigerit aliquid in eodem quo ad municionem castri censeri valeat aliquatenus innovabunt nec contra principem vel aliquem de suis guerram racione predicta lite pendente movebit in aliqua parte ubi ipsi nobiles terras habent conjunctas atque confines nec aliquem parti principis adherentem per se vel per alium abstrahi seu revocari procurabit aut venientem receptabit quodque ipse comes homines seu tenentes Principis non impediet nec ab aliis quantum in ipso est impedire patietur quominus ipsi cum hominibus vel tenentibus ejusdem comitis quodlibet commercium legitimum inire valeant et libere cum ipsis similiter mercaturam excercere. Item homines de SEYNGHENYTH similiter qui modo sunt cum Principe non descendant inferius cum predis et familiis ascendant ad morandum et inhabitandum et locis ubi fuerunt tempore confeccionis presencium nec illi de SEYNGHENYTH similiter qui sunt cum comite cum predis et familiis ascendant ad morandum et inhabitandum superius a locis quibus habitabant tempore confeccionis presencium. Dicti vero prelati promittunt quod dictum castrum non exibit de manibus Regis donec de contencione dictorum nobilium justicia competens exhibeatur in forma pretaxata. Promittunt eciam se curatoros quod dominus Rex confirmabit ordinacionem predictam per literas suas patentes. Et quecunque partium hanc ordinacionem infregerit in parte vel in toto contra communis pacis formam venisse intelligatur. Et licet aliqui latrones vel malefactores fecerint latrocinia aut alias transgressiones ex alterutra parte nichilominus dicta ordinacio in suo robore durabit et transgressiones emendantur per consideracionem proborum virorum inter duas terras secundum leges et consuetudines parciam illarum. Supradicti quidem episcopi nomine Regis diem ad justiciam recipiendam et faciendam in forma predicta super premissis quindenam scilicet post festum Sancti JOHANNIS BAPTISTE proximo futuram parti Principis ad vadum MONTIS GOMERI de voluntate et consensu ipsius

Principis assignaverunt. In quorum omnium testimonium parti presentis cirographi remanenti penes Principem episcopi prefati pro Rege sua sigilla apposuerunt parti vero penes episcopos remanenti sigilla dominorum DAVID . filii GRIFFINI et GRIFFINI filii GUENN' pro Principe sunt appensa. Datum et actum in castris juxta KAERFILI in Commemoracione animarum Anno gracie Millesimo CC'mo septuagesimo primo.

Among the divisions of Morgannok adopted at the Conquest, Senghenydd Supra and Subtus Caiach were two of the twelve members of the lordship, so called as lying north and south of the Caiach river, a tributary of the Taff. Called also Iscaiach and Uchcaiach. Long afterwards, on the constitution of the Shire of Glamorgan, they constituted the Hundred of Caerphilly, so called from the great castle of that name, which stood in its southern division. Speaking generally, Senghenydd lay between the Taff and the Rhymney, west and east, the Brecon border and the division or patria of Kibur. The boundary including the southern slopes of the Cefn-on ridge of high ground. The Parish of Merthyr, though west of the Taff, was also accounted a part of Senghenydd Supra, and Bedwas and Llangvihangel, east of the Rhymney, as a part of Senghenydd Subtus. Rudry, though west of the Rhymney, was reputed a manor attached to Senghenydd Subtus, and, after the building of the castle, Caerphilly was styled a manor and parish, though really only a chapelry of Eglwysilan, and in compliment to the fortress the hundred was named from it. The Anglo-Norman invaders rarely, if ever, resided in the hill country. The fine old Elizabethan House of Van, with its Park and Dovecote, was the residence of the Lewises, of pure Welsh local ancestry; and Blaenbradoch, in the same member, was from a period before the invasion, the seat of the family of Thomas, only extinct in the male line within the last few years. In Senghenydd Llancayach an Elizabethan house remains unaltered. Other Welsh residences were Cilfach Bargoed, Hendy, and Tophill, now degraded into farmhouses or cottages. A Roman road was carried up the right bank of the Rhymney, across the parish of Gelligaer, which derives a part of its name from an earthwork near the church, and thence traversing the high ground, is continued by the valley of the Upper Taff towards Brecknock.

DCXCIX.

ROYAL WRIT CONCERNING TRESPASSES IN THE MARCHES.

[P.R.O. UT SUPRA.] 1272.

Rex LEWELINO filio GRIFFINI Principi WALLIE salutem et sincere dileccionis affeccionem. Ea que nobis super emendam faciendam et recipiendam de excessibus et transgressionibus per G. de CLARE comitem GLOUCESTRIE HUMFRIDUM de BOHUN et suos ac alios marchiones nostros contra formam pacis inter nos et vos initam et firmatam illatis sicut asseritis et factis hinc inde per literas vestras expressistis una cum aliis que venerabilis pater ANIANUS episcopus

de Sancto Assaph' sollicite nobis exposuit nomine vestro plenius audivimus et intelleximus diligenter et super hiis cum aliis prelatis et consiliariis nostris tractatum et colloquium habuimus exquisitum satis autem attenditis qualiter super exhibenda vobis in hac parte justicia firmam et ferventem voluntatem habentes majores de regno nostro ad vadum Montis Gomeri frequenter transmisimus ex hac causa. Ita quod per nos in aliquo non stetit quin vobis super premissis fieret justicie complimentum sicut tam per literas nostras vobis inde directas quam per alia nostre sollicitudinis judicia satis constat et constabit imposterum evidenter modo autem supervenerunt nova que nos et consilium nostrum urgenter occupant et distrahunt ad diversa. Dominus enim Rex Francie illustris certum terminum nobis prefixit in quindena videlicet Sancti Martini jam venturi ut sibi de ducatu Aquitanie comitatu Agenensi ac aliis terris quas tenemus in regno Francie homagium faciamus. Ita quod ulterius supersedere non possumus quin partes transmarinas personaliter adeamus pro negocio antedicto. Et insuper Edwardus primogenitus noster dilectus amicus vester jam est in redeundo de Terra Sancta versus partes Anglie sicut per dilectum et fidelem nostrum Ottonem de Grandisono et alios milites familiares et domesticos suos qui in partes Vasconie adventum ipsius ibidem expectant veraciter intelleximus unde si predicta negocia vos tangentia prorogentur ad tempus securi esse poteritis quod negocia illa per predictum Edwardum et alios nobiles regni nostri juxta formam pacis predictam tam quoad emendas vobis faciendas quam alia que incumbunt melius et magis perfecte quam hactenus explebuntur. Propter quod terminum nuper vobis in hac parte prefixum videlicet a festo Sancti Michaelis in unum mensem duximus prorogandum usque ad quindenam Pasche proximo futuram ad quem diem presens erit per Dei graciam Edwardus predictus in cujus presencia negocia predicta feliciter et finaliter poterunt terminari ad commodum et indempnitatem vestram. Et scire vos volumus quod vobis aut nobis rebus se habentibus ut nunc nullatenus expediret quicquam mali vel excessus interim attemptari contra formam pacis predicte unde

vobis mandamus rogantes et in fide homagio et dileccione in quibus nobis tenemini firmiter injungentes quatinus diem illum videlicet quindenam Pasche predictam observantes interim vos et vestros in pace teneatis ita quod vos pro fidelitate vestra tunc ut prius habere debeamus specialiter commendantes. Prefatus ante episcopus quem in exposicione negociorum vestrorum merito commendamus voluntatem nostram plenius vobis viva voce referre poterit in premissis. Teste Rege apud WESTMON' xxx. die Octobris per ipsum Regem archiepiscopum EBORAC'. R. AGULL'. THEDIS' de CAMILL'. fratrem J. de DERLINGTON. W. de MERTON. magistrum W. de la CORNER et ELIAM de RABEYN.

Humphrey de Bohun, second Earl of Hereford, Earl of Essex, and Lord High Constable. Died 1275.—[*Nicholas.*]

R. Agull' is Robert, third Baron Aguillon *ob.* 1285, s.p.m., whose daughter and heiress, Isabel, aged 28, 20 Edward I., married Hugh de Bardolph.

King Henry III. died 17th November, 1272.

These records corroborate, to some extent, the statement of the Brut y Tywysogion, given in the following passage :—

'Deg mlyned athrugeint a deu cant a mil oed oet Crist pan vu marw Maredud ab Grufud arglwyd Hirvryn trannoeth o duw gwyl Lucy wyry yg-Kastell Llan Ymdyfri. Ac y cladwyt yn Ystrat Fflur. Y vlwydyn honno y goresgynnawd Llywelyn ab Grufud gastell Caer Filii.'—[*Brut y Tywysogion*—*Myv. Arch.*, II., 464. See also *Rolls Edition*, p. 356.]

'It was the year of Christ one thousand two hundred and seventy when Maredud ab Grufud, Lord of Hirvryn, died at the castle of Llan Ymdyfri, on the morrow (*query*, vigil?) of the feast of Lucy the Virgin (*query*, St. Lucia?) and he was buried at Ystrat Fflur. That year Llywelyn ab Grufud took possession of Castle Caer Filu.'

DCC.

AGREEMENT BETWEEN WILLIAM DE VESCI AND ROBERT DE KAHAYNES, CONCERNING THE MANOR OF ELINGTONE, ETC.

[HARL. CHARTER, 57 C. 32.]

PURIFICATION OF THE VIRGIN. 56 HEN. III. 2 FEBRUARY. 1272.

Anno regni Regis HENRICI filii Regis JOHANNIS quinquagesimo sexto ad Purificationem beate MARIE facta fuit hec convencio inter dominum WILLELMUM de VESCI ex una parte et ROBERTUM de KAHAYNES ex altera, videlicet, quod predictus ROBERTUS tradidit et quietum clamavit pro se et heredibus suis dicto WILLELMO et heredibus suis totam partem suam de manerio in ELINGTONE cum omnibus pertinenciis suis et escaetis que sibi accidere poterint nomine hereditatis,

exceptis feodis militum. Concessit eciam predictus ROBERTUS predicto WILLELMO XLIS. VIIId. et obolum, de redditu annuali in NOVA VILLA et NOTASSE in GLAMORGAN, scilicet viginti acras terre arabilis de dominico suo quarum septem acre jacent inter meres et divertuntur se super KEKESMEDE, et tres acre et dimidie jacent in BRODESLADE, quinque acre et dimidie jacent in WESTBORDLAND, et quatuor acre jacent in ESTBORDLAND, precii cujuslibet acre VIId. cum omnibus libertatibus et aysiamentis dicte terre [pertinentibus] et omnes liberi tenentes de p. . . . . dicta villa cum wardis releviis et escaetis omnimodis, scilicet abbatem de . . . . redditum per annum XIIs. VId. et ROBERTUM GURDA pro V. acris terre VIId. *ob.*, GRIFFITH ab RIS VIIId. JOHANNEM filium PHILIPPI XXd. WRGAN IIId. AMABILIAM filiam MADOK IIId. *ob.*, GALFRIDUM DUN IIId. ANDREAM SUAR, WILLELMUM CAYM, et JOHANNAM VId., et WILLELMUM de HAMELE IId. Et . . . un, ... partis sue, JOHANNEM LONGUM, HENRICUM CRADOK, MAURICIUM WRENCHE, JOHANNEM OWAYEN, JOHANNEM NIG', JOHANNAM LOKARE, et ROBERTUM NORTHMAN, cum tota sequela eorundem, catallis et tenementis quod de dicto ROBERTO tenuerunt in vilenagio in dicta villa. Habendum et tenendum dicto WILLELMO et heredibus suis vel assignatis de dicto ROBERTO et heredibus suis vel assignatis faciendo inde servicium capitalibus dominis feodi quantum pertinet dictis tenementis. Concessit eciam et quietum clamavit dictus WILLELMUS et ISABELLA uxor ejus pro se et heredibus suis dicto ROBERTO et heredibus suis vel assignatis totam partem suam in maneriis de CHELLEWRTH et COLECOTE cum omnibus pertinenciis suis et escaetis que eis nomine hereditatis accidere poterint. Habendum et tenendum de dictis WILLELMO et ISABELLA et heredibus et assignatis suis dicto ROBERTO et heredibus ejus vel assignatis faciendo inde servicium capitalibus dominis feodi quod dictis pertinet tenementis. Et ut ista convencio rata et stabilis inperpetuum permaneat partes alternatim presentibus scriptis ad modum cyrographi confectis sigilla sua apposuerunt. Hiis testibus . domino JOHANNE TREYGOZ . domino JOHANNE PAYNEL . domino ROBERTO de MEYSI . domino ROBERTO de LUSTESHULL . ROGERO de WRITEL' . et aliis.

DCCI.

GRANT BY STEPHEN DE ST. HILARY TO MYLO DE REGNNY OF LAND IN THE FEE OF LANDOUGH ON THE HIGH ROAD TO PENNARD.

[ADD. CHARTER, 24,271.]

8 JUNE. 56 HENRY III. 1272.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego STEPHANUS de SANCTO HYLARIO dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi MYLONY de REYNNY tres acras terre arabilis quas habui in feodo de LANDOCH infra culturam que vocatur LANGETONE que jacent inter viam regalem que ducit versus PENNARD et terram dicti MYLONIS pro duabus marcis et dimidia esterlingorum mihi in urgenti negotio meo premanibus persolutis. Habendam et tenendam sibi et heredibus suis vel suis assignatis de me et heredibus meis libere et quiete integre et bene in pace et honorifice in omnibus locis cum omnibus aisiamentis libertatibus et liberis consuetudinibus dicte terre pertinentibus vel pertinere potentibus absque ullo mei vel heredum [meorum] retenemento. Reddendo inde annuatim de se et heredibus suis vel suis assignatis domino capitali qui pro tempore fuerit novem denarios ad duos anni terminos videlicet ad festum beati MICHAELIS quatuor denarios et obolum et ad festum nativitatis beati JOHANNIS BAPTISTE quatuor denarios et obolum pro omni servicio exactione et demanda. Et ego STEPHANUS de SANCTO HYLARIO et heredes mei dictas tres acras terre arabilis cum omnibus suis pertinenciis prout prenominatum est dicto MYLONY et heredibus suis vel suis assignatis contra omnes homines et feminas inperpetuum warantizabimus acquietabimus et defendemus. Et ut hec mea donacio et concessio rata sit et firma presenti carte sigilli mei inpressionem duxi apponendam. His testibus . WALTERO de REYNGNY . PHILIPPO PAYN . PHILIPPO ZURGOD . ALEXANDRO filio MAURICII . WILLELMO PEYTOV . ROBERTO FLEMIS . HOWEL ZURGOD et aliis.

Datum apud KARDIF octavo die mensis Junii anno regni Regis HENRICI filii JOHANNIS Regis quinquagesimo sexto.

Zurgod is evidently a corrupted form of Thurgod of previous documents.

DCCII.

EXTRACT FROM A CHARTER OF KING EDWARD I., CONFIRMING A CHARTER OF EARL GILBERT DE CLARE RESPECTING BURGAGES IN CARDIFF, THE FISHERY OF THE RIVER RHYMNEY, THE FISHSTEWS OF ROATH, ETC.

[N. MONASTICON VI. p. 453]. 1274—1275.

* * * * * *

Et in KAERDIF unum burgagium quod fuit GOYE et aliud quod fuit JOHANNIS filii BALDEWINI et totum parcum de RUMEYA et totam piscariam et piscacionem fluminis de RUMEYA et utrumque vivarium de RAZ cum molendino et magnum vivarium subtus RIBUR ad occidentem et omnes landas de RAZ et totam forestam de RIBUR sicut eam liberius et quiecius avus meus dominus W. comes GLOCESTRIE unquam tenuit exceptis donacionibus prius ab eo exinde factis.

* * * * * *

The text is evidently corrupt in regard of some of the names of places

DCCIII.

MATILDIS DE CLARE, COUNTESS OF GLOUCESTER, GRANTS TO ALINA DESPENSER, COUNTESS OF NORFOLK, THE CUSTODY OF THE MANOR OF DINASPOWIS.

[TREAS. OF THE EXCHEQUER. WALLIA. BAG 2, No. 3.]

26 DEC. 1275.

Noverint universi ad quos presens scriptum pervenerit quod ego MATILDIS de CLARE comitissa GLOUCESTRIE et HERTFORDIE dedi concessi et dimisi domine ALINE DISPENSARIO comitisse NORFOLCIE pro quinquaginta marcis sterlingorum quas nobis dedit pre manibus custodiam manerii de DINASPOWIS quod est in GLAMORGANCIA et quod fuit domini ROGERI de SOMERI dudum defuncti videlicet castrum edificia terras dominicas arabiles cum dominio omnium tenencium

liberorum et aliorum cum redditibus boscis pratis pascuis pasturis molendinis aquis piscariis viis semitis et omnibus aliis ad dictum manerium pertinentibus, et eciam cum omnibus mobilibus et immobilibus in eodem manerio inventis, et cum omnibus bladis seminatis in terris dominicis manerii una cum omnibus bladis in grangia et granario existentibus et omnibus aliis rebus que nobis contingere poterunt racione dicte custodie heredis predicti domini ROGERI de SOMERY dudum defuncti. Habendum et tenendum predictum manerium cum omnibus pertinenciis suis et omnibus bonis et rebus prenominatis predicte domine ALINE et heredibus suis vel suis assignatis et ubicunque vel cuicunque dictam custodiam cum omnibus predictis dare vendere legare vel assignare voluerit a die Sancti STEPHANI anno regni Regis EDWARDI quarto usque ad plenam et legitimam etatem ROGERI de SOMERY filii et heredis supradicti domini ROGERI de SOMERI dudum defuncti. Et nos predicta MATILDIS heredes et assignati nostri warantizabimus ac quietabimus et defendemus custodiam predicti manerii cum omnibus pertinenciis et omnibus superius nominatis predicte domine ALINE et heredibus et assignatis suis usque ad plenam et legitimam etatem predicti ROGERI infra etatem existentis. In cujus rei testimonium has literas nostras predicte domine ALINE fieri fecimus patentes. Hiis testibus . domino RADULPHO BLUET domino . BARTHOLOMEO de la MORE . domino THOMA de BEAUCHAMP . domino HENRICO de CHIKEHULLE . militibus . CLEMENTE de WIRWODE constabulario de STRIGULLIA et aliis.

A parchment label carries a fragment of a green seal, upon which may be seen a heater-shield charged with three chevrons. Of the legend remains only GLOUC.

The endorsement, in a later hand, is 'Carta Matildis de Clare comitissa Glouc' et Hertf' facta Aline le Despenser comitisse Norfolkie custodie de manerio de Dinaspowis co' Glam'.'

Alina, Countess of Norfolk [Alina Dispensar], 26th Dec., 1275, gave 50 marcs sterling to Matilda, Countess of Gloucester and Hertford, for the custody of the Manor of Dinas Powis, including the castle, until the coming of age of Roger de Someri son and heir of Roger de Someri, lately deceased.

Alina was the daughter and heiress of Philip, Baron Basset, of Wycombe, and widow of Roger Bigod, Earl of Norfolk, married 56 Henry III [1271-2], on whose death she married Lord Hugh le Despenser, who fell at Evesham, 1265, and by him was great grandmother of Hugh le Despenser the younger. After Evesham she had from the king her husband's forfeited lordship. She died about 1280, when an inquisition was held upon her lands. The Earl married again about 18 Edward I. When she granted this lease, she must have been married to her second husband about four years. It is singular that, being a married woman, she should have taken a lease; but she was a great heiress, and probably deference was shewn to her in the management of her own property, which lay near to Dinas Powis.

Matilda, who grants this lease, was daughter of John de Lacy, Earl of Lincoln, and second wife [and widow] of Richard Earl of Gloucester and Hertford, and mother of Gilbert "the Red Earl." Earl Richard died 15th July, 46 Henry III., 1262. Their son was then of age, and next year had livery of the Welsh castles of Cardiff, Newport, and Llantrisant. His mother had, in dower, the castles and manors of Usk, Trelech, and Clare. The de Someri wardship was held by Earl Richard as Chief Lord.

The family of De Somery, Lords of Dudley Castle, have been shewn to be connected, from an early period, with the house of Gloucester; Roger witnessing De Haia's charter to Glastonbury in the time of Fitz Hamon, and Adam de Somery holding seven fees under Earl William, which, very probably, were near Cardiff. Roger, named in the Charter, died 1 Edward I.; and the young Roger, whose wardship was held by the Countess of Gloucester, was then within a few months of being of full age, seeing that at his father's death he was eighteen. For such a period, for the manor of Dinas Powis, fifty marks seem a considerable sum. As the castle is mentioned, it was probably then inhabited, and the local residence of the family.

Alina was a great heiress, and probably found it convenient to take a lease of a place which lay near to her own property.

Bluet is a name connected with Monmouthshire. Chikehulle was of Hampshire. De la More occurs frequently in these Charters from 1200—1400.

DCCIV.

GRANT BY HUGH GRAMUS OF THREE AND A HALF ACRES NEAR GOYLAKE TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant presenti et futuri quod ego HUGO GRAMUS filius ROGERI GRAMUS pro salute anime mee dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et e. B. M. de M. et m. i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam duas acras et dimidiam terre arabiles . illas videlicet quas ROGERUS GRAMUS consilio et assensu THOMÆ GRAMUS heredis sui pro homagio et servitio meo mihi dedit et carta sua confirmavit, que jacent prope terram MAURICII GRAMUS ex parte occidentali et rivulus qui vocatur GOILAKE ad utramque extremitatem cursum suum facit. Dedi insuper dictis monachis unam acram terre . quam scilicet THOMAS GRAMUS

frater meus mihi dedit et carta sua confirmavit . que jacet juxta terram Willelmi Frankeleyn in parte orientali et incipit in parte australi a rivulo predicto et se extendit in longum usque ad la Chilue . et continet in latitudine quinque virgas. Dedi etiam eisdem terram meam de Kenef[eg] quam Rogerus filius Rogeri Gramus mihi dedit . et carta sua confirmavit . que jacet inter terram Johannis sacerdotis et terram que fuit Ade Albert . ut habeant et teneant dicti monachi dictas terras . libere et quiete in perpetuum reddentes inde annuatim redditum prout carte dictorum donatorum quas inde habent testantur. In hujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . Rogero Gramus . Thoma Gramus . Waltero Luvel . Willelmo de Corneli . Ricardo clerico . Willelmo Cole . Johanne Witart et multis aliis.

Seal, dark wax, pointed oval. Device, three chevrons, represented by single lines only, and not within a shield.

Legend—' + sigill hugonis . gramus.'

Endorsed—'Carta Hugonis Gramus de tribus acris terre et dimidia quas nobis dedit.'

DCCV.

GRANT BY MAURICE GRAMUS OF LAND AT GOYLAKE TO MARGAM ABBEY.

[Harl. Charter, 75 C. 14.]

Sciant presentes et futuri quod ego Mauricius Gramus consilio et assensu Thome Gramus fratris mei . insuper et heredum et aliorum amicorum meorum . dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie beate Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus . quatuor acras et dimidiam terre . Illas videlicet quas michi dedit dictus Thomas Gramus frater meus. Quarum due jacent juxta terram Henrici Baret . in orientali parte . et due jacent juxta terram Hugonis juvenis . in occidentali parte. Et extendunt se omnes dicte quatuor acre in longitudine . a magna via usque ad Goyelake.

Dimidia vero acra jacet inter terram jam dictorum monachorum quam habuerunt ex dono HUGONIS GRAMUS fratris mei . et terram THOME GRAMUS in longum usque GOYELAKE . In puram et perpetuam elemosinam . Libere . et quiete . pacifice . et integre . Cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus . sicut ulla elemosina liberius et melius dari potest. Exceptis tantum quatuor denarios . quos annuatim inde reddere debent sepedicto . THOME GRAMUS fratri meo et heredibus suis ad pascha . pro omni servitio et seculari exactione et demanda . sicut ego pro dicta terra reddere consuevi . Ego vero . et heredes mei predictam terram sicut jam dictum est . prenominatis monachis contra omnes mortales in perpetuum warantizabimus. Quando autem dictis monachis prefatum feci donationem . mee compacientes necessitati . viginti solidos sterlingorum michi dederunt et unum bovem. Et ut hec donatio et concessio firma et stabilis perseveret in posterum . presentem paginam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus. WALTERO LUUEL . THOMA GRAMMUS . et ROGERO GRAMMUS fratibus meis . THOMA de CORNELY . PHILIPPO ALEXANDRI . WILLELMO FRANKELEIN . PHILIPPO clerico . JOHANNE WITARD . et multis aliis.

Seal, red wax, 1 in. diam. An elegant design of four fleurs-de-lis on a branch.

'[+] S' . MAURICII . GRAMU[S .]'

Endorsed—'Carta Mauricii Gramus de quatuor acris terre et dimidia.'

DCCVI.

QUIT-CLAIM BY MAURICE GRAMMUS[1] OF NORTH CORNELY, OF HIS ANCESTRAL LANDS TO MARGAM ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 C. 16.]

Omnibus CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit MAURICIUS GRAMMUS de CORNELY BOREALI salutem in domino sempiternam.

Noverit universitas vestra me concessie confirmasse et quietum clamasse pro me et heredibus meis in perpetuum abbati de MARGAN et ejusdem loci conventui

et eorum successoribus totum jus et clameum quod habui vel habere potui seu in futurum habere potero in totis terris et possessionibus ab antecessoribus meis dictis abbati et conventui datis venditis et concessis. Habendis et tenendis libere et quiete bene et in pace absque ulla reclamacione et retinemento mei et heredum meorum seu assignatorum inperpetuum. Et ut hec mea concessio confirmacio et omnimoda quieta clamacio tam pro me quam pro heredibus meis seu assignatis rate sint et stabiles inperpetuum presentem cartam sigilli mei inpressione roboravi et confirmavi. Hiis testibus . Johanne le Boteler de Donreuyn . Mauricio de Corneli australi . Willelmo Aylward . Mauricio de Cantelou . Johanne Peruat . Dauid Beneyt . Waltero de Magor et multis aliis.

Seal of dark green wax, an inch in diameter. Device; a rosette of eight petals; coarse work.

Legend—' + S . MAURICII . GRAMMUS.'

Endorsed—' Mauricius Gramus.'

(1) Probably a different person from the Maurice Gramus of the preceding charter.

DCCVII.

GRANT BY JOHN, SON OF HOSEBERT OF KENEFEG, TO ALICE, THE 'FAMULA QUONDAM INCLUSA' OF ST. JAMES OF KENEFEG, OF A MESSUAGE IN KENEFEG, WITHIN ST. JAMES'S CEMETERY.

[Margam Charter.]

Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris quod ego Johannes . filius Hoseberti de Kenefeg dedi et c. et h. p. c. m. confirmavi . Alicie famule quondam incluse Sancti Jacobi de Kenefeg . unum messuagium in villa de Kenefeg . situm in australi parte cimiterii Sancti Jacobi. Habendum et tenendum de me et heredibus meis . sibi et heredibus suis vel assignatis . libere et quiete . bene et in pace . reddendo tamen inde annuatim . ipsa et heredes

sui vel assignati michi et heredibus meis duo grana piperis ad festum Sancti Michaelis pro omni servicio . pro hac autem donacione . et carte mee confirmacione . dedit michi dicta Alicia . xi. solidos in gersumma. Et ego . Johannes et heredes mei dicte Alicie dictum messuagium contra omnes homines warantizabimus inperpetuum. Et ut hec mea donacio . et carte mee confirmacio firmitatem optineat eam sigilli mei munimine roboravi. Hiis testibus . W. Frankelein . Philippo clerico . Thoma de Corneli . Johanne Albo . W. Ruddoc . Mauritio Gramm[u]s . Thoma Walensi . et multis aliis.

DCCVIII.

GRANT BY ROBERT, SON OF ROBERT CURTEIS, TO WILLIAM, SON OF ALEXANDER OF KENFEG, CLERK, OF VARIOUS PARCELS OF LAND.

[Margam Charter.]

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum v. vel et Robertus Curteis filius Roberti Curteis salutem.

Noverit u. v. me concessisse et dedisse . Willelmo filio Alexandri de Kenef' clerico tres acras terre et dimidiam quas avus meus habuit et tenuit de abbate et conventu de Margan sicut carta dictorum abbatis et conventus testatur . et duas acras terre et dimidiam que se extendunt in longum a capite predictarum trium acrarum versus occidentem usque ad terram Maurichi Gramus. Quam quidem terram Mauricius habet et tenet de dicto Roberto Curteis. Habentes in aquilonari parte terram Thome sacerdotis . in australi vero parte . terram que fuit Adam Osmare. Dimidia quidem acra habet in parte orientali terram David Wasmeir . in parte vero occidentali . terram Walteri Herbert . et in parte aquilonari terram predicti Willelmi clerici filii Alexandri . et in parte australi terram Johannis Fabri. Hanc quidem totam terram in presenti scripto nomi-

natam dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi WILLELMO clerico sepenominato tenendam et habendam de me et heredibus meis et assignatis sibi et heredibus suis vel assignatis . libere quiete . et pacifice . absque ulla reclamacione mei vel heredum . vel assignatorum meorum et absque ulla vexatione . querela . vel demanda . sicut ulla terra liberius . quietius et melius . haberi et teneri potest imperpetuum. Hiis testibus . WALTERO LUVEL . MAURICIO de CORNELI . MAURICIO GRAMUS . PHILIPPO clerico . WILLELMO de CRUCE . DAVID WASMEIR . THOMA de CORNELI . et multis aliis.

Seal, dark green wax, $1\frac{1}{8}$in. diam. A star of sixteen rays.

Legend—' + S' ROBERTI . CURTEIS.'

Endorsed—' Istam terram tenet Willelmus Aylward.' ' Carta Roberti Curteis junioris de tribus acris et dimidia.' ' Hanc habuit Willelmus Alexander.'

DCCIX.

GRANT BY JOHN, SON OF HENRY BARETH, OF LAND NEAR GOYLAKE, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Universis CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris JOHANNES BARETH clericus filius HENRICI BARETH de KENEFEG salutem in domino.

Noverit universitas vestra me ex consensu domini mei . THOME GRAMUS . dedisse et hac presenti carta mea confirmasse in puram et perpetuam elemosinam domui de MARGAN et monachis ibidem Deo et beate MARIE servientibus tres acras terre arabilis . que jacent in cultura que vocatur DEUMAN . juxta terram eorundem monachorum in longum se extendentes de GOYLAKE versus aquilonem usque LANGELONDE. Ego vero JOHANNES et heredes mei predictam terram cum omnibus emolumentis a dicta terra provenientibus ac proventuris predictis monachis contra omnes mortales inperpetuum warantizabimus. In cujus rei

testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . WILLELMO FRANKEL[EYN] . MAURICIO GRAMUS . THOMA WALENSE . DAVID WASMEYR . WILLELMO filio FABRI . THOMA capellano de KENEFEG filio WILLELMI de SANCTO DONATO . PHILIPPO filio THOME GRAMUS . et multis aliis.

Seal in dark wax, pointed oval, 1½in. by ⅞in. Device resembles a lily.

Endorsed—'Carta Johannis Bareth de tribus acris terre apud Deumay.'

DCCX.

GRANT BY ALICIA, DAUGHTER OF CECILIA, DAUGHTER OF ALEXANDER, OF LAND NEAR GOYLAKE, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant p. et f. quod ego ALICIA filia CECILIE filie ALEXANDRI pro salute anime mee et omnium amicorum meorum dedi . et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam unam acram terre arabilis . Illam videlicet quam dicta CECILIA mater mea michi dedit . Et jacet ex australi parte de GOYLAKE . extendens se in longum a GOYLAKE versus austrum usque ad terram que fuit WILLELMI COLE . et habet ab oriente terram que fuit WILLELMI ALBI . ab occidente vero terram que fuit ROBERTI ROUL. Tenendam et habendam libere et quiete . pacifice et integre . sicut ulla elemosina liberius et melius teneri potest. Ego vero et heredes mei predictam acram sicut jam dictum est prenominatis monachis contra omnes mortales imperpetuum warantizabimus. Et ut hec donacio mea et concessio firma et stabilis perseveret in posterum . presenti pagine quia sigillum proprium non habui . sigillum MAURICII GRAMUS apposui. Hiis testibus . THOMA GRAMMUS . MAURICIO GRAMMUS . PHILIPPO clerico . DAVID WASMEYR . WILLELMO LEBUNZ . et aliis.

Endorsed—'Carta Alicie filie Cecilie de una acra terra.'

DCCXI.

GRANT BY ALICE, RELICT OF GEOFFREY, SON OF SEVARE, OF HER HOUSE IN KENEFEG, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant p. et f. quod ego ALICIA relicta GALFRIDI filii SEVARE in libera viduitate mea consilio et assensu ALICIE filie et heredis mee dedi et concessi et presenti carta confirmavi Deo et Sancte M. de MARGAN et m. i. D. s. in perpetuam elemosinam domum meam de KENEFEG cum omnibus pertinentiis que jacet inter domum WILLELMO FABRI . et domum WILLELMI BUNZ. Ita quod dicti monachi teneant et habeant dictam domum bene et in pace . libere et quiete reddendo inde annuatim domino comiti duodecim denarios pro omnibus serviciis exactionibus et demanda. Et ego et heredes mei dictam domum cum omnibus pertinenciis dictis monachis pro dicto redditu warantizabimus contra omnes mortales et ut premissa firmitatis robur optineant in perpetuum . presens scriptum sigillo DAVID filii WASMERI quia sigillum proprium non habui roboravi. Hiis testibus . fratre WALTERO HUBOLT . WILLELMO de KARDIF . WILLELMO de CHIPSTAPLE monachis de MARGAN . WILLELMO COH . WILLELMO filio ejus et DAVID filio WASMERI . et multis aliis.

Seal, dark green wax, a mere fragment of an oval, part of an ornamental fleur-de-lis, and of the legend—' . . . . M . DAVID.'

Endorsed—' Carta Alicie de domo sua.'

The pedigree seems to stand thus:—

Sevare =

Galfridus = Alicia.

Alice, *heiress*.

DCCXII.

GRANT BY ROGER, SON OF ROGER GRAMMUS, TO HUGH, HIS BROTHER, OF LAND BETWEEN THAT OF JOHN THE PRIEST, AND THAT OF ADAM ALBERD.

[HARL. CHARTER, 75 C. 4.]

Sciant presentes et futuri quod ego ROGERUS filius ROGERI GRAMMUS consensu et assensu ALICIE uxoris mee et heredum meorum dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi HUGONI fratri meo terram meam que jacet inter terram JOHANNIS sacerdotis et terram que fuit ADE ALBERD. Tenendum et habendum sibi et heredibus suis vel ejus assignatis de me et heredibus meis . libere . quiete et pacifice. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ipse et heredes sui vel ejus assignatis unum par cirotecarum albarum in nundinis Sancti JACOBI aut unum obolum pro omnibus demandis. Pro hac autem donatione et concessione dedit mihi predictis HUGO quadraginta solidos sterlingorum . et uxori mee unum jocale ad precium . XIJ. denariorum. Ego vero et heredes mei dicto HUGONI et heredibus suis vel ejus assignatis dictam terram contra omnes homines et feminas warantizabimus. In cujus rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus . RICARDO FLANDRENSI . tunc constabulario de KEN[EFEG] . WALTERO LUUEL . RICARDO clerico . WILLELMO COLE . PHILIPPO filio DAVID . JOHANNE sacerdote qui hanc cartam scripsit . et multis aliis.

Round seal, brown wax, 1¼in. diam. A seeded fleur-de-lis.

'+ S'. ROGERI . GRAMUS.'

Endorsed—' Carta Rogeri Gramus filii Rogeri Gramus de terra quam dedit Hugoni fratri suo.'

DCCXIII.

GRANT BY ROGER GRAMMUS AND THOMAS GRAMMUS, HIS HEIR, OF LAND HELD OF THEM BY HUGH GRAMMUS, TO MARGAM ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 C. 6.]

Universis[1] CHRISTI fidelibus hoc presens scriptum visuris vel audituris ROGERUS GRAMMUS et THOMAS GRAMMUS heres ejus eternam in domino salutem.

Noverit universitas vestra nos pro salute animarum nostrarum et antecessorum et successorum nostrorum confirmasse Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus tres acras terre et dimidiam arabiles . Illas videlicet acras quas HUGO GRAMMUS de nobis tenuit et domui de MARGAN pro salute anime sue dedit et carta sua confirmavit . ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram libere et quiete bene et in pace imperpetuum reddendo inde nobis et heredibus nostris duos denarios et obolum ad Pascha . et domui Sancti JOHANNIS JEROSOLIMITANI unum denarium in prima dominica quadragesime pro omni servicio et seculari demanda. In hujus rei testimonium huic scripto sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . WALTERO LUUEL . WILLELMO de CORNELI . WILLELMO filio ALEXANDRI de KENEFEG . RICARDO clerico . WILLELMO COLE . WILLELMO FRANKELEYN . et multis aliis.

Endorsed—'Carta Rogeri Gramus et Thome heredis ejus de tribus acris et dimidia quas nobis concesserunt.'

Seals as in 75 C. 5, but imperfect.

(1) Very fine ornamental handwriting, see photographic facsimile in Birch, *Hist. of Margam Abbey*, p. 184.

DCCXIV.

GRANT BY THOMAS GRAMMUS TO WILLIAM FRANKELAIN OF LAND AT GOYLAKE.

[Harl. Charter, 75 C. 10.]

Sciant[1] presentes et futuri quod ego Thomas Grammus consensu et assensu Ysote uxoris mee et heredum meorum dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi . Willelmo Frankelain unam acram terre que se extendit a Goylake usque ad Scilwe juxta acram Hugonis Grammus in occidentali parte quam tenuit Rogerus Grammus frater meus de me. Habendam et tenendam de me et heredibus meis sibi et heredibus suis libere et quiete. Reddendo inde annuatim mihi vel heredibus meis ipse et heredes sui unum denarium ad festum Sancti Michaelis pro omni servitio. Pro hac autem donacione et concessione dedit mihi predictus Villelmus undecim solidos et decem denarios. Et ego Thomas Grammus et heredes mei predicto Willelmo et heredibus suis predictam acram contra omnes homines et feminas warantizabimus. Ut autem hec mea donacio et concessio rata et stabilis in perpetuum perseveret eam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus . Matheo capellano . Willelmo Cole . Henrico de Neth . Philippo clerico . Thoma Cole . Philippo Cole . David Wasmere . et multis aliis.

Seal, brownish-green wax, as before.

(1) This deed affords a good specimen of ornamental handwriting.

DCCXV.

QUIT-CLAIM BY THOMAS, SON OF ROGER GRAMMUS, OF LAND PROBABLY IN KENFEG, TO HUGH HIS BROTHER.

[Harl. Charter, 75 C. 9.]

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Thomas Grammus filius et heres Rogeri Grammus salutem et amorem.

Noverit universitas vestra me de consensu heredum meorum remisisse et quietum clamasse HUGONI fratri meo totum jus quod habui vel habere potui in terram illam quam pater meus dedit ROGERO PALMERO fratri meo . que quidem terra jacet inter terram que fuit ADE ALBERD . et terram que fuit JOHANNIS sacerdotis. Habendum et tenendum ipse et heredes sui vel ejus assignati libere et quiete et pacifice sine omni calumnia a me vel heredibus meis facienda. Pro hac autem remissione et quieta clamantia dedit mihi RICARDUS FLANDRENSIS tunc constabularius de KEN[EFEG] . pro amore HUGONIS fratris mei unum par estivalium precii . XVIIJ. denariorum et unam sisam cervisie YSOTE uxori mee. Et ad hoc fideliter observandum et sine fraude . obligavi me et heredes meos fide media in manu THOME tunc sacerdotis de LANILTWIT . et ad majorem securitatem huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . RICARDO FLANDRENSI . tunc constabulario de KEN[EFEG] . WALTERO LUUEL . RICARDO clerico . WILLELMO COLE . PHILIPPO filio DAVID . JOHANNE sacerdote de KEN[EFEG] . tunc temporis . et multis aliis.

Seal, brown wax, as in Harl. Charter 75 C. 5.

Endorsed—'Carta Thome Grammus de acris quas quietas clamavit Hugoni fratri suo.'

DCCXVI.

GRANT BY THOMAS GRAMUS OF AN ACRE OF LAND NEAR KENFEG, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant p. et f. q. ego THOMAS GRAMUS consilio et assensu ROGERI GRAMUS patris mei et uxoris mee et heredum meorum dedi et concessi Deo et B. M. de MARGAN et m. i. D. s. unam acram terre mee. Illam scilicet que jacet juxta viam regalem in longum . que via tendit a ponte aque de KENEFEG ad aquam de GOYELAKE . tenendum et habendum de me et heredibus meis libere et quieti sicut

ulla elemosina liberius haberi vel teneri potest . sine omni consuetudine et seculari exactione in perpetuum. Ego vero et heredes mei hanc predictam acram predictis monachis contra omnes mortales warantizabimus in perpetuum. Predicti vero monachi caritatis intuitu michi xx. solidos dederunt. Et ut predicta robur obtineant . huic scripto sigillum meum cum sigillo patris mei apposui. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Thome Gramus de una acra terre.'

DCCXVII.

GRANT BY THOMAS GRAMUS OF THE LAND OF DEUMAY TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas Gramus consilio et assensu heredum meorum et aliorum amicorum meorum dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et e. B. M. de M. et m. i. D. s. tres acras terre mee . que jacent in cultura illa que vocatur Deumay . et se extendunt in longitudinem a rivulo de Goylake usque ad viam que tendit de Kenefeg usque ad Cateputte . quarum acrarum due jacent juxta terram Maurichi Gramus fratris mei in orientali parte . Tercia vero acra jacet juxta terram Thome Russel . similiter in orientali parte . in puram et perpetuam elemosinam . libere . et quiete . pacifice et integre cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus . sicut ulla elemosina liberius et melius dari potest . absque omni exactione et demanda. Ego vero et heredes mei predictam terram predictis monachis contra omnes mortales in perpetuum warantizabimus. Et ut hec donacio mea et concessio firma et stabilis sit in posterum . presentem paginam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus.

Endorsed —'Carta Thome Gramus de tribus acris terre.'

DCCXVIII.

GRANT BY THOMAS GRAMUS OF LAND BETWEEN LANGELOND AND GOYLAKE TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant presentes et futuri quod THOMAS GRAMUS dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi D. et e. B. M. de M. et m. i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam . pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum . totam terram meam in longum et latum infra hos terminos . videlicet quicquid terre continetur inter rivulum qui dicitur GOYLAKE habens ipsum rivulum ex parte australi et terram que vocatur LANGELONDE ex parte septentrionali . et ex parte orientali terram que quondam fuit HENRICI BARATH . ex parte vero occidentali . terram ALICIE GRAMUS. Totam hanc terram infra dictas divisas cum omnibus pertinenciis suis dedi dictis monachis habendam et tenendam sibi et successoribus suis de me et heredibus meis . libere . quiete . et pacifice inperpetuum excepta una acra terre infra easdem divisas quam WILLELMUS FRANKELEYN de me tenet. Et ego et heredes mei dictam terram cum omnibus pertinenciis suis . et libertatibus dictis monachis contra omnes mortales warantizabimus inperpetuum. Et ut hec donacio mea rata et stabilis permaneat inperpetuum . presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . WILLELMO FRANKELEYN . PHILIPPO de CORNELI . MAURICIO GRAMMUS . THOMA de CORNELI . DAVID WASMEIR . et aliis.

Endorsed—' Carta Thome Gramus de quadam terra inter Langelond et Goylake.'

DCCXIX.

GRANT BY THOMAS GRAMMUS, WITH CONSENT OF YSEUDA HIS WIFE, OF LAND AT GRETEHULLE, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant etc. ego THOMAS GRAMMUS consilio et assensu YSEUDE uxoris mee et heredum meorum dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et B. M. et ec. de M. et m. i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum duas acras terre arabilis . que jacent super GRETEHULLE juxta terram predictorum monachorum ex parte occidentali . et se extendunt in longum in parte aquilonari a prato meo quod jacet juxta GOYLAKE usque terram WALTERI LOUEL versus partem australem. Et continent in latitudine quantitatem decem virgarum . cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus sicut ulla elemosina liberius et melius dari potest. Ego THOMAS GRAMMUS et heredes mei predictam terram predictis monachis contra omnes mortales in perpetuum warantizabimus. Et ut hec mea donacio et concessio firma et imperpetuum stabilis permaneat . prefato scripto sigilli mei impressionem apposui. Hiis testibus . PHILIPPO de CORNELY . WILLELMO FRANKELEYN . MAURICIO GRAMMUS . THOMA WALENSE . DAVID WASMEYR . et multis aliis.

Endorsed—' Carta Thome Grammus.'

DCCXX.

QUIT-CLAIM BY THOMAS GRAMMUS, WITH ASSENT OF YSOTA HIS WIFE, OF ANNUAL RENTS TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant presentes et futuri quod ego THOMAS GRAMUS consilio et assensu YSOTE uxoris mee et heredum meorum relaxavi et quitum clamavi D. et B. M. de M. et

m. i. D. s. pro quadam summa pecunie quam ab eis pre manibus accepi totum redditum meum . quem mihi predicti monachi annuatim tenebantur persolvere. Scilicet tres denarios et obolum . pro quadam terra quam habuerunt ex dono fratris mei HUGONIS . scilicet tribus acris et dimidia. Item . Ego THOMAS GRAMUS tactis sacrosanctis juravi . et hac presenti carta mea predictis monachis confirmavi . quod nunquam aliquid de tota terra mea . nec in parte nec in toto sine predictorum monachorum voluntate et assensu de manu mea vendendo sive donando sive alio aliquo modo alienando dimittam. Si vero contigerit quod me oporteat aliquid de predicta terra de manu mea dimittere . predicti monachi propinquiores sint . quam ullus hominum viventium . prout poterit inter me et illos convenire . si aliquid inde ad usus proprios voluerint retinere . et ut hec mea relaxatio et quita clamatio rata permaneat et inconcussa in perpetuum . huic scripto sigilli mei impressionem apposui. Hiis testibus . WALTERO LUVEL . WILLELMO de CORNELY . GILLEBERTO BURDUN . JOHANNE WITARD . DAVID WASMEYR . et multis aliis. Facta sunt hec anno gratie millesimo . ducentesimo . quadragesimo . quinto . ad festum apostolorum PHILIPPI et JACOBI.

Seal in red wax. A rude fleur-de-lis.

Legend—' + SIGILL . THOME GRAMUS.'

Endorsed—' Thome Gramus de relaxacione redditus . IIJ. denariorum et ob.'; and another copy entitled, ' Carta Thomæ Grammus . de relaxatione totius redditus terre sue . scilicet . tres denariorum . et oboli . . . . . . nec alienabit unquam terram suam sine consensu monachorum.'

DCCXXI.

GRANT BY MARGERY, DAUGHTER OF ROGER, OF LAND AT KENFIG TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant p. et f. quod ego MARGERIA filia ROGERI quondam concubina RICARDI clerici de KENEFEG . Dedi et concessi et h. p. c. m. confirmavi monachis de M. .

Deo et B. M. ib. serv. tres acras terre arabilis in feudo de KENEFEGH cum pertinentiis suis de libero patrimonio meo pro salute anime mee et antecessorum et meorum in p. et p. e. Quarum una acra et quarta pars unius acre jacent juxta viam venientem de VETERI CASTRO usque ad CORNELI ex parte occidentali inter terram quam WILLELMUS filius ALEXANDRI tenet de monachis que quondam fuit terra THOME HOSMAR . et inter terram HUGONIS WALENSIS. Incipiunt autem a predicta via et extendunt se in longitudinem versus occidentem usque ad acram quam predictus WILLELMUS tenet de monachis que quondam fuit acra JOHANNIS WITARD. Una vero acra et quarta pars unius [acre] jacent inter terram quam predictus WILLELMUS tenet de monachis que quondam fuit terra WILLELMI COH . et inter terram WILLELMI FRONKELEYN. Incipiunt autem a predicta via et extendunt se in longitudine versus occidente usque ad magnam viam que ducit de capella beate MARIE MAGDALENE usque ad CORNELI. Dimidia vero [acra] jacet ex parte orientali vie que ducit de VETERI CASTRO usque ad CORNELI . inter terram quam predictus WILLELMUS filius ALEXANDRI tenet de monachis que quondam fuit terra WILLELMI COH . Et inter terram quam predictus WILLELMUS tene[t] de THOMA COLE. Incipit autem predicta dimidia acra a dicta via et extendit se versus orientem et versus terram THOME GRAMUS . Tenendas et habendas . predictas tres acras terre cum pertinenciis suis de me et heredibus meis libere . quiete . et pacifice ab omni exaccione seculari et demanda . sicut aliqua terra liberius et quiecius dari vel teneri potest . Et ego MARGERIA et heredes mei predictis monachis predictas tres acras terre cum pertinenciis suis contra omnes homines et feminas imperpetuum warantizabimus . Et ut hec donacio mea et concessio mea rata . stabilis et inconcussa permaneat . hoc presens scriptum sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus.

Endorsed—' Carta Margerie filie Rogeri de tribus acris terre.'

DCCXXII.

EXCHANGE OF LAND BETWEEN MARGAM ABBEY AND PHILIP DE CORNELI.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit . innotescat quod hec est conventio inter dominum abbatem et conventum de MARGAN ex parte una et PHILIPPUM de CORNELI ex parte altera videlicet quod dicti abbas et conventus concesserunt prenominato PHILIPPO et heredibus suis . perpetuo . habendam totam terram suam pertinentem ad sanctuarium capelle de . . . . . jacet ex parte meridionali juxta terram WALTERI filii ASELMI . et extenditur in longitudine usque ad locum qui dicitur DUODECIM ACRE pro perpetua excambia . . . . . . juxta terram dictorum abbatis et conventus de MARGAN. Et incipit a terra que dicitur TANGUSTELOND et extendit se in longitudine juxta magnam viam . . . . ORCHARDESCROFTE ex parte meridionali. Quam quidem terram sepedictus PHILIPPUS et heredes ejus sepedictis abbati et conventui de MARGAN quiete et pacifice . . . . contra omnes homines warantizabunt. Et si contigerit sepedictum PHILIPPUM . ante uxorem suam nomine AMABLE in fata decedere . heres prenominati . . . . quam a dictis abbate et conventu . in excambia accepit . vel de alia sua terra eam dotabit. Ita quod dicti abbas et conventus terram eis excambiatam perpetuo possidebunt . . . . et integre. Et eam sine omni contradictione poterunt qualicunque clausura voluerunt claudere . et ut propriam in omnibus meliorare. Facta autem fuit hec conventio . . . . [cir]ca festum Sancti BENEDICTI que ut stabilis et rata permaneat in perpetuum . hujus scripti cirographati . partes mutuas sigilli sui impressione pars mutua roboravit. Hiis testibus . . . . WILLELMO le FLEMING . PHILIPPO de NERBERT . et MAURICIO fratre ejus . JOHANNE le NOREYS . et WILLELMO fratre ejus . THOMA GRAMUS . et aliis.

Seal, dark green wax, 1in. diam., an ornamental fleur-de-lis or lily.

‘ + SIGIL . . . . LIPPI : D’ : . . . . ELI [CORNELI].

This deed is extensively stained and the writing obscured.

DCCXXIII.

MORTGAGE BY ROGER LE HASTARE OF KENEFEG, OF HIS WIFE'S LAND AT GOYLAKE, FOR FORTY YEARS TO MARGAM ABBEY.

[Harl. Charter, 75 C. 17.]

Sunday after Epiphany. 12 Jan. 1276-1277.

cyrographum.[1]

Hec est conventio facta inter Rogerum dictum le Hastare de Kenefeg ex parte una et abbatem et conventum de Margan ex altera . videlicet quod dictus Rogerus le Hastare consilio et libera voluntate Alicie uxoris sue . anno ab incarnacione Domini m° cc° septuagesimo sexto . Die Dominica infra octabas Epiphanie invadiavit duas acras terre sue arabilis . quas cum predicta Alicia uxore sua accepit . domino abbati et conventui de Margan per spacium quadraginta annorum proximo sequentium . pro quinquaginta solidis bonorum et legalium sterlingorum quos ab eisdem ad urgentissimam necessitatem tam suam quam predicte Alicie uxoris sue accepit quando dictas duas acras illis invadiavit. Que simul jacent inter terram que est Maurichi Gramus ex parte orientali in latitudine . et terram predictorum monachorum de Margan . et in longitudine incipiunt a Goylake et extendunt se ad viam regalem que vadit de Kenefeg ad moram communem. Ita quod post predictum spacium quadraginta annorum si ipse predictus Rogerus vel aliquis heredum predicte Alicie uxoris sue . de dicta pecunia plene satisfecerit eisdem predictis monachis . dictas duas acras pacifice recipiat. Quamdiu vero dictas duas acras predicti monachi tenuerint . pro omni servicio . exactione . et seculari demanda . duos denarios pro predictis duabus acris Mauricio Gramus persolvent ad festum Sancti Michaelis . et dicto Rogero vel heredibus Alicie predicte uxoris sue eodem termino sex denarios . etiam annis singulis. In cujus rei testimonium huic scripto in modum cyrographi facto . sua sigilla alternatim apposuerunt. Hiis testibus . Hugone

vicario de Kenefeg . Roberto presbitero ejus . Ad[a] Harding . Ad[a] Waremoth . Lewelino scissore . Ricardo le Orman . et multis aliis.

Seal wanting.

(1) Cut through by indentation

DCCXXIV.

GRANT BY HERBERT, SON OF TURKIL, OF A BURGAGE IN CARDIFF TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Sciant omnes presentes et futuri quod Herebertus filius Turkil . burgensis de Kard[if] . emit burgagium in villa de Kard[if] de Godefrido filio Edrun liberum et quietum ab omni servitio . et exactione seculari . et idem burgagium adeo liberum et quietum dedit abbati et ecclesie de Margan . tali scilicet conditione ut ipse et heredes sui libere et quiete illud teneant . de ecclesia . et excepto quod vomerem unum singulis annis Deo reddent et ecclesie. Quod si aliqua necessitate compulsus illud vendere voluerit primum abbati et ecclesie offerre debet . et super hoc ejus uti consilio.

Entitled—'Carta Hereberti Thurkil.'

DCCXXV.

GRANT BY ROBERT DE KAERDIF OF AN ANNUAL POUND OF CUMIN FROM A BURGAGE IN CARDIFF TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Omnibus Ch. f. h. scrip. v. vel audituris ego Robertus de Kaerdif salutem in Domino.

Noverit universitas vestra me d. et conc. D. et e. S. M. de Margan et manachis[1] i. D. servientibus unam libram cumini ad festum Sancti Michaelis in puram et

perpetuam elemosinam . illam scilicet quam JORDANUS ALEWY michi reddere debuit pro quodam burgagio in villa de KAERDIF cum pertinentiis suis tenendam et habendam de me et heredibus meis libere et quiete . sicut ulla elemosina liberius vel melius dari potest in perpetuum. Et ut hec mea donatio rata et inconcussa perseveret . huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Roberti de Cardif . de una libra Cymini.'

(1) *sic*, MS.

DCCXXVI.

GRANT BY MATILDIS, WIDOW OF HUGH DE KARDIF OF A BURGAGE IN ST. MARY STREET, CARDIFF, TO MARGAM ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 C. 23.]

Universis CHRISTI fidelibus has litteras visuris vel audituris MATILDIS relicta HUGONIS de KARDIF eternam in domino salutem.

Noverit universitas vestra me consilio et consensu CRISTINE sororis mee et aliorum amicorum meorum in libera viduitate mea dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam burgagium meum illud videlicet quod jacet in vico Sancte MARIE de KARDIF juxta fluvium THAF . inter burgagium EADWAKER GILT . et burgagium RICARDI filii ROBERTI. Insuper dedi eis et confirmavi totum pratum meum quod jacet inter walam domini comitis et pratum LUCIE de KANETUNE. Ita plane ut habeant et teneant dicti monachi dictam donationem et confirmationem tam de burgagio quam de prato sicut ulla elemosina liberius vel quietius haberi vel teneri potest . et ego dictum burgagium una cum prato dictis monachis warantizabo contra omnes mortales imperpetuum. In cujus rei testimonium quia sigillum proprium non habui ad petitionem meam THOMAS CRISPUS sigillum suum apposuit. Hiis testibus .

Jordano Alui . Johanne Alui . Roberto Godard . Johanne Rumbold . Helia de Novo Castello . Simone de Munt . et multis aliis.

Round seal, green wax, 1in. diam.; a bust to the left in profile, couped at the neck.

'+ SIGILL' . THOME . CRISPI.'

Endorsed—'Carta Matildis Reliete Hugonis de Kardif de uno Burgagio in villa de Kardif cum toto prato suo.'

DCCXXVII.

MORTGAGE BY TERRICUS, SON OF THOMAS, TO JOHN PORC, OF LAND IN PORTMANEMEDE FOR TWO MARKS.

[Margam Charter.]

Hec est conventio facta inter Terricum filium Thome . et Johannem Porcum . videlicet quod dictus Terricus tertiam partem duarum acrarum prati in Portmanemede quarum acrarum duas partes Jordanus Hogl'o tenet . dicto Johanni pro duabus marcis inpignoravit. Ita quidem quod dictum pratum manebit semper in manu dicti Johannis usquequo dictus Terricus vel heredes ipsius dicto Johanni duas marcas persolvant. Reddet autem dictus Johannes dicto Terrico et heredibus suis annuatim pro predicto prato . unum par cirothecarum de pretio unius denarii ad festum beati Johannis Baptiste . scilicet in nativitate ejus . ad hanc autem conventionem fideliter tenendam dictus Johannes et dictus Terricus in manu Walteri sacerdotis affidaverunt. Et ut hec conventio rata et stabilis permaneat . predictus Terricus huic scripto sigillum suum apposuit. Hiis testibus . domino Alano . Roberto Godard . Jordano Alewy . Roberto de Lawernach . Ada Jocelin . Helya de Novo Castro . Thoma filio Reginaldi Crispi . Roberto Rumbold . Johanne Alewy . Johanne filio Baldewin . et multis aliis.

Seal wanting.

Endorsed—'Convencio inter Terricum filium Thome et Johannem Porcum de tercia parte duarum acrarum prati.'

DCCXXVIII.

GRANT BY JOHN AND MATILDA LE PORC OR PORCH OF BURGAGES IN CARDIFF TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Universis CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris JOHANNES le PORC salutem in domino.

Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et MATILDIS uxoris mee et omnium amicorum meorum dedisse . et concessisse . et hac presenti carta mea in perpetuum confirmasse domui beate MARIE de MARGAN et m. i. D. s. burgagium meum in villa de KAERDIF . cum edificiis et ceteris pertinentiis suis . illud videlicet quod jacet in CABELLE Strete . inter burgagium NITHELFI de PENNARD . et burgagium EDELDE la BRUWESTERE. Dedi insuper eisdem monachis totum pratum illud quod habui de NICHOLAO HERVARD in PORTMANE MEDE sicut carta ipsius testatur . in quo continentur due acre et dimidia. Carta etiam ipsius N. HERWARD ad majorem hujus donationis mee confirmationem dictis monachis tradidi . ut ipsi dictum pratum eodem jure quo illud possedi . et eadem libertate . in perpetuum possideant. Ita sane quod unum nummatum cere ad cereum beate MARIE de KAERDIF . ad festum beati MICHAELIS pro omni servitiorum a[c]quietatione . quem pro predicto reddere consueveram prato . annuatim persolvere non omittant. Et ut hec mea donacio et concessio firma et stabilis permaneat in posterum . presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus . ROBERTO GODARD . JORDANO ALEWY . THOMA CRISPO . PHILIPPO de DYNES POWIS . JOHANNE GODMAN . ADA FRIDAI et multis aliis.

Seal as in the preceding deed.

Endorsed—' Carta Johannis le Porc de burgagio suo et de duabus acris et dimidia prati in Kardiff.'

DCCXXIX.

GRANT BY JOHN LE PORC OR PORCH, OF A BURGAGE IN CARDIFF, ETC., TO MARGAM ABBEY.

[Harl. Charter, 75 C. 43.]

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Johannes le Porc salutem in domino.

Noverit universitas vestra me pro salute anime mee . et Matildis uxoris mee . et omnium amicorum meorum dedisse et concessisse . et hoc presenti scripto confirmasse domui beate Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus burgagium unum in villa de Kaerdif . quod jacet inter Willelmum Seward et Taf . quod impignoravit mihi Cristina relicta Roberti Wringel pro viginti solidis omnibus diebus vite sue. Ita plane quod si aliquis in dicto burgagio majus jus quam ego Johannes habuerit . et illud a[c]quietare voluerit . dictis monachis viginti solidos sterlingorum . et totum custum quod super illud positum fuerit . persolvet . antequam de manibus dictorum monachorum illud recipiat . prout in cyrographo conventionis quod est inter me et predictam Cristinam continetur. Quod cyrographum ad majorem hujus donationis mee confirmationem monachis tradidi prenominatis. Dedi insuper eisdem monachis tertiam partem duarum acrarum prati in Portmane Mede quarum duarum acrarum duas partes Jordanus Hoglo tenet. Quam partem prati impignoravit mihi Terricus filius Thome pro duabus marcis. Ita quidem quod predictum pratum manebit semper in manibus dictorum monachorum usque dictus Terricus . vel heredes ipsius eisdem monachis duas marcas persolvant. Reddent tamen predicti monachi dicto Terrico et heredibus suis annuatim pro predicto prato unum par cirothetarum de pretio unius denarii ad festum nativitatis beati Johannis Baptiste . prout ego sicut in scripto conventionis quod est inter me et ipsum Terricum continetur . reddere consueveram. Quod scriptum conventionis ad majorem hujus donationis mee securitatem dictis monachis tradidi. Et in horum omnium

testimonium et confirmationem . hoc presens scriptum sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . Roberto Godard . Jordano Alewy . Thoma Grispo . Philippo de Dynespowis . Johanne Godman . Ada Friday . et multis aliis.

Round seal, green wax, 1in. diam. A rosette of sixteen points.

'[+ s]' iohis : porch :'

Endorsed—'Donatio Johannis le Pore de burgagio juxta Taf . quod ei impignoravit Cristina. Et de tercia parte duarum acrarum prati . quam impignoravit ei Terricus.'

DCCXXX.

SALE BY MATILDIS, WIDOW, DAUGHTER OF GEOFFREY, BURGESS OF CARDIFF, TO THOMAS, SON OF G . . . . . . BURGESS OF KENEFEG, OF HER BURGAGE IN CARDIFF.

[Harl. Charter, 75 C. 1.]

Sciant presentes et futuri quod ego Matildis filia Galfridi burgensis de Kardif in libera viduitate mea consilio et consensu Cristiane sororis mee et aliorum amicorum meorum pro magna necessitate mea vendidi Thome filio G . . . . . . burgensi de Kenefeg burgagium meum in Kardif quod jacet inter burgagium Ysalie relicte Thome de Witechurche ex parte australi et burgagium Hugonis Norrensis ex parte aquilonari pro quindecim marcis sterlingorum quas dictus Thomas mihi pacavit premanibus ad debita mea acquietanda. Et ego dict . . . . dicto Thome [et he]redibus suis contra omnes mortales warantizabo imperpetuum. In cujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . Willelmo Flandrensi . Thoma Crispo . Willelmo Madde . Jordano Aluy . Adam Friday . Willelmo aurifabro . et multis aliis.

Endorsed—'Carta Matildis filie Galfridi.'

DCCXXXI.

GRANT BY ZEREUARD AB PHELIP, WITH CONSENT OF HELTHEYLOU, HIS WIFE, TO WRONOC SEYS, OF LAND CALLED MAYS TREYKIK, NEAR LANGUNIHT.

[Margam Charter.]

Sciant p. et f. quod Ego Zereuardus ab Phelip consensu et assensu Heltheylou uxoris mee et filiorum meorum ceterorumque heredum . dedi et concessi et hec presenti carta mea confirmavi Wronoco Seys totam terram illam que Mays Treykik est numpcupata. Que quidem terra jacet juxta viam que ducit apud Languniht in parte occidentali . extendens se ad rivulum qui vocatur Nantreykik in parte orientali de via communi ascendendo usque ad viam que vadit in cimiterio capelle de Treykik. Habendam et tenendam sibi et heredibus suis . de me et heredibus meis libere quiete et pacifice ab omni servicio exaccione et demanda. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ipse et heredes sui tres obolos bone monete ad festum B. Michaelis archangeli pro omnium serviciorum acquietacione. Pro hac autem donacione et concessione dedit mihi predictus Wronocus unam marcam et dimidiam argenti pre manibus. Ego vero et heredes mei predicto Wronoco et heredibus suis predictam terram contra omnes et feminas warantizabimus. Et ut hec mea donacio et concessio rata et stabilis permaneat . eam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . Zereuard Cou . Meurik ab Cnaythou . Ener ab Madoc . Meurik ab Cnaythou ab Wronou . Wilim ab Meyler . Willim ab Zereuard ab Espus . Zereuard ab Espus . Espus ab Zereuard . Lewelino Vauhant . Howelo ab Lowarz . Willim ab Adam . Reys ab Lewelin ab Grefit . et multis aliis.

A small lump seal in red wax : a merchant's mark.

Endorsed—'Treie Gyke.'

Philip
|
Zereuard=Heltheylou.

Espus
|
Yereuard
|
William — Espus

DCCXXXII.

GRANT BY WALTER WITRED OF LAND PURCHASED FROM MEURIC AB LUARCH TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris . WALTERUS WITRED . salutem.

Sciatis quod ego consilio et consensu heredum et amicorum meorum concessi et dimisi monachis de MARGAN xiij$^{cim.}$ acras terre illius quam emi de MEURIC filio LUARCH reddendo domino comiti annuatim ad festum Sancti MICHAELIS gabulum . scilicet pro singulis acris iij$^{es.}$ obolos. Et ipsi monachi pro hac concessione mea dederunt mihi xx$^{ti.}$ solidos. Et ego et heredes mei warantizabimus predictis monachis ipsam terram contra omnes homines imperpetuum. Quod si eam warantizare non poterimus . catalla sua prefatis monachis in integro restituemus. Teste THOMA capellano de KENEFEG . OSMERO CUUIAN . WALTERO LUUEL . DAVID filio HELY . WASMERO . TOMA filio RICARDI . ROBERTO filio RADULPHI . ROGERO fratre ejus . WALTERO de SABULO.

Endorsed—'Carta Walteri Witred de iij. acris quas emit de Meuric filio Luarch.'

DCCXXXIII.

GRANT BY OSMER CUUIAN OF LAND PURCHASED FROM MEURIC AB LUARCH TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus S. E. f. p. e. f. OSMERUS CUUIAN salutem.

Sciatis quod ego concessi dedi et hac carta confirmavi Deo et e. S. M. de M. et m. i. D. s. xx$^{ti.}$ acras terre quas emi de MEURIC filio LUUARCH ut habeant et teneant eas in elemosinam liberam et quietam ab omni servicio et consuetudine

seculari. Preter quod predicti monachi persolvent singulis annis ad festum Sancti MICHAELIS mihi et heredibus meis firmam reddendam domino Regi . scilicet xxx$^{a.}$ denarios . pro omni servicio . ita quod ego tenebo in vitam meam x$^{cem.}$ acras . quarum una est marlata[1] de illis xx$^{ti.}$ et post obitum meum remanebunt . IX. acre monachis quiete . et decima acra que marlata est remanebit heredi meo quita . et unusquisque nostrum acquietabit quantum tenuerit et quamdiu tenuerit de terra ipsa versus dominum Regem. Et hec omnia warantizabimus ego et heredes mei predictis monachis contra omnes homines in perpetuum. Teste TOMA capellano de KENEFEG . WALTERO LUUEL . DAVID filio HELY . WASMERO . TOMA filio RICARDI . ROBERTO filio RADULPHI . et ROGERO fratre ejus . WALTERO de SABULO.

Endorsed—'Carta Osmeri Cuuian de xx$^{ti.}$ acris.'

Meuric ab Luuach sold land also to Walter Witred.

(1) 'Marlata,' treated with marle.

DCCXXXIV.

GRANT BY WILLIAM, CHAPLAIN, SON OF KEDERECH OF KENFIG, TO JOHN AND ALICE PERUAT, OF A MESSUAGE IN KENFIG.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant p. et f. quod ego WILLELMUS capellanus filius KEDERECH de KENEFEG dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi JOHANNI PERUAT et ALICIE uxori sue et heredibus eorum vel eorum assignatis . unum mesuagium cum curtilagio terre quod KEDERECH pater meus quondam tenuit in villa de KENEFEG juxta vicum qui appellatur VICUS MONACHORUM in longitudine et latitudine cum pertinenciis jacentem inter grangiam abbatis et conventus de MARGAN et terram quam THOMAS GRAMUS tenuit. Habendum et tenendum sibi et heredibus suis vel assignatis predictam terram cum pertinenciis cuicunque dare vendere legare invidiare vel assignare voluerint de me et heredibus meis vel meis

assignatis libere et quiete bene et pacifice hereditarie . inperpetuum. Reddendo inde annuatim domino feodi duos denarios ad quatuor anni terminos . videlicet ad festum beati MICHAELIS unum obolum . ad natale Domini . obolum . ad Pascha . obolum . et ad nativitatem JOHANNIS BAPTISTE obolum . et unum diem antumpnalem unius hominis cum secta curie pro omni servicio exactione et demanda. Pro hac autem donatione et concessione dedit michi dictus JOHANNES viginti solidos sterlingorum pre manibus. Ego vero dictus WILLELMUS et heredes mei vel mei assignati . dicto JOHANNI et ALICIE heredibus suis seu assignatis dictum mesuagium et curtilagium cum omnibus pertinenciis contra omnes homines et feminas inperpetuum warentizabimus et defendemus. Ut hec mea . donacio et concessio perpetue firmitatis robur optineat . huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . WILLELMO TERRY . HENRICO WILLOC . ADA HERDING . WALTERO MAGOR . NICHOLAO ROTARIO . JOHANNE JACOBO . WILLELMO ALBO . et multis aliis.

Seal, dark green wax, finely executed, and a clear impression: pointed oval, 1⅜in. by ⅞in. Device, bust in profile to the left, hair curled, crown tonsured, draped at the neck. Above it is a right hand of blessing, with vested arm.

'+ S' . . . . LI . KETHEROCH . CAPLL'I.'

Endorsed—'Will' Ketherech de Mesuag.'

DCCXXXV.

GRANT BY JOHN, SON OF WILLIAM DE BARRY, BURGESS OF CARDIFF, TO MATILLIS, DAUGHTER OF RICHARD BORNARD, OF A TENEMENT IN THE TOWN OF CARDIFF.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES de BARRY filius et heres WILLELMI de BARRY burgensis de KAERDIF dedi concessi et presenti carta mea confirmavi MATILLIDI filie RICARDI BORNARD quoddam tenementum in villa de

Kaerdif. Illud scilicet quod habui ex dono et feoffamento Johannis de Lanryred juxta portam borialem ejusdem ville inter tenementum tunc Ricardi Scriptoris in parte boriali et tenementum tunc Henrici Peche in parte australi. Et extendit se versus occidentem ad regiam viam et versus orientem ad tenementum quondam Abrahe Mercatoris. Habendum et tenendum dictum tenementum cum pertinenciis eidem Matillidi et heredibus suis et assignatis pro me et heredibus meis et assignatis de domino capitali feodi libere plenarie et pacifice in perpetuum. Reddendo inde annuatim ipsa et heredes sui et assignati dicto domino capitali redditum debitum et consuetum suis terminis pro omni servicio seculari et demanda. Et ego dictus Johannes et heredes mei dicte Matillidi et heredibus suis et assignatis dictum tenementum cum pertinenciis contra omnes mortales warantizabimus in perpetuum. Et ut hec mea donacio concessio et presentis carte mee confirmacio robur perpetue firmitatis optineat huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . Hugone de Roth . Thoma Clement . Ricardo Elys . Rogero le Poleter . Johanne Odyn . Elya Guldare . Gilberto de Cestre . Thomam de Boreford . Ricardo Abraham . et aliis.

Seal, dark green wax, 1in. diam. Device, a star with eight curved rays. Legend—' + s' . ioh'is . de . barry.'

DCCXXXVI.

GRANT BY SIMON WEBIR TO RICHARD BERNARD, OF A BURGAGE WITHOUT THE BOROUGH OF CARDIFF.

[Margam Charter.]

Sciant tam p. quam f. quod ego Symon [Webir] dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Ricardo Bernard unum burgagium edificatum jacens extra burgum Kaerdivie in gardino inter burgagium meum in parte aquilonari et burgagium tunc Roberti Gullebocke. Et extendit se in longum usque ad

burgagium quod fuit Willelmi Sturmy in parte occidentali et regiam viam que ducit a burgo Kaerdivie versus Seinthynith in parte orientali. Habendum et tenendum predictum burgagium cum suis pertinenciis predicto Ricardo et heredibus suis vel assignatis de me et heredibus meis vel assignatis libere quiete pacifice et integre jure hereditario imperpetuum. Reddendo inde annuatim ipse et heredes sui vel assignati domino capitali feodi duodecim denarios argenti ad quatuor anni terminos equis porcionibus pro omni servicio seculari et demanda. Et ego predictus Symon et heredes mei vel assignati predicto Ricardo et heredibus suis vel assignatis predictum burgagium cum pertinenciis contra omnes mortales warentizabimus acquietabimus et defendemus inperpetuum. Pro hac mea donatione concessione warentizacione et presentis carte mee confirmacione dedit michi predictus Ricardus triginta solidos pre manibus. Et ut hec mea donacio concessio warentizacio et presentis carte mee confirmacio robur perpetue firmitatis optineat hanc presentem cartam meam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . Willelmo Wallot . Johannis de Baghetripe . Maurico Clement . Clemente clerico tunc preposito burgi Kaerdivie . Rogero Kene . Ricardo le Taillur . Abraham Mercatore . Willelmo le Guldare . Thoma de Boreford . Ricardo de Plimpton clerico . Ricardo Lude tunc preposito burgi Kaerdivie . et aliis.

Seal, dark green wax, 1in. diam. Device, a star of sixteen rays.

Legend—'+ s' semonis . webir.'

DCCXXXVII.

GRANT BY WILLIAM LE TANNER TO PHILIP, SON OF JOHN DE LANDAF, OF HALF A BURGAGE IN CARDIFF BOROUGH.

[Margam Charter.]

Sciant p. et f. quod ego Willelmus le Tanner dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Philippo filio Johannis de Landaf dimidium burgagium

edificatum in burgo de KAERDYF quod quidem dimidium burgagium edificatum jacet in vico qui vocatur HUNDEMANBY inter burgagium THOME de LANCARVAN in parte boriali et dimidium burgagium THOME TOSE in parte australi et tenementum NICHOLAI SWEYN in parte orientali et viam regalem in parte occidentali pro viginti solidis sterlingorum michi pre manibus pacatis. Habendum et tenendum predictum dimidium burgagium edificatum cum pertinenciis predicto PHILIPPO et heredibus suis vel assignatis de capitali domino per redditus et servicia inde debita et consueta libere quiete bene et in pace jure hereditario in perpetuum. Et ego vero predictus WILLELMUS et heredes mei predictum dimidium burgagium edificatum cum pertinenciis predicto PHILIPPO et heredibus suis vel assignatis contra omnes mortales warentizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus . HUGONE de RATH . JOHANNE COK . JOHANNE ODYN . THOMA LONGO . WILLELMO le MARESCHAL . et multis aliis.

Seal, dark green wax, 1in. diam. Device, a star of sixteen rays.

Legend—' + S' WILL'I [LE TAN]NER.'

DCCXXXVIII.

GRANT BY WILLIAM, SON OF OSMUND, TO HIS SON THEOBALD, OF A BURGAGE IN KENFEG, AND A HOUSE IN CARDIFF, ETC.

[MARGAM CHARTER.]

WILLELMUS filius OSMUNDI . dominis suis . et omnibus amicis suis . et omnibus hominibus suis . salutem.

Sciatis me dedisse et concessise TEDBALDO filio meo burgagium meum de KENEFEG pro servitio suo. Ita libere sicut ego illud tenui de comite . et unum masagium in CARDIF super quod domus sua est . et totam WULNODES croftam. Et volo et concedo quod ipse et heredes sui teneant hec omnia de me et de

heredibus meis libere et quiete . in feudo et hereditate per unam libram piperis donando (*sic*) per annum pro omni servitio. Et ipse TEDBALDUS dedit mihi de recognitione . IJ. solidos. Hujus donationis sunt testes . ROBERTUS filius RICARDI . cujus sigillo hec carta est sigillata . et ACELINA uxor mea . et STEINERUS et ROGERUS GULEGUT . et ADAM filius ACERI . et WILLELMUS filius THANEWI . et ODO filius ENGELRAMI . et EILRICUS DEVON'. et WALTERUS filius RICARDI et NICHOLAUS frater ejus.

Seal in white wax ; a fragment of a seal probably 1in. diam. An armed rider, right hand extended, sword erect, but sloping ; he rides to the proper left.

A small counter-seal, $\frac{7}{8}$in. by $\frac{5}{8}$in., rounded oval, impression of an antique oval intaglio gem. A boat, with two mariners in it.

Legend indistinct.

This seal resembles much some others in the collection.

Osmond=
|
William=Acelina
|
Tedbaldus

DCCXXXIX.

ABBREVIATION OF A DEED BY WHICH WILLIAM DE BREUSE, LORD OF GOWER, CONFIRMS TO NEATH ABBEY THE LANDS GRANTED BY HIS ANCESTORS IN TALEBOND AND LOCGHERN.

[P.R.O., Q.R. MISCELL. BKS., Vol. I., f. 486.] 28 DEC. 1278.

Omnibus CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris WILLELMUS de BREUS' dominus de GOUHER salutem in domino.

Inspectis cartis et donacionibus quas abbas de NETH ordinis CISTERNIENSIS (*sic*) et ejusdem loci conventus habent de antecessoribus et predecessoribus nostris . quod predicti abbas et conventus habeant et teneant omnes terras et tenementa

sua in TALEBOND et LOCGHERN que tenent et habent per formam donacionum quas inde habent . ut in terris dominicis pratis pascuis mariscis piscariis pasturis viis et semitis cum aysiamentis et omnibus pertinenciis. Et maxime secundum quod scilicet[1] per quasdam rationabiles divisas temporibus nostris inter predictos abbatem et conventum et homines nostros de LOCHERN plenius conpertum est et disrationatum. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum apposuimus.

Datum XXVIII. die Decembris . anno domini M°· CC°· septuagesimo octavo. Hiis testibus etc.

(1) Obscure. Possibly some omission by the scribe.

DCCXL.

RECORD OF THE SUIT BETWEEN WILLIAM DE BEAUCHAMP, EARL OF WARWICK, AND WILLIAM DE BREUSE, CONCERNING SWANSEA CASTLE AND THE LAND OF GOWER.

[P.R.O., Q.R. MISCELL. BKS., Vol. I., f. 478 b.]

8 EDW. I. A.D. 1279—1280.

SUSSEX. WILLELMUS de BELLO CAMPO comes WARR' petit versus WILLELMUM de BREUS' castrum de SWEYNESSE et totam terram de GOER in WALLIA ut jus suum per premissa in capite . et unde dicit quod quidam WILLELMUS antecessor suus fuit seysitus de predictis tenementis . tempore pacis et tempore domini HENRICI Regis proavi domini Regis nunc capiendo inde explecia ad valentiam . etc. Et de ipso WILLELMO qui obiit sine herede de se descendit jus cuidam WALRAND' ut fratri et heredi. Et de ipso WALRANDO descendit jus cuidam HENRICO ut filio et heredi. Et de ipso HENRICO cuidam THOME ut filio

et heredi. Et de ipso THOMA que obiit sine herede de se . descendit jus cuidam MARGERIE ut sorori et heredi. Et de ipso MARGERIA que obiit sine herede de se resorciebatur jus cuidam WALRANDO fratri predicti HENRICI patris predictorum THOME de MARGERIE ut avunculo et heredi. Et de ipso WALRANDO qui obiit sine herede de se . cuidam ALICIE ut sorori et heredi. Et de ipsa ALICIA descendit jus cuidam WILLELMO ut filio et heredi. Et de ipso WILLELMO qui obiit sine herede de se . cuidam YSABELLE ut sorori et heredi. Et de ipsa YSABELLA . descendit jus isti WILLELMO qui nunc petit ut filius et heres. Et quod tale sit jus suum offert . etc.

Et WILLELMUS de BREUS' venit et defendit jus suum quando etc. Et dicit quod dominus JOHANNES Rex avus domini . Regis nunc dedit et concessit cuidam WILLELMO de BREUS' proavo suo totam terram de GOWER cum omnibus pertinentiis in WALLIA habendam et tenendam sibi et heredibus suis de ipso domino Rege et heredibus suis per servitium unius militis pro omni servitio libere et quiete plenarie honorifice et in pace cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis in omnibus locis et omnibus rebus ad predictam terram pertinentibus . Et profert cartam suam domini JOHANNIS Regis qui hoc testificatur. Unde dicit quod non potest ei inde respondere sine domino Rege . nunc. Ideo datus est eis dies hic a die Pasche in quinque septimanas ut die in diem.

Postea ad diem illum venerunt partes . et predictus comes dicit quod predictus WILLELMUS 'non'[2] debet sine domino Rege respondere quia dicit quod ipse petit versus eundem predictum castrum de SWEYNESSE et totam predictam terram de GOWER cum pertinenciis quod quidem 'castrum' non nominatur in carta predicta. Unde videtur ei quod debet ei sine domino Rege quoad predictum castrum respondere . et etiam quoad predictam terram de qua predicta carta facit mentionem. Dicit enim quod predicta carta facta fuit in NORMANNIA tempore gwerre inite inter Regem FRANCIE et JOHANNEM quondam Regem ANGLIE cuidam WILLELMO antecessori predicti WILLELMI . eo quod idem WILLELMUS tunc voluit a predicto JOHANNE Rege recedere et ad partes ANGLIE redire. Et

propter hoc quod . idem Dominus JOHANNES Rex de predicta gwerra fuit perterritus . et ut majus periculum evitaret metu gwerre predicte fecit ei eandem cartam magis sub specie gwerre quam animo donandi . Dicit enim quod seysina predicte terre de 'GOER' nunquam fuit cum predicta carta dicto WILLELMO liberata. Dicit etiam quod predictus WILLELMUS est totum extraneus predicte carte quia dicit quod quidam WILLELMUS proavus predicti WILLELMI habuit tres filios . WILLELMUM antenatum . EGIDIUM 'medium' . REGINALDUM postnatum. Qui quidem EGIDIUS post mortem predicti WILLELMI patris sui intravit in hereditatem predicti WILLELMI . et inde obiit seysitus. Post cujus mortem . predictus REGINALDUS intravit in eandem ut frater et heres. Et postea predictam terram reddidit cuidam JOHANNI filio WILLELMI patri predicti WILLELMI nunc . unde desicut idem JOHANNES pater suus intravit predictam terram per reddicionem predicti REGINALDI per quandam convencionem inter ipsum JOHANNEM et predictum REGINALDUM initam . et non per descensum hereditarium ut heres predicti WILLELMI proavi . etc. . videtur quod debet sine domino Rege respondere.

Et predictus WILLELMUS quoad predictum castrum dicit quod idem castrum est pertinens ad predictam terram et de pertinentiis ejusdem quamvis in predicta carta non specificetur. Dicit etiam quod ipse non est extraneus predicte carte . immo totaliter propinquus per rectam lineam sanguinis de predicto WILLELMO proavo suo . Dicit etiam quod idem WILLELMUS proavus suus cui predicta carta facta fuit obiit seysitus de predictis tenementis. Post cujus mortem predictus WILLELMUS filius suus successit ei . ut filius et heres. Et postea predictus JOHANNES filius ejusdem WILLELMI pater suus infra etatem et in custodia domini JOHANNIS Regis existens predicto WILLELMO patri heres successit . qui quidem domino[3] JOHANNES Rex custos hereditatis ipsius JOHANNIS dimisit predicto EGIDIO avunculo ipsius JOHANNIS tunc HERFORDIE episcopo . qua quidem custodia durante obiit idem EGIDIUS. Post cujus mortem predictus REGINALDUS intrusit se in predictam hereditatem et postea illam reddidit

predicto Johanni patri suo ut recto heredi predicti Willelmi avi. Et petit judicium de hoc quod predictus comes congnovit predictam cartam factam predicto Willelmo proavo suo et illam non dedicit.

Et predictus comes dicit quod predictus Willelmus filius predicti Willelmi avi etc. nunquam habuit aliquam seysinam in predicta terra nec Johannes filius suus ei successit in eandem . sed ipsam intravit per convencionem inter ipsum Johannem et predictum Reginaldum initam ut predictum est. Et hoc paratus est verificare per patriam vel alio modo sicut curia consideraverit.

Datus est dies in xv. dies post festum Sancti Michaelis.

Postea ad diem illum dictus Willelmus de Breus' fuit assoniatus . et habet diem in octavis Sancti Hyllarii.

Ad quem diem comes comparuit . et Willelmus de Breus' per attornatos et datus est dies a die Pasche in tres septimanas.

Ad quem idem comes comparuit . et attornati Willelmi de Breus' fuerunt assoniati. Et datus est dies a Sancto Michaele in xv. dies.

Ad quem diem partes comparuerunt . et datus est dies . a die Sancti Hillarii in xv. dies.

Ad quem diem attornatus comitis fuit assoniatus. Et attornati Willelmi de Breus' comparuerunt . et datus est dies a die Pasche in unum mensem.

Ad quem diem Willelmus de Breus' comparuit . et comes per attornatum suum comparuit . et predictus Willelmus recessit versus predictum comitem sine die . et idem comes in misericordia.

Anno regni Regis Edwardi octavo.

(1) The following note is written in a different handwriting on the top margin of the leaf:—'[illegible] Gower' [illegible] Comites Warr'. Unde primus vocabatur Rogerus [illegible] Margeria [illegible] successit ei Henricus de Novo Burgo [illegible] post vero mortem Henrici [illegible] successit Willelmus de Bello Campo de quo in hac parte folii fit mentio etc.'

(2) 'non,' added later over line, but erroneously.

(3) '*sic*,' but apparently an error for dominus.

This is an important record in the history of Swansea and Gower. William de Beauchamp, Earl of Warwick, brings an action in one of the Courts, probably that of Common Pleas, against William de

Breuse, for possession *in capite* of Swansea Castle and the whole land of Gower, and propounds the following pedigree :—

PEDIGREE OF BEAUCHAMP.

1. Wm. de Beauchamp, temp. Henry II., *ob.* s.p.
2. Walrand=
   - 3. Henry, s. & h.=
     - 4. Thomas, s. & h., *ob.* s.p.
     - 5. Margery, s. & h., *ob.* s.p.
   - 6. Walrand, *ob.* s.p.
   - 7. Alice=
     - 8. William, *ob.* s.p.
     - 9. Ysabella=
       - 10. **WILLIAM**, the claimant.

William de Breus, however, sets up in defence the Royal grant of all the land of Gower, with the appurtenances, by King John to his great grandfather, William, for the service of one knight, and pleads absolute right to the disputed possessions.

The cause is set down for trial in Easter Term, and on the appointed day the parties appear, and the claimant seeks to invalidate the defence, (i.) as far as the Castle of Swansea is concerned, because of the omission of the word *castle* in the original grant; (ii.) because the land was granted in Normandy under circumstances of need and compulsion, and seisin thereof was not granted; and (iii.) alleges that the defendant is a stranger not recognised in the grant. In support of all this he propounds the following pedigree :—

PEDIGREE OF BREUS.

1. William de Breus=
   - 2. William— *ob.* v. p.
     - 5. John=
       - 6. **WILLIAM**, the defendant.
   - 3. Giles, *ob.* s. p.
   - 4. Reginald.

He further alleges that the defendant succeeded by agreement between his father John and Reginald his father's uncle, and not by hereditary descent.

The defendant replies (i.) that the castle, although not specially named in the grant, is one of the appurtenances thereof; (ii.) that he is not a stranger, but a direct descendant of his great grandfather William, to whom the second William succeeded, and then in turn John son of the second William and father of the defendant. During this John's minority the custody of his heritage was delivered by King John to the uncle Giles, then Bishop of Hereford; on the death of Giles the other uncle Reginald intruded himself into the wardship, but afterwards restored it to the said John.

The Earl's rejoinder is that the second William de Breus never had seisin of the land, and that John's succession was the result of a compact with Reginald.

The case is set down for Michaelmas Term. But on the day fixed for hearing, William de Brens is essoigned that is, fined, because he does not put in an appearance, and it goes over to Hilary Term. On the appointed day the Earl appears in person, and William de Breus is represented by his attorneys, but the hearing is deferred to Easter Term. The Earl again appears in person on the day fixed, but the attorneys of William de Breus are essoigned, and once more the case goes over to the next Term. On the appointed day in Michaelmas Term the parties appear, and a day is agreed upon during the ensuing

[illegible] court, and a day [illegible] and Breus- [illegible]

[illegible] Earl of W[illegible]

Henry de Novo Burgo.

DCCXLI.

PLEA IN THE KING'S COURT BETWEEN THE EARL OF GLOUCESTER AND WILLIAM DE BREHUSA CONCERNING RIGHT OF WAY FROM NEWBURG TO GOWER.

[P.R.O. Placita Coram Rege. 9-10. 10 Edward I. Michaelmas. M. 35.]

1281.

Gloucest'. Gilbertus de Clare comes Glouc' et Hertf' attachiatus fuit ad respondendum Willelmo de Brehusa de placito quare cum vie regie et earum tuiciones per totam terram et potestatem regiam ad coronam et dignitatem suam pertineant ita quod omnes et singuli ad fidem Regis existentes per vias illas regias transire possint pro voluntate sua et sine impedimento quorumcunque idem comes per Robertum le Veel ballivum suum de Glamorgan prefato Willelmo nuper in transeundo per viam Regis regiam versus terram suam de Goer in eadem via Regis regia apud Newburg' vi et armis restare fecit et eum per viam illam regiam usque terram suam predictam sicut ipse et antecessores sui pacifice et absque impedimento facere consueverunt transire non permisit in Regis contemptum et regie dignitatis Regis prejudicium et ipsius Willelmi exheredacionis periculum contra pacem etc. Et unde queritur quod predictus comes die lune proxima post festum Decollacionis Sancti Johannis Baptiste anno regni Regis nunc nono predictam transgressionem eidem Willelmo per predictum Robertum et quosdam alios fieri fecit unde dicit quod deterioratus est et dampnum habet ad

valenciam quingentarum librarum et in contemptu regis mille librarum et inde producit sectam etc. Et predictus comes venit et dicit quod non debet ei ad hoc breve respondere quia dicit quod ipse habet regale suum in partibus GLAMORGAN et quod ipse et antecessores sui semper consueverunt placitare omnia placita sive fuerunt de transgressionibus sive de aliis placitis vel querelis unde dicit quod non tenetur hic respondere ad querelam predicti WILLELMI desicut idem WILLELMUS monstrare non potest quod in curia sua de GLAMORGAN sit eidem WILLELMO in aliquo injuriatum et petit inde curiam suam etc. Et WILLELMUS dicit quod ipse non tenet de predicto comite immo de domino Rege in capite et petit judicium si predictus comes de transgressione sua propria facta in regia via Regis curiam suam habere debeat vel possit quoquomodo ex quo transgressio ea facta fuit in contemptum Regis ut predictum est. Postea per consilium Regis constitutum est quod predictus comes respondeat. Et comes salvis sibi et heredibus suis omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus quibus ipse et antecessores sui hucusque usi sunt in terris suis de WALLIA et in hoc quod inplacitatus est hic per predictum WILLELMUM predictis libertatibus suis in nullo prejudicietur quominus eodem libertates et libere consuetudines integre remaneant et illibate sicut temporibus retroactis idem comes et antecessores sui usi sunt. Dicit idem comes quod non potest nec debet de precepto respondere quousque principale in curia ista convincatur. Et preterea idem comes dicit quod tenet predictas terras et libertates de suo et antecessorum suorum conquestu unde videtur ei quod de hiis sine consideracione parium suorum ANGLIE et marchesium WALLIE qui eisdem libertatibus in terris suis WALLENSIUM gaudent non debet inde alicui respondere.

DCCXLII.

JOHN GIFFARD OF BRIMMESFELDE, WARDEN OF LANDS, ETC., OF THE EARL OF GLOUCESTER, RECEIVES FROM PAGAN DE TURBERVILLE, LATE WARDEN, THE PROPERTY OF HIS MASTER IN THE CASTLE AND MANORS OF NEATH, LLANTWIT, LANBLETHIAN, ROATH, AND STOWE, ETC.

[EXCHEQUER Q. R. MISCELL. MINISTERS ACCOUNTS. 10-11 EDWARD I., No. 2. GLAMORGAN CAL. HENRY III.—HENRY VII.

20 APRIL. 9 EDWARD I. 1281.

Ista indentura testatur quod vicesimo die Aprilis anno regni Regis EDWARDI nono dominus JOHANNES GIFFARD de BRIMMESFELDE custos terrarum et tenementorum que fuerunt GILBERTI de CLARE quondam comitis GLOUCESTRIE et HERTFORDIE in GLAMORGAN et MORGANNON recepit de domino PAGANO TURBERVILLE nuper custode ibidem omnia animalia et alia bona subscripta in partibus predictis inventa videlicet in castro et manerio de NEETH J. quarterium et dimidium et J. hopam frumenti XV. quarteria avene IJ. quarteria J. bussellum et dimidium salis IJ. affros IX. vaccas et IIJ. bovettas. Item in manerio de LANILTWIT J. quarterium frumenti X. quarteria et VIJ. bussellos mixtillionis XXVIIJ. quarteria avene IJ. affros et XXX$^{ta.}$ boves CXIIIJ. acras J. rodam terre seminatas ad frumentum IIIJ. acras terre seminatas ad fabas IIIJ. acras J. rodam terre seminatas ad ordeum et CLVIIJ. acras dimidiam seminatas ad avenam. Item in manerio de LANBLETHIAN IIIJ. quarteria dimidium frumenti IIIJ. quarteria IIIJ. bussellos et dimidium mixtillionis IJ. affros XVIIJ. boves et IIJ. vaccas LIIIJ. acras J. rodam terre seminatas ad frumentum IJ. acras et IIJ. rodas terre seminatas ad fabas IIIJ. acras J. rodam terre seminatas ad ordeum et LIIIJ. acras terre seminatas ad avenam. Item in manerio de RAATH VIJ. quarteria avene IIJ. affros XIX. boves J. taurum VIIJ. vaccas IJ. bovettas IJ. annales et IIIJ. vitulos XIIJ.

acras et dimidiam terre seminatas ad frumentum xxxvij. acras et dimidiam rodam terre seminatas ad fabas ij. acras et dimidiam terre seminatas ad ordeum et xxiiij^or. acras ij. rodas et dimidiam terre seminatas ad avenam. Item in manerio de Stowe j. affrum et viij^to. boves. In cujus rei testimonium partes predicte huic indenture sigilla sua alternatim apposuerunt. Data apud Kaerdif die et anno supradictis.

Endorsed—'Indentura contra Paganum de Turberville de blado et stauro ab eodem receptis in Manerio de Raath et aliis maneriis.'

DCCXLIII.

ACCOUNTS OF THE SAME JOHN GIFFARD.

[De Eodem.] 20 April—29 Sept., 1281.

Villa de Kaerdif cum Castro.

Redditus assise. Idem respondet de x*li*. x*s*. iiij*d*. *ob*. receptis de redditu assise de ccciiij^xx. burgis cum quibusdam placiis et seldis in villa de Kaerdif ad terminos nativitatis Sancti Johannis Baptiste et Sancti Michaelis. Et de iiij*d*. *ob*. receptis de iiij*li*. cimini venditi de redditibus ibidem ad terminum Sancti Michaelis. Summa x*li*. x*s*. iiij*d*. *ob*.

Exitus ville. Idem respondet de viij*li*. xiij*s*. iiij*d*. receptis [de] prisis cervisie in eadem villa per idem tempus. Et ideo minus de lij*s*. j*d*. *q*. quam solebat dimitti ad firmam causa caristie et guerre Lewelini Bren. Et de xxxvj*s*. viij*d*. receptis de tolnetis mercatorum ejusdem ville per idem tempus. Et de xxvj*s*. viij*d*. receptis [de] tolnetis nundinarum ad festum apostolorum Petri et Pauli. Et de ij*s*. v*d*. receptis de tolnetis maeremii venditi in portu de Kaerdif per idem tempus. Summa xj*li*. xix*s*. j*d*.

Exitus molendinorum. Idem respondet de xv*li*. v*s*. vij*d*. receptis de exitibus molendinorum de Kaerdif per idem tempus et ideo minus causa caristie et guerre. Summa xv*li*. v*s*. viij*d*.

Exitus piscarie. Idem respondet de IIIJ*li.* VIIJ*s.* VJ*d.* receptis de exitibus piscarie gurgitum et aque de TAAF per idem tempus. Et ideo minus quia gurgites detracti fuerunt per inundationem maris. Summa IIIJ*li.* VIIJ*s.* VJ*d.*

Placita et Perquisitiones. Idem respondet de XJ*s.* VJ*d.* receptis de placitis et perquisitionibus dicte ville per idem tempus et ideo minus causa guerre predicte. Summa XJ*s.* VJ*d.* Summa tocius recepte XLIIJ*li.* XV*s.* V*d.* *ob.*

EXPENSE.

Aquietancia et resolucio redditus. Idem computat in acquietancia IJ. balliorum ville de KAERDIF ad terminos Sancti JOHANNIS BAPTISTE et Sancti MICHAELIS IIIJ*s.* Et in redditu resoluto abbati et conventui de NEETH de XX*li.* IIJ*s.* eisdem abbati et conventui assignatis in villa de KAERDIF per antecessores predicti Comitis pro escambio quarundem terrarum in partibus de NEETH X*li.* XVIIJ*d.* Summa X*li.* V*s.* VJ*d.*

Custus Molendinorum. Idem computat in grosso maeremio prosternendo in boscis et propriando et cariagio ejusdem a boscis usque molendina pro emendacione molendinorum ibidem V*s.* Et in emendacione domus dictorum molendinorum prout necesse fuit ut in emendacione murorum et cooperture per idem tempus simul cum museo collecto ad idem XVIIJ*d.* Et in uno fusillo emendando ibidem simul cum ferro empto ad idem per tres vices IJ*s.* Et in fusillo alterius molendini ibidem emendando per idem tempus XVIIJ*d.* Et in billis dictorum molendinorum acuendis et acerandis per idem tempus IIJ*s.* Et in duobus molariis emptis ad molendina predicta simul cum cariagio eorundem XIIJ*s.* VIIJ*d.* Summa XXVJ*s.* VIIJ*d.*

Custus piscarie. Idem computat in diversis operariis locatis ad prosternendum et colligendum virgas et aliud maeremium in bosco proprio ad reparacionem gurgitum in aqua de TAAF et in stipendiis eorundem operariorum pro defectubus dictorum gurgitum emendandis per loca ad tascham LXVJ*s.* VIIJ*d.* Et in una batella empta pro eadem piscaria simul cum una catena ferrea empta XJ*s.* VJ*d.* Summa LXXVIIJ*s.* IJ*d.*

Custus castri. Et in stipendiis duorum carpentariorum emendantium defectus domorum in eodem castro vento discoopertarum et defectus cujusdam pontis versus turrim per xv. dies xs. Et in mille cendulis factis de maeremio domini ad tascham vs. Et in cariagio eorundem de bosco domini usque ad castrum x*d*. Et in mille clavis emptis pro eodem xx*d*. Et in emendacione furni in eodem castro ad tascam dimidia marca. Et in plumbo stangno et cepo emptis pro emendacione cooperture turris que vocatur Blakecour ijs. vj*d*. Et in stipendio unius plumbarii et garcionis sui emendancium defectus ejusdem turris xv. dies vjs. iij*d*. Summa xxxijs. xj*d*.

Vadia soluta. Et in vadiis uno janitori ejusdem castri per predictum tempus scilicet per clxiij. dies capienti per diem iij*d*. xls. ix*d*. Et in vadiis duorum vigiliariorum ejusdem castri per idem tempus quorum quilibet capit per diem ij*d*. liiijs. iiij*d*. Summa iiij*li*. xvs. j*d*.

Summa xxj*li*. xviijs. iiij*d*.

Manerium de Raath.

Compotus Johannis Giffard de Brimesfelde de exitibus manerii de Raath a xx° die Aprilis anno ix° usque in crastinum Sancti Michaelis proxime sequentem.

Redditus Assise. Idem respondet de lxxvjs. v*d*. *ob*. *q*. receptis de redditu assise in manerio de Raath ad terminos nativitatis beati Johannis Baptiste et Sancti Michaelis cum redditibus gurgitum. Et de xij*d*. *ob*. *q*. receptis de j. libra piperis et dimidia libra cimini venditorum ad terminum Sancti Michaelis. Summa lxxvijs. vj*d*. *ob*.

Exitus Manerii. Et de xxvjs. viij*d*. receptis de pastura cxiiij. acrarum terre arabilis inculte hoc anno. Et de iijs. x*d*. receptis de pastura de Annotesham vendita. Et de lxiijs. receptis de herba xlij. acrarum prati vendita et non plus quia lxiiij. acre et dimidia roda prati falcabilis pro herba et feno ad equos vicecomitis et constabularii de Kaerdif et ad affros et boves domini Regis ibidem commorantes et residuum remansit non venditum pro defectu emptoris causa guerre. De molendino fullonico nihil quia nondum factum est. Summa iiij*li*. xiijs. vj*d*.

Venditio bladi. Et de xxiijs. iiijd. receptis de vij. quarteriis avene venditis precii quarterii xld. Summa xxiijs. iiijd.

Venditio stauri. Et de xxvs. receptis de iij. bovettis et ij. juvencis venditis quia parvi et debiles precii cujuslibet vs. Et de vs. receptis de vj. vitulis venditis precii cujuslibet xd. Et de xs. receptis de x. vitulis venditis. Et de ijd. receptis de coriis ij. vitulorum de morina. Et de iiijs. de ij. aunalibus venditis. Summa xls. ijd. Item iiijs.

Exitus Daierie. Et de lxxvjs. vijd. receptis de cxxx. petris iiij. libris casei venditi ut extra de exitibus daierie per idem tempus quelibet petra de pondere xiiijli. precii cujuslibet petre vijd. Et de xs. vjd. receptis de xviij. petris buttiri venditis ibidem de eodem exitu per idem tempus. Summa iiijli. vijs. vjd. [id.]

Opera vendita. Et de ijs. iijd. receptis de liiij. operibus sarculationis de custumariis de Raath precii operis ob. Et de iiijs. vjd. receptis de liiij. operibus eorundem custumariorum ad collectionem feni precii operis jd. Et de xixs. receptis de cxiiij. operibus autumpni de custumariis de Raath precii operis ijd. Summa xxvs. ixd.

Placita et perquisitiones. Et de iiijs. viijd. receptis de placitis et perquisitionibus curiarum per idem tempus. Summa iiijs. viijd.

Summa tocius recepte xvijli. xijs. vd. ob. Item iiijs.

Expense.

Custus Carucarum. Idem computat in iiij. petris ferri emptis pro emendacione ferri ij. carucarum per idem tempus xviijd. In j. novo vomere empto xijd. In stipendio fabri pro ferramentis faciendis et acuendis xviijd. In diversis ferramentis ad juga bene emendanda et reparanda per idem tempus vjd. Summa iiijs. vjd.

Custus Carectarum et Plaustrorum. Idem computat in j. pari novarum rotarum empto ad carectam iijs. iiijd. In ligacione earundem cum veteribus bendis et in vj. Gropis et xxx. grossis clavis emptis ad idem et vj. strakis renovandis ad idem

simul cum ferro empto ad idem vjs. viijd. ob. Et in j. pari novarum traiciarum de canabo empto pro carecta ixd. Et in j. pari novarum rotarum empto ad plaustrum vs. In ligacione earundem cum veteri ligatura et emendacione bendarum et grossis clavis emptis ad idem simul cum stipendio fabri iijs. vjd. In xij. gropis cum minutis clavis emptis ad idem pro eisdem rotis ijs. jd. Item in xxx. grossis clavis emptis pro quodam altero plaustro ejusdem manerii cum stipendio fabri vjd. Summa xxjs. jd. ob.

Minute necessarie. In ij. hominibus locatis per vj. dies ad claudendum cum virgis et palis circa curiam et punfaldam dicti manerii ijs. In una janua bertone debili et fracta reficienda ad tascham vs. Et in clavis emptis ad eandem portam xd. Et in gunfis et vertevellis et aliis necessariis emptis ad idem xiiijd. Et in brecca muri inter mare et dominicas terras per diversas vices reparanda et emendanda ad tascham xljs. vjd. Summa ls. vjd.

Emendacio domorum. Idem computat in M^c. M^c. tegulis emptis pro coopertura grangie et boverie ibidem vs. In calce empta ad idem xviijd. In stipendio j. tegulatoris circa idem ad tascham ijs. vjd. In emendacione muri lapidei dicte grangie cum calce et petris emptis ad idem ad tascham ijs. Summa xjs.

Custus daerie. In j. nova tyna empta ad opus daerie iiijd. In ij. bokkettis emptis pro lactacione vaccarum vd. Et in ij. ulnis lanee tele emptis pro caseo involvendo xd. Et in iij. formulis emptis pro caseo faciendo vjd. In coagulo empto pro caseo coagulando vjd. ob. In iiij. ollis terreis emptis pro lacte caligando iiijd. In j. tripede ferri empto pro eodem iiijd. Summa ijs. iijd. ob.

Empcio bladi. Idem computat in xvij. quarteriis iiij. bussellis et dimidio mixtilionis emptis pro liberacione famulorum xli. xs. ixd. precii quarterii xijs. Summa xli. xs. ixd.

Custus prati. Idem computat in lxiiij. acris et dimidia et una roda prati falcandis pro averiis ibidem et equis vicecomitis et constabularii de Kaerdif xxvjs. xjd. ob. q. scilicet pro acra vd. In herbagio ejusdem prati dispergendo et feno colligendo adunando et in prato tassando xxjs. vijd. scilicet pro acra iiijd. In feno tassando in grangia viijd. Summa xlixs. ijd. ob. q.

Custus Autumpnalis. Idem computat in XIIJ. acris dimidia frumenti manusarclandis pro diversis herbis nocuis ibidem crescentibus XIIJ*d.* *ob.* in medio Maii. In eisdem XIIJ. acris dimidia frumenti et IJ. acris dimidia ordei et XXIIIJ. acris IJ. rodis et dimidia avene cum sarculis sarclandis XX*d.* quia pro acra *ob.* Et in predictis XIIJ. acris dimidia frumenti IJ. acris dimidia ordei metendis ad tascham VIIJ*s.* quia pro acra VJ*d.* Et in predictis XXIIIJ acris avene metendis ad tascham X*s.* quia pro acra V*d.* Et in potura unius Riperene comorantis ultra messorem bladi per V. septimanas V*s.* X*d.* capientis per septimanam XIIIJ*d.* Et in J. libra sepi empta pro candelis in autumpno J*d.* *ob.* Summa XXVJ*s.* IX*d.*

Stipendia famulorum. In stipendio J. messoris pro dimidio anno IIJ*s.* VJ*d.* Et in stipendio J. repreve per autumpnum IIJ*s.* VJ*d.* In stipendio IJ. carucariorum tenencium carucas pro dimidio anno VJ*s.* Et stipendio IJ. fugatorum per idem tempus V*s.* Et in stipendio J. daye per idem tempus IJ*s.* Et in stipendio J. vaccarii per idem tempus IJ*s.* VJ*d.* Summa XXIJ*s.* VJ*d.*

Vadia. In vadiis J. prepositi ibidem a XX. die Aprilis usque in crastinum Sancti MICHAELIS proxime sequentis videlicet per CLXIIJ. dies primo die computato capientis per diem IJ*d.* XXVIJ*s.* et IJ*d.* Summa XXVIJ*s.* IJ*d.*

Summa omnium expensarum XXJ*li.* VJ*s.* IX*d.* *ob.* *q.*

Dorso. MANERIUM DE RAATH.

Avene. Idem respondet de VIJ. quarteriis avene receptis de PAGANO de TURBERVILLE custode ante ipsum per indenturam. Summa VIJ. quarteria. Et venditur ut infra. Et nihil remanet.

Mixtilio. Idem respondet de XVIJ. quarteriis IIIJ. bussellis et dimidio receptis de empcione pro liberacione famulorum. Summa XVIJ. quarteria IIIJ. busselli dimidium. De quibus computat in liberacione J. messoris J. carectarii IIIJ. famulorum carucariorum et J. vaccarii a XX. die Aprilis anno nono usque XXIX. diem Septembris videlicet per XXIIJ. septimanas et IJ. dies utroque die computato XV. quarteria VJ. bussellos quorum quilibet capit J. quarterium per X. septimanas. Et in liberacione J. daye ab ultimo die Maii usque XXIX. diem Septembris

videlicet per XX. septimanas J. quarterium IJ. bussellos. Et in liberacione J. ancille servientis eidem daye a XXIJ. die Junii usque XXIX. diem Septembris videlicet per XIIJ. septimanas IIIJ. bussellos et dimidium. Summa que prius. Et nihil remanet.

STAURUM.

Affri. Idem respondet de IIJ. affris receptis de predicto PAGANO per indenturam. Et remanent IIJ. affri.

Boves. Et de XIX. bobus receptis de eodem PAGANO per indenturam. Et remanent XIX. boves.

Vacce. Et de J. tauro VIIJ. vaccis receptis de eodem PAGANO per indenturam. Et de IX. vaccis receptis de eodem PAGANO per eandem indenturam provenientibus de manerio de NEETH. Et de IIJ. vaccis receptis de eodem PAGANO per indenturam provenientibus de manerio de Lanblethian. Summa XX. vacce. Et remanent XX. vacce.

Bovetti et juvenci. Idem respondet de IJ. juvencis receptis de dicto PAGANO per indenturam. Et de IIJ. bovettis receptis de eodem PAGANO per indenturam provenientibus de manerio de NEETH. Summa V. Et venditur ut infra. Et nihil remanet.

Annales. Idem respondet de IJ. annalibus receptis de eodem PAGANO per eandem indenturam. Summa IJ. Et venditur ut infra. Et nihil remanet.

Vituli. Idem respondet de IIIJ. vitulis de exitu receptis de prefato PAGANO per eandem indenturam. Et de XVJ. vitulis receptis de exitu. Summa XX. De quibus computat in decima IJ. vitulos. Et in morina IJ. Et in vendicione ut infra XVJ. Summa que prius. Et nihil remanet.

Corea. Idem respondet de coreis IJ. vitulorum de morina. Summa IJ. Et venditur ut infra. Et nihil remanet.

Casei. Idem respondet de XLIJ. caseis receptis de exitibus VJ. vaccarum ab XJ. die Maii usque XXIJ. diem Junii proxime sequentem primo die computato et non ultimo per XLIJ. dies quilibet caseus de pondere VJ*li*. Et de XXIJ. caseis receptis

de exitibus XIIJ. vaccarum a XXIJ. die Junii usque VIJ. diem Julii proxime sequentem primo die computato et non ultimo per XVJ. dies quolibet die IJ. caseis ponderis XIIJ*li*. Et de CCXXXIIIJ. caseis receptis de exitibus XX. vaccarum a VIJ. die Julii usque XXIX. diem Septembris utroque die computato per LXXVIIJ. dies quolibet die IIJ. caseis ponderis XX*li*. Summa CCCVIIJ. casei ponderantes CXLIIIJ. petras IIIJ*li*. quelibet petra de XIIIJ. libris.

De quibus computat in decima XXX. caseos ponderantes XIIIJ. petras. Et in vendicione ut infra CCLXXVIIJ. caseorum ponderantium CXXX. petras IIIJ*li*. Summa que prius. Et nihil remanet.

Butirus. Et de XVIIJ. petris butiri receptis de exitibus predictarum XX. vaccarum per tempus predictum. Summa XVIIJ. petre. Et venditur ut infra. Et nihil remanet.

Opera sarculationis. Idem de LIIIJ. operibus sarculationis provenientibus de XVIIJ. custumariis in manerio de RAATH precium operis J. *ob*. Summa LIIIJ. Et venditur ut infra. Et nihil remanet.

Collectio feni. Idem respondet de LIIIJ. operibus ad fenum colligendum provenientibus de eisdem custumariis precii operis J*d*. Summa LIIIJ. Et venditur ut infra. Et nihil remanet.

Messio bladorum. Idem respondet de CXIIIJ. operibus ad blada metenda provenientibus de eisdem custumariis precii operis IJ*d*. Summa CXIIIJ. Et venditur ut infra. Et nihil remanet.

DCCXLIV.

ACCOUNTS OF THE MANOR OF LECKWITH.

[DE EODEM.] 20 APRIL—29 DECEMBER. 1281.

Redditus assise. Idem reddit compotum de XLJ*s*. IIJ*d*. receptis de redditibus liberorum et custumariorum ibidem ad terminos Nativitatis beati JOHANNIS BAPTISTE et Sancti MICHAELIS. Summa XLJ*s*. IIJ*d*.

Exitus manerii. Et de lvjs. receptis de cccxxxvij. acris dimidio unius rode terre frisce et pasture ibidem venditis in grosso per idem tempus et non plus pro defectu emptoris causa guerre. Et de iiij*li.* x*s.* receptis de lvij. acris dimidio j. rode prati venditis in herba ibidem. Et de vj*s.* viij*d.* receptis de xviij. acris que quondam fuerunt in manibus custumariorum venditis. Et de iij*s.* receptis de piscaria in aqua de Ely tradita ad firmam per idem tempus. Summa vij*li.* xv*s.* viij*d.*

Vendicio operum. Et de ij*s.* x*d.* *ob.* receptis de lxix. operibus custumariorum ad sarculationem in Leecwith precii operis *ob.* Et de vij*s.* viij*d.* receptis de xxiij. operibus ad falcacionem ibidem per idem tempus precii operis iiij*d.* Et de xj*s.* vj*d.* receptis de lxix. operibus custumariorum ibidem ad blada metenda precii operis ij*d.* Et de vij*s.* ix*d.* receptis de operibus eorundem custumariorum ad blada metenda precii operis j*d.* Summa xxix*s.* ix*d.* *ob.*

Placita et perquisiciones. Et de ij*s.* xj*d.* receptis de placitis et perquisicionibus curiarum de Leecwith per idem tempus. Et non plus causa guerre. Summa ij*s.* xj*d.* Summa totalis recepta xj*li.* ix*s.* vij*d.* *ob.*

Expense.

Inde idem computat in acquietancia j. prepositi ad duos terminos xij*d.* Summa xij*d.*

Minute necessarie. Et in subbosco prosternendo in bosco de Leecwith pro una nova falda facienda ibidem pro averiis emencium pasturam domini ibidem xij*d.* Et in portagio ejusdem subbosci a bosco usque ad faldam predictam xiij*d.* *ob.* Summa ij*s.* j*d.* *ob.*

Vadia. Et in vadiis j. prepositi de Leecwith a gula Augusti usque in crastinum Sancti Michaelis proxime sequens primo die computato videlicet per lx. dies capientis per diem ij*d.* vij*s.* tantum quia fuit prepositus et messor per idem tempus non allocantur nisi vij*s.* de consuetudine. Summa vij*s.* Summa Expensarum x*s.* j*d.* *ob.*

DCCXLV.

ACCOUNTS OF JOHN GIFFARD FOR THE MONASTERY OF WHITLAND.

[De Eodem.] S.D.

Redditus assise. Idem respondet de xijs. receptis de redditibus assise in manerio de Albo Monasterio ad terminum Sancti Michaelis. Summa xijs. Exitus manerii. Idem respondet de lvjs. receptis de ccxxvij. acris terre et pasture venditis ibidem per idem tempus. Et de iijs. receptis de herba iij. acrarum prati venditarum ibidem. Et de xxxjs. [xxxs.] receptis de pastura lx. acrarum terre arrabilis in cultura hoc anno in Griffithesmor. Et de iijs. receptis de pastura v. acrarum dimidie terre in cultura ultra aquam de Rempni. Et de vjs. receptis de pastura cujusdam hamme ibidem. Et de xxvjs. viijd. receptis de xviij. acris pasture venditis ibidem. Et de xvjd. receptis de xvj. operibus autumpni provenientibus de custumariis ibidem. Summa vj*li*. viijs.

Molendina. De Molendinis ibidem nichil quia combusta et destructa per guerram.

Exitus piscarie. Et de vjs. receptis de exitibus piscarie ibidem per idem tempus. Summa vjs.

Placita et perquisiciones. Et de xiijd. receptis de placitis et perquisicionibus curiarum de Albo Monasterio per idem tempus et non plus causa guerre. Summa xiij*d*. Summa tocius recepte vij*li*. vijs. j*d*.

Expense.

Vadia prepositi. De quibus idem computat in vadiis unius prepositi de Albo Monasterio a xx° die Aprilis usque in crastinum Sancti Michaelis per clxiij. dies capientis per diem j*d*. *ob*. xxs. iiij*d*. *ob*. qui solebat capere quarterium frumenti per x. septimanas. Summa expensarum xxs. iiij*d*. *ob*.

DCCXLVI.

ACCOUNT OF JOHN [GIFFARD] BAILIFF, FOR THE COUNTY OF GLAMORGAN.

[De Eodem.]

Redditus assise. Idem respondet de viijs. vijd. receptis de redditibus assise diversorum tenencium in comitatu Glamorgancie ad terminos beati Johannis Baptiste et Sancti Michaelis. Summa viijs. vijd.

Feoda. Et de vj*li*. xvs. receptis de xxxvj. feodis et dimidio et quarta parte unius feodi militis ad custodiam castri de Kaerdif ad terminos Invencionis Sancte Crucis Hockeday Apostolorum Petri et Pauli Assumpcionis beate Marie et Sancti Michaelis. Summa vj*li*. xvs.

Firme. Et de xxs. receptis de firma cxliiij. acrarum terre et prati in Egliskeynor ad terminos Sancti Johannis Baptiste et Sancti Michaelis. Et de ijd. receptis de firma unius acre terre et pastare quondam Rees ap Phelip ad terminum Sancti Michaelis. Summa xxs. ijd.

Placita et perquisiciones. Idem respondet de xx*li*. iiijs. ixd. receptis de placitis et perquisicionibus comitatus Glamorgancie per idem tempus. Summa xx*li*. iiijs. ixd. Summa tocius recepte xxviij*li*. viijs. vjd.

Expense Inde.

Stipendium. Idem computat in stipendio unius ballivi pro dimidio anno vjs. Summa vjs.

Forinsece expense. Et in xv. latronibus et fellonibus in dicto comitatu judicatis suspendi vs. pro quolibet iiijd. In xv. cordis emptis pro eisdem xvd. Summa vjs. iijd. Summa omnium expensarum xijs. iijd.

Opera sarculacionis. Idem respondet de lxxij. operibus sarculacionis receptis de xxiiij. custumariis in manerio de Leecwith quorum quilibet debet iij. opera precium cujuslibet *ob*. Summa lxxij. De quibus computat in acquietancia j. prepositi iij. opera. In vendicione ut infra lxix. Et nihil remanet.

Opera falcacionis. Idem respondet de xxiiij. operibus ad falacionem pratorum in manerio de Leecwith precium cujuslibet operis iiij*d*. Summa xxiiij. De quibus computat in acquietancia j. prepositi j. opus. In vendicione ut infra xxiij. opera. Et nihil remanet.

Opera ad blada metenda. Idem respondet de lxxij. operibus provenientibus de xxiiij. custumariis ibidem precium cujuslibet operis ij*d*. Et de iiij^xx^ xvj. operibus receptis de eisdem custumariis precium cujuslibet j*d*. Summa clxviij. De quibus computat in acquietancia unius prepositi vj. opera. In venditione ut infra clxij. Et nihil remanet.

Album Monasterium.

Opera autumpnalia. Idem respondet de xvj. operibus autumpnalibus provenientibus de custumariis de Albo Monasterio per idem tempus precium operis j*d*. Summa xvj. Et venduntur ut infra. Et nihil remanet.

[Memb. 4.]

Manerium de Lanblethyan cum patria et Castro de Talvan et Lanhary.

Redditus assise. Idem respondet de xxv*li*. xjs. vij*d*. de redditu assise liberorum et custumariorum apud Lanblethian et Talvan videlicet ad festum Sancti Johannis Baptiste et Sancti Michaelis. Et de iiijs. receptis de ij. esperveriis provenientibus de redditu venditis ibidem. Summa xxv*li*. xvs. vij*d*.

Exitus manerii. Idem respondet de vs. receptis de herbagio et fructu gardini ibidem per idem tempus. Et de xviijs. iiij*d*. receptis de pastura lv. acrarum terre arrabilis apud Lanblethian que non seminabantur hoc anno. De pastura cxlv. acrarum terre arrabilis apud Lanblethian et Talevan nihil respondet pro defectu emptorum causa guerre. Et de xxxix. acris et dimidia prati nihil respondet quia falcantur pro feno ad equos ballivi ibidem et pro averiis domini Regis ibidem commorantibus. Et de xvijs. receptis de xxxiij acris prati montani venditis in grosso apud Talevan et ideo minus causa guerre pro defectu emptoris. Et de xs. de xxviij. acris pasture venditis ibidem in grosso. Et de vs. receptis de xxxvj. acris pastura venditis apud Lanblethian per idem tempus

et non plus quia residuum pascebatur cum averiis ibidem commorantibus. Et de XXIIIJ*s*. receptis de proficuo et agistiamentis animalium in boscis ibidem per idem tempus et non plus pro defectu emptorum causa guerre et propter latrones commorantes in dictis boscis post guerram. Nichil de turbaria ibidem per idem tempus eadem causa. Et de LXVJ*s*. VIIJ*d*. receptis de auxilio WALENSI de TALEVAN quod dicitur Commorth hoc anno. Summa VIJ*li*. VJ*s*.

Exitus molendinorum. Idem respondet de VIJ*li*. VJ*s*. VIIJ*d*. de exitibus IIJ. molendinorum aquaticorum et J. molendini ventritici ibidem per idem tempus. Et de XVIIJ*s*. receptis de exitibus J. molendini fullonici per idem tempus. Summa VIIJ*li*. IIIJ*s*. VIIJ*d*.

Opera vendita. Idem respondet de IJ*s*. VIIJ*d*. receptis de proficuo operum J. custumarii qui debet reparare quinque carucas et ferramentum J. affri et eciam J. custumarii qui debet facere rotas plaustri et carecte. Et de VJ*s*. V*d*. receptis de CLIIIJ. operibus sarculacionis provenientibus de custumariis apud LANBLETHIAN precium operis *ob*. Et de VJ*s*. IIIJ*d*. receptis. de XXXVIIJ. operibus falcacionis de eisdem custumariis venditis ibidem precium operis IJ*d*. Et de VJ*s*. IIIJ*d*. receptis de LXXVJ. operibus ad fenum colligendum provenientibus de custumariis ibidem venditis precium operis J*d*. Et de IX*d*. receptis de IX. operibus custumariorum ibidem ad fenum tassandum precium operis J*d*. Et de LXXJ*s*. IIIJ*d*. receptis de DCCCLVJ. operibus autumpni provenientibus de custumariis de LANBLETHIAN et TALEVAN ibidem venditis precium operis J*d*. Et de IIJ*s*. VIJ*d*. *ob*. receptis de XXIX. operibus ad blada carianda provenientibus de eisdem custumariis precium operis J*d*. *ob*. Et de IX*d*. receptis de IX. operibus ad blada tassanda provenientibus de eisdem custumariis precium operis J*d*. Summa IIIJ*li*. XVIIJ*s*. IIJ*d*. *ob*.

Placita et perquisiciones. Et de VJ*li*. IIJ*s*. receptis de placitis et perquisiciones curiarum de LANBLETHIAN et TALEVAN per idem tempus. Summa VJ*li*. IIJ*s*.

LANHARY.

Redditus assise. Idem respondet de XXIIJ*s*. IIIJ*d*. *ob*. receptis de redditu assise de LANHARY. Summa XXIIJ*s*. IIIJ*d*. *ob*.

Exitus manerii. Et de xxxiijs. iiijd. receptis de pastura cxxxiij. acris et dimidia terre inculte ibidem hoc anno. Summa xxxiijs. iiijd. Probata. Summa tocius recepte lv*li.* iiij*s.* iij*d.*

EXPENSE.

Acquietancia et resolucio redditus. Idem computat in acquietancia redditus j. preposite et j. messoris apud LANBLETHIAN ad terminos Sancti JOHANNIS BAPTISTE et Sancte MICHAELIS xviij*d.* Et in redditu resoluto abbati et conventui de NEETH in parte solucionis c*li.* xj*li.* xij*s.* ix*d.* *ob.* *q.*

Custus carucarum. Ibidem computat in iiij. peciis ferri emptis pro emendacione ferrorum ij. carucarum xxij*d.* Et in stipendio fabri emendantis et acuentis dicta ferra per vices prout necesse fuerit simul cum aliis minutis necessariis emptis ad idem ij*s.* viij*d.* Et in ij. novis carucis faciendis de maeremio domini ad tascham viij*d.* Sum. v*s.* ij*d.*

Custus carectarum et plaustrorum. Et in j. rota carecte de toto religanda cum veteribus bendis simul cum emendacione alterius rote ejusdem carecte et cum viij. strakis emendandis et elongandis pro eadem cum stipendio fabri iij*s.* Et in liiij. grossis clavis emptis ad idem xiij*d.* In eadem carecta de novo axanda et emendanda per vices ij*d.* Et in viij. takkis emptis ad eandem carectam simul cum clavis emptis ad idem x*d.* In j. pari novarum rotarum empto ad plaustrum v*s.* Et in eisdem rotis de novo ligandis cum vetere benda simul cum nova benda empta ad idem xvj*d.* Et in xxxij. grossis clavis emptis ad idem una cum veteribus strakis emendandis xij*d.* Et in ij. plaustris de novo axandis et in corporibus eorundem reparandis et reficiendis contra autumpnum xvj*d.* In xvj. cluttis pro plaustris et viij. cluttis pro carectis ij*s.* viij*d.* Et in cc. clavis emptis pro eodem iiij*d.* In sepo et uncto emptis pro carectis et plaustris xvj*d.* Summa xviij*s.* j*d.*

Emendacio domorum. Idem computat in musco colligendo pro emendacione grangie et boverie et aliarum domorum in curia ubi necesse fuit vij*d.* In mille tegulis emptis ad idem ij*s.* In stipendio j. tegulatoris emendantis defectus

domorum predictarum [qui] per xx. dies operabit vs. capientis per diem iijd. In garcione locato ad deserviendum eidem per idem tempus xxd. In ij. quarteriis calcis emptis ad idem viijd. Summa ixs. xjd.

Custus molendinorum. Idem computat in una rota exteriori unius molendini fracta emendanda ad tascham ijs. vjd. In cc. clavis emptis ad idem viijd. In emendacione fusilli ejusdem molendini et ij. aliorum molendinorum aquaticorum per plures vices iijs. vjd. Et in emendacione fusilli molendini ventritici per idem tempus vjd. Et in biles pro eisdem molendinis acerandis et acuendis per idem tempus iiijs. vjd. In xvj. ulnis de canabo emptis pro molendino ventritico iiijs. precium ulne iijd. Summa xvs. viijd.

Empcio bladi. Et in iiij. quarteriis iij. bussellis et dimidio mixture emptis pro liberacione famulorum liijs. iijd. Precium quarterii xijs. Summa liijs. iijd.

Custus prati. Et in xxxix. acris dimidia prati falcandis pro feno ad averia domini Regis et ad equos vicecomitis et ballivi xvjs. vd. ob. scilicet pro acra vd. Et eisdem acris et dimidia dispergendis adunandis et in prato tassandis xiijs. iiijd. ob. scilicet pro acra iiijd. plus in toto ijd. ob. In ij. hominibus locatis per ij. dies ad tassandum fenum in grangia vjd. Summa xxxs. iiijd.

Custus autumpnales. Idem computat in l. acris frumenti manusarclandis de herbis nocivis in eo crescentibus scilicet ad tascham vs. xd. scilicet circa festum Invencionis Sancti Crucis. In liiij. acris j. roda frumenti cum sarclis sarclandis circa festum Sancte Johannis Baptiste ijs. iijd. ob. Et in liiij. acris avene sarclandis ad tascham iijs. iiijd. ob. scilicet pro acra ob. q. Et in liiij. acris j rode frumenti iiij. acris j. roda ordei metendis ad tascham xxixs. iijd. scilicet pro acra vjd. Et in liiij. acris avene metendis ad tascham xxijs. vjd. scilicet pro acra vd. In potura unius ripereve existentis ultra metentis blada per v. septimanas vs. xd. capientis per septimanam xiiijd. Et in jli. de sepo empto pro lumine ad opus ballivorum et famulorum in autumpno jd. ob. Summa lxixs. ijd. [jd. ob.]

Stipendia famulorum. In stipendio j. carectarii ij. tenatorum carucarum per estatem et autumpnum ixs. cuilibet illorum iijs. In stipendiis ij. fugatorum per

idem tempus vs. In stipendio unius ripereve per autumpnum iijs. vjd. Summa xvijs. vjd. Probata. Summa omnium expensarum xxijli. xiiijs. jd. ob. q. [xjs. xd. ob. q.]

VILLA DE COUBRIGGE.

Redditus assise. Idem respondet de vijli. xvs. iijd. receptis de redditu assise burgensium ville de COUBRIGGE ad terminos beati JOHANNIS BAPTISTE et Sancti MICHAELIS simul cum redditu xvj. acrarum terre et iij. rodarum tradite burgensibus. Sum. vijli. xvs. iijd.

Exitus. Et de lijs. receptis de prisa cervisie ibidem per idem tempus et non plus causa guerre et propter caristiam. Et de xxvjs. viijd. receptis de tolnetis mercati ejusdem ville simul cum nundinis ibidem ad festum Invencionis Sancte CRUCIS. Summa lxxviijs. viijd.

Placita et perquisiciones. Idem respondet de xxs. vd. receptis de placitis et perquisicionibus curiarum per idem tempus ibidem. Summa xxs. vd. Summa tocius recepte xijli. xiiijs. iiijd.

EXPENSE.

Acquietancia et resolucio redditus. Idem computat in acquietancia redditus ij. ballivorum ejusdem ville per idem tempus xijd. Et in redditu resoluto abbati et conventui de NEETH in parte solucionis cli. vijli. vjs. iijd. ob. q. videlicet pro dimidio anno. Summa omnium expensarum vijli. vijs. iijd. ob. q.

LANBLETHIAN.

Frumentum. Idem respondet de iiij. quarteriis dimidio frumenti receptis de PAGANO de TURBERVILLE custode ante ipsum per indenturam. Summa iiij. quarteria dimidium. Et liberavit ad liberacionem famulorum. Unde respondet inferius quia debile et putridum. Et nil remanet.

Mixtura ad liberacionem famulorum. Idem respondet de iiij. quarteriis dimidio debilis frumenti receptis ad liberacionem famulorum ut supra. Et de iiij. quarteriis ij. bussellis et dimidio mixture receptis de empcione ad idem. Et de iiij. quarteriis iij. bussellis et dimidio receptis de predicto PAGANO.

Summma xiij. quarteria dimidium. Unde computat in liberacione unius messoris j. carectarii et iiij. carucarum a xx°· die Aprilis usque xxix. diem Septembris per xxiij. septimanas et duos dies xiij. quarteria dimidium quorum quilibet cepit quarterium per x. septimanas. Et nihil remanet.

COMPOTUS INSTAURI.

Affri. Idem respondet de ij. affris provenientibus de manerio de NEETH. Summa ij. Et remanent ij. affri.

Boves. Et de xviij. bobus receptis de predicto PAGANO per predictam indenturam. Et remanent xviij. boves.

Vacce. Et de iij. vaccis receptis de eodem PAGANO. Et mittantur apud RAATH. Et nihil remanet hic.

Esperveria. Et de ij. esperveriis receptis de redditu assise in manerio de LANBLETHIAN. Et venduntur infra in capite de redditu assise. Et nihil remanet.

COMPOTUS OPERUM.

Opera sarculationum. Idem respondet de clxij. operibus sarclature provenientibus de xl. custumariis dimidio ibidem per idem tempus quorum quilibet debet iiij. opera precium operis *ob*. Summa clxij.

De quibus computat in acquietancia j. messoris et j. prepositi viij. operum. Et in vendicione ut infra cliiij. Summa que prius. Et nihil remanet.

Opera falcacionis. Et de xl. operibus falcacionis provenientibus de predictis custumariis per idem tempus precium cujuslibet operis ij*d*. Summa xl. opera. Unde computat in acquietancia j. prepositi et j. messoris ibidem ij. opera. In vendicione ut infra xxxviij. Et nihil remanet.

Opera ad colleccionem feni et in cariagio. Idem respondet de iiij$^{xx.}$ operibus ad colleccionem et cariagium feni ibidem precium operis j*d*. Summa iiij$^{xx.}$ Unde computat in acquietancia j. messoris j. prepositi iiij. opera. In vendicione ut infra lxxvj. Et nihil remanet.

Opera ad fenum tassandum. Idem respondet de IX. operibus ad fenum tassandum provenientibus de eisdem custumariis ibidem. Summa IX. Et venduntur ut infra. Et nihil remanet.

Opera autumpnalia. Idem respondet de DCCCLVJ. operibus autumpnalibus receptis de predictis custumariis per idem tempus precium operis J*d*. Summa DCCCLVJ. Unde computat in acquietancia J. messoris J. prepositi per idem tempus XLVIIJ. opera. In acquietancia J. bedelli facientis summoniciones curie et alias execuciones dicti manerii per idem tempus XIJ. opera. In vendicione ut infra. Summa que prius. Et nihil remanet.

Opera ad blada carianda et tassanda. Idem respondet de XL. operibus receptis de predictis custumariis ad blada carianda et tassanda ibidem precium operis J*d*. *ob*. Summa XL. Unde computat in acquietancia J. messoris et J. prepositi IJ. opera. In vendicione XXXVIIJ. unde de tassacione IX. Et nihil remanet.

MANERIUM DE LANILTWYT CUM RUTHYN.

Redditus assise. Idem respondet de XIIJ*li*. XIX*s*. *ob*. *q*. receptis de redditu assise tam liberorum quam custumariorum in manerio de LANILTWYT et RUTHYN ad terminos beati JOHANNIS BAPTISTE et Sancti MICHAELIS. Et de IIIJ*d*. receptis de VIIJ. ferris equinis receptis de redditu assise. Summa XIIJ*li*. XIX*s*. IIIJ*d*. *ob*. *q*.

Exitus manerii. Idem respondet de IJ*s*. VJ*d*. de exitibus J. columbarii ibidem per idem tempus. Et de IIJ*s*. de herbagio et urticis in curtilagio ibidem venditis. Et de LV*s*. receptis de pastura CXX. acrarum terre arabilis inculte hoc anno. Et de LJ*s*. receptis de CLXX. acris pasture ibidem venditis per idem tempus et non plus quia residuum pascebatur cum averiis domini.

De pastura montanea apud RUTHYN nichil pro defectu emptorum causa guerre. Et de VJ*s*. VIIJ*d*. receptis de exitibus foreste de CORTHMAYLOK per idem tempus. Et non plus pro causa predicta. Summa CXVIIJ*s*. IJ*d*.

Exitus molendinorum. Idem respondet de VIJ*li*. VJ*s*. VIIJ*d*. receptis de exitibus IIJ. molendinorum aquaticorum et J. molendini ventritici ibidem per idem tempus. Summa VIJ*li*. VJ*s*. VIIJ*d*.

Vendicio bladi. Idem respondet de iiij*li*. x*s*. receptis de xxvij. quarteriis avene ibidem venditis precium quarterii xl*d*. quia debilis pro garnestura. Summa iiij*li*. x*s*.

Opera vendita. Idem respondet de iij*s*. j*d*. receptis de servicio quorundam liberorum tenencium qui debent reparare vj. ferra carucarum per idem tempus ibidem. Et de lxix*s*. vj*d*. *ob*. receptis de mdclxix. minutis operibus provenientibus de custumariis de Laniltwyt per idem tempus precium operis *ob*. Et de vj*s*. viij*d*. receptis de xx. operibus ad falcacionem pratorum provenientibus de custumariis ibidem precium operis iiij*d*. Et de xiij*li*. xviij*s*. iiij*d*. receptis de mdclxx. operibus ad blada metenda provenientibus de custumariis ibidem precium operis ij*d*.. Et de vij*li*. ix*s*. viij*d*. receptis de mdcciiij^{xx}xvj. operibus autumpnalibus provenientibus de custumariis predictis precium cujuslibet operis j*d*. Et de ij*s*. receptis de predictis custumariis pro operibus ad cariandum virgas ad faldas domini precium operis *ob*. Summa xxv*li*. ix*s*. iij*d*. *ob*.

Placita et perquisiciones. Idem respondet de vj*li*. ix*d*. *ob*. receptis de placitis et perquisicionibus curiarum Anglicanorum et Wallensium de Laniltwyt et Ruthyn per idem tempus. Et de liij*s*. vj*d*. receptis de tolnetis mercati de Laniltwit et portuum de Aberthau Barry et Ogemor per idem tempus. Summa viij*li*. xiiij*s*. iij*d*. *ob*. Summa tocius recepte lxv*li*. xvij*s*. ix*d*. *ob*. *q*. et v*d*. de x. operibus estivalibus venditis super compotum.

Expense.

Resolucio redditus et acquietancia. Idem computat in resolucione redditus abbati et conventui de Neeth in parte solucionis c*li*. eisdem assignati xij*li*. xviij*s*. vj*d*. *ob*. In acquietancia redditus j. prepositi j. bedelli et j. messoris pro dimidio anno iij*s*. Summa xiij*li*. xviij*d*. *ob*.

Custus carucarum. Et in ij. novis vomeribus emptis ibidem xx*d*. Et in v. peciis ferri emptis pro emendacione ferri v. carucarum per idem tempus ij*s*. viij*d*. Et in stipendio fabri emendantis dicta ferra per idem tempus ij*s*. vj*d*. Et in iiij. novis carucis faciendis ibidem de maeremio domini ad tascham xvj*d*. In xviij. novis jugis faciendis de maeremio ad tascham xviij*d*. Summa ix*s*. viij*d*.

Custus carectarum et plaustrorum. Et in emendacione rotarum J. carecte ibidem X*d*. Et in VIIJ. strakis et L. grossis clavis emptis ad idem XX*d*. *ob*. In stipendio fabri circa idem opus VIIJ*d*. Et in una sella ad carectam empta ibidem cum toto apparatu XIJ*d*. Et in emendacione IJ. colariorum equinorum IIJ*d*. Et in J. pari novarum rotarum empto ibidem ad plaustrum V*s*. Et in eisdem rotis ligandis cum veteribus bendis simul cum IJ. novis bendis XXX. grossis clavis emptis ad idem et cum stipendio fabri IJ*s*. VJ*d*. Et in VJ. novis gropis cum minutis clavis emptis ad idem XIJ*d*. Et in emendacione IIIJ. parium veterum rotarum plaustrorum et in IX. bendis fractis reficiendis et elongandis simul cum C. grossis clavis emptis ad idem cum stipendio fabri pro eodem IIJ*s*. VJ*d*. Et in V. plaustris de novo axandis et in corporibus eorundem renovandis et in carpentario pro eodem IJ*s*. IIJ*d*. Et in XX. takkis emptis ad idem IIJ*s*. IIIJ*d*. una cum clavis emptis ad idem. In sepo et uncto emptis pro eisdem carectis et plaustris per estatem et autumpnum IJ*s*. Summa XXIIIJ*s*. *ob*.

Emendacio domorum. Idem computat in D. tegulis emptis pro reparacione grangie et boverie et aliarum domorum ibidem per idem tempus XIJ*d*. In stipendio J. tegulatoris emendantis defectus dictarum domorum ad tascham IJ*s*. VJ*d*. In musco colligendo pro eodem IIIJ*d*. Summa IIJ*s*. VJ*d*.

Custus molendinorum. Idem computat in emendacione IIJ. fusillorum pro tribus molendinis aquaticis ibidem per idem tempus IIJ*s*. In renovacione eris cujuslibet molendini simul cum IIIJ*li*. eris emptis ad idem XVIIJ*d*. Et in emendacione IJ. rotarum exteriorarum *(sic)* de duobus molendinis ibidem ad tascham V*s*. X*d*. In clavis emptis ad idem XVJ*d*. Et in J. carpentario locato pro bordis et alio maeremio ad idem preparandis in bosco domini per IIIJ. dies XVJ*d*. Et in J. molari empto pro uno molendino ibidem VIJ*s*. J*d*. In VJ. billis ad tria molendina ibidem ascerandis et acuendis per idem tempus IIIJ*s*. VJ*d*. Et in sepo et uncto emptis pro molendinis ibidem XVIIJ*d*. Et in XIIJ. ulnis de canabo empto ad molendinum ventriticum ibidem IIJ*s*. IIJ*d*. precium ulne IIJ*d*. In emendacione fusilli ejusdem molendini ventritici per idem tempus VJ*d*. Summa XXIX*s*. X*d*.

Empcio bladi. Idem computat in XV. quarteriis J. bussello mixture emptis pro liberacione famulorum IX*li.* XVIIJ*d.* precium quarterii XIJ*s.* Summa patet.

Empcio stauri. Idem computat in IIIJ. bobus emptis pro carucis ibidem LIIIJ*s.* IIIJ*d.* Summa patet.

Custus pratorum. Idem computat in XXVIIJ. acris prati falcandis ibidem XJ*s.* VIIJ*d.* In herba ejusdem prati dispergenda et feno inde colligendo adunando et tassando IIIJ*s.* et residuum per famulos. Summa XIIIJ*s.* VIIJ*d.*

Custus autumpnales. Sarculacio XX*s.* VJ*d.* Idem computat in C. acris frumenti manu sarclandis ad tascham in principio Maii pro diversis herbis nocivis IX*s.* Et in CXIIIJ. acris J. roda frumenti CLVIIJ. acris dimidia avene cum sarclis sarclandis XJ*s.* VJ*d.* Et in CXIIIJ. acris J. roda frumenti IIIJ. acris J. roda ordei metendis ad tascham LIX*s.* IIJ*d.* scilicet pro acra VJ*d.* Et in CLVIIJ. acris dimidia avene metendis ad tascham LVI*s.* *ob.* pro acra IIIJ*d.* *q.* In J*li.* sepi empto pro candelis in autumpno J*d.* *ob.* In potura J. ripereve existentis ultra metentes blada per VJ. septimanas VIJ*s.* capientis per septimanam XIIIJ*d.* Summa.

Stipendia famulorum. Idem computat in stipendiis J. carectarii et V. carucariorum ibidem per idem tempus XVIIJ*s.* cuilibet illorum IIJ*s.* Et in stipendiis V. fugatorum ibidem [per idem] tempus XIJ*s.* VJ*d.* cuilibet illorum IJ*s.* VJ*d.* In stipendio J. ripereve per autumpnum IIJ*s.* VJ*d.* Summa XXXIIIJ*s.* Summa omnium expensarum XXXVIJ*li.* VJ*s.*

Frumentum. Idem respondet de J. quarterio frumenti recepto de PAGANO de TURBERVILLE per indenturam. Et liberavit ad liberacionem famulorum quia debile unde respondet inferius. Et nihil remanet hic.

Avena. Idem respondet de XXVIIJ. quarteriis avene receptis de dicto PAGANO per indenturam. Summa XXVIIJ Unde computat in potagio famulorum in autumpno J. quarterium. In vendicione ut infra XXVIJ. quarteria. Et nihil remanet.

Mixtura pro liberacione famulorum. Idem respondet de J. quarterio debilis frumenti supra recepto ad liberacionem famulorum. Et de X. quarteriis VIJ.

bussellis mixture receptis de predicto PAGANO. Et de XV. quarteriis J. bussello mixture receptis ad idem. Summa XXVIJ. quarteria. Unde computat in liberacione J. messoris J. carectarii et X. carucariorum a XX°. die Aprilis anno IX. usque XXIX. diem Septembris proxime sequentem per XXIIJ. septimanas et IJ. dies utroque die computato XXVIJ. quarteria quorum quilibet cepit quarterium per X. septimanas. Summa que prius. Et nihil remanet.

COMPOTUS INSTAURI.

Affri. Idem respondet de IJ. affris receptis de dicto PAGANO per indenturam. Sum. IJ. Et remanent IJ. affri.

Boves. Idem respondet de XXX. bobus receptis de dicto PAGANO per indenturam. Et de IIIJ^or. bobus de empcione. Sum. XXXIIIJ^or. Et remanent XXXIIIJ. boves.

Ferra equorum. Et de VIIJ. ferris equorum receptis de redditu ad terminum Sancti MICHAELIS. Summa VIIJ. Et venduntur infra in capite de redditu assise. Et nihil remanet.

COMPOTUS OPERUM.

Minuta opera. Idem respondet de MDCCXLVJ. operibus manualibus provenientibus de custumariis de LANILTWIT a XX°. die Aprilis usque gulam Augusti per XIIIJ. septimanas et IIIJ. dies scilicet per septimanam CXIX. opera precium operis *ob.* Summa MDCCXLVJ. Unde computat in acquietancia J. preposti J. messoris J. bedelli per idem tempus LXVJ. In vendicione ut infra MDCLXIX. Et super compotum X. Et nihil remanet.

Falcacio. Et de XX. operibus ad falcacionem pratorum provenientibus de predictis custumariis precium operis IIIJ*d*. Summa XX. Et venduntur infra. Et nihil remanet.

Opera autumpnalia. Et de MDCCXXX. operibus autumpnalibus provenientibus de predictis custumariis precium cujuslibet operis IJ*d*. Et de MDCCCLVJ. operibus autumpnalibus provenientibus de eisdem custumariis et de coterellis ibidem precium cujuslibet operis J*d*. Summa MMMDIIIJ^xx VJ. Unde idem computat in acquiet-

ancia J. prepositi J. messoris et J. bedelli CXX. In vendicione ut infra MMMCCCCLXVJ. Summa que prius. Et nihil remanet.

Opera ad virgas cariandas. Et de XLVIIJ. operibus ad virgas cariandas pro falda domini precium operis *ob*. Summa XLVIIJ. Et venduntur ut infra. Et nihil remanet.

DCCXLVII.

ACCOUNTS OF KENFIG TOWN AND CASTLE.

[DE EODEM. MEMB. 6.]

Redditus assise. Idem respondet de LXXJ*s*. receptis de redditibus assise de C. burgagiis ville de KENEFEG ad terminos beati JOHANNIS BAPTISTE et Sancti MICHAELIS. Et non plus quia XLIJ. burgagia que solebant reddere per idem tempus XXJ*s*. combusta fuerunt in guerra et tenentes recesserunt et burgagia remanent vacua. Et de IIIJ*s*. VJ*d*. de redditibus coterellorum ibidem ad terminum Sancti MICHAELIS. Et de VJ*s*. V*d*. receptis de certo redditu pro warda castri ad terminum de HOKKEDAY. Et de XXXV*s*. de redditu VIIJ. liberorum tenencium ibidem ad terminos beati JOHANNIS BAPTISTE Sancti JACOBI et Sancti MICHAELIS. Summa CXVJ*s*. XJ*d*.

Firme. Idem respondet de IX*li*. VJ*s*. VIIJ*d*. receptis de firma grangiarum de PENNCHMOIL et PORTREVESHANOK traditarum abbati de MORGAN ad feodi firmam per antecessores comitis et eciam de firmis duorum molendinorum ibidem per idem tempus. Summa IX*li*. VJ*s*. VIIJ*d*.

Exitus Manerii. Idem respondet de IJ*s*. VJ*d*. receptis de quadam pastura que vocatur CONYNGER vendita per idem tempus et ideo minus quia submersa per mare in magna parte. Et de XXXVIIJ*s*. receptis de XXXVIIJ. acris dimidia terre arabilis inculte venditis abbati de MORGAN in grosso. Et non plus pro defectu emptorum causa guerre. Et de XXIJ*s*. receptis de herba XXIIIJ. acrarum prati ibidem venditis per idem tempus. Summa LXIJ*s*. VJ*d*.

Placita et perquisita. Idem respondet de xxiij*s*. receptis de placitis et perquisitis curiarum de Kenefeg per idem tempus. Et de xxvj*s*. viij*d*. receptis de tolnetis mercati et nundini ad festum Sancti Jacobi ibidem et tolneto de Langunyth et nundino de Novo Castro per idem tempus. Et ideo minus causa guerre. Et de xvij*s*. vj*d*. de prisa cervisie ville de Kenefeg per idem tempus. Et non plus quia magna pars ville combusta fuit in guerra. Summa lxvij*s*. ij*d*. Summa tocius recepte xvj*li*. xiij*s*. iij*d*.

Expense.

Acquietancia redditus. Idem computat in acquietancia redditus unius serjantis et j. prepositi burgi de Kenefeg per dimidium annum ij*s*. vj*d*. In decasu redditus xlij. burgagiorum in villa de Kenefek ad terminos Nativitatis Sancti Johannis Baptiste et Sancti Michaelis xxj*s*.

Forinsece expense. Idem in ij. latronibus suspendendis ibidem viij*d*. In ij. cordis emptis ad idem ij*d*. In calefurciis novis faciendis pro latronibus suspendendis at tascham vj*d*. Summa xvj*d*.

Custus Castri. Idem computat in m^l^m^l^ scendulis emptis pro reparacione et emendacione domorum in castro viij*s*. In stipendio unius carpentarii facientis et ponentis dictas sceudulas ad tascham et emendantis alios defectus domorum in castro dimidiam marcam. In clavis emptis ad idem ij*s*. Summa xvj*s*. viij*d*.

Vadia quia non in compoto Bart[holomei.] Idem computat in vadiis j. vigilatoris existentis in castro pro dubio guerre a xx^o^ die Aprilis usque xxix. diem Septembris per clxiij. dies capientis per diem ij*d*. xxvij*s*. ij*d*. Summa xxvij*s*. ij*d*. Summa omnium expensarum—

Patria de Langunith.

Redditus assise. Idem respondet de vj*li*. xv*s*. x*d*. *ob*. receptis de redditibus assise ad terminos Sancti Petri ad vincula et Sancti Michaelis. Summa vj*li*. xv*s*. x*d*. *ob*.

Exitus manerii. Et de xv*s*. de advocacione extraneorum ad terminum Sancti Michaelis et non plus quia plures ex illis Walensibus interfecti fuerunt in

guerra et plures recesserunt de patria causa guerre. De dominicis terris que sunt inter WALENSES nihil respondet hoc anno pro defectu emptorum causa guerre. Summa xv*s.*

Firma. Et de ij*s.* receptis de firma piscariarum de GAREWE et THLEWENNY per dimidium annum. Summa ij*s.*

Placita et perquisita. Et de cvij*s.* receptis de placitis et perquisitis ibidem per idem tempus et eo minus causa guerre. Summa cvij*s.* Summa totius recepte xij*li.* xix*s.* x*d. ob.*

EXPENSE.

Forinsece expense. Idem computat in viij. [hominibus] locatis ad conducendum REES ap HOWEL et LEWELINUM TROTTYNG latrones et felones de LANGUNIT usque KAERDIF xvj*d.* Summa xvj*d.*

Stipendium. Et in stipendio j. bedelli colligentis supradictos exitus per dimidium annum v*s.* Summa v*s.* Summa omnium expensarum—

VILLA DE NEETH CUM CASTRO.

Redditus assise. Idem respondet de lxiiij*s. q.* de redditibus assise burgagiorum ejusdem ville ad terminos Nativitatis Sancti JOHANNIS BAPTISTE et Sancti MICHAELIS. Et de vj*s.* ix*d. ob. q.* receptis de placeis de novo arentatis. Et de iij*s.* vij*d.* de redditu coterellorum per idem tempus. Summa lxxiiij*s.* v*d.*

Molendina. De molendinis ibidem nihil per idem tempus quia combusta fuerunt per ultimam guerram.

Exitus ville. Idem respondet de vj*s.* de tolnetis nundini ad festum Sancti MARGARETE et mercati ibidem per predictum tempus. Et non plus causa guerre. Et de v*s.* receptis de prisa cervisie ibidem per idem tempus. Et non plus causa guerre. Summa xj*s.*

Exitus piscarie. Idem respondet de iij*s.* receptis de exitibus piscarie ibidem per idem tempus. Summa iij*s.*

Placita et perquisita. Idem respondet de xx*s.* [de] perquisitis hundredi ville predicte per predictum tempus. Summa xx*s.* Summa tocius recepte cviij*s.* v*d.*

Expense.

Redditus resolutus acquietancia et defectus. Idem computat in redditu resoluto abbati et conventui de Neeth in partem solucionis cixs. ijd. eisdem assignatorum per annum in villa predicta per antecessores predicti comitis in parte satisfaccionis c*li.* pro escambio quarundem terrarum in partibus de Neeth liiijs viij*d.* Et in acquietancia redditus unius prepositi burgi de Neeth pro dimidio anno xij*d.* Et in defectu redditus iiij$^{xx.}$ burgagiorum et quorundam coterellorum que combusta et destructa fuerunt in guerra Hawisie xliijs. vij*d.* Et in decasu redditus in villa de Neeth iijs. vij*d.* Summa cxijs. ix*d.*

Forinsece expense. Idem computat in iiij$^{or.}$ latronibus convictis suspendendis apud Neeth per idem tempus xvj*d.* Et in cordis emptis pro eodem iiij*d.* Et in iiij. hominibus locatis ad conducendum Meuricum ap Wronogh ap Worgan et Meuricum ap Howe Cam felones de Neeth usque Kaerdif ijs. Summa iijs. viij*d.*

Custus castri. Idem computat in m^{l}d. cendulis faciendis et preparandis de maeremio domini ad tascham pro emendacione cooperture aule castri de Neeth et unius turris in eodem castro dimidiam marcam. Et in stipendio unius carpentarii emendantis predictos aulam et turrim per xx. dies operabiles dimidiam marcam. Et in m^{l}d. clavis emptis ad idem ijs. ij*d. q.* Et in mille tegulis fodiandis ad tascham pro emendacione cooperture trium camerarum in predicto castro xviij*d.* Et in cariagio earundem a quarera usque ad castrum scilicet per iiij$^{or.}$ leucas xviij*d.* Et in stipendiis duorum tegulatorum simul cum uno garcione eisdem deserviente per x. dies dimidiam marcam. Et in calce empta ad idem xij*d.* Et in cariagio ij. plaustratorum sabulonis ad idem iij*d.* Summa xxvjs v*d.* Summa omnium expensarum vj*li.* xijs. x*d.* Probatum.

Manerium de Neeth.

Redditus assise. Idem respondet de xxixs. j*d.* receptis de redditibus assise liberorum tenencium ad terminum Sancti Michaelis. Et de cxiiijs. receptis

de redditu WALENSIUM ibidem ad eundem terminum. Et de VIJ. libris XVIIJ*s*. receptis de tenentibus in montanis et apud RUSSHELYN novam grangiam et TYRHUNDR' per idem tempus. Et non plus quia tenentes qui solebant reddere LV*s*. IJ*d*. *ob*. per idem tempus interfecti fuerunt in ultima guerra. Et tenementa eorum jacent vasta quia non potuerunt vendi pro defectu emptorum. De redditu advocacionis nichil per idem tempus quia quidam extranei recesserunt de patria causa guerre predicte. Summa XV*li*. XIIJ*d*.

Exitus manerii. Et de IIIJ*s*. receptis de IJ. summis ferri venditis ibidem per idem tempus. Et de IJ*s*. receptis de cc. discis ibidem venditis per idem tempus. Et de IIIJ*s*. receptis de duobus esperveriis provenientibus de aeria ibidem tempus. De carbonibus nichil per idem tempus pro defectu operariorum ibidem. De pastura et aliis exitibus bosci ibidem nihil pro defectu emptorum. Et de wodasken nihil per idem tempus pro defectu operariorum causa guerre. De pastura nihil ibidem per idem tempus pro defectu emptorum. De pratis ibidem nichil per idem tempus quia submersa fuerunt per mare exceptis XV. acris que falcate fuerunt pro feno habendo ad equos constabularii per idem tempus et pro equis vicecomitis in adventu suo pro curia tenenda. Summa X*s*.

Exitus piscariarum et perquisitorum. Et de IX*s*. receptis de exitibus piscariarum de GLYNNETH' et GLYNTAF per idem tempus. Et de XIX*s*. J*d*. receptis de perquisitis curiarum manerii de NEETH. Summa XXVIIJ*s*. J*d*. Summa totalis recepte XVJ*li*. XIX*s*. IJ*d*.

KILTHIBEBILTH.

Redditus assise. Idem respondet de XXXVIIJ*s*. VJ*d*. de redditibus assise per idem tempus *et non plus quia plures tenentes qui solebant reddere per idem tempus* XIX*s*. IIIJ*d*. *q*. *interfecti fuerunt in ultima guerra et tenementa eorum jacent vasta et nulli exitus inde poterant levari*. De IIJ. molendinis ibidem nihil quia omnino destructa fuerunt in ultima guerra. Summa.

Brittone.

Redditus assise. Et de vij*s*. x*d*. receptis de redditibus assise per idem tempus. Summa vij*s*. x*d*.

Firme. Et de vj*s*. viij*d*. receptis de firma passagii ibidem per idem tempus. Summa vj*s*. viij*d*.

Vendicio operum. Et de vj*s*. iiij*d*. receptis de lxxvj. operibus autumpnalibus venditis ibidem precii operis j*d*. Summa vj*s*. iiij*d*.

Placita et perquisita. Et de cxix*s*. iiij*d*. receptis de placitis et perquisitis patrie de Neeth per idem tempus et eo minus causa guerre. Summa cxix*s*. iiij*d*. Summa tocius recepte viij*li*. xviij*s*. viij*d*.

Expense.

Defectus redditus. Idem computat in defectu redditus Wallensium apud Kilthibebilth qui interfecti fuerunt in guerra xix*s*. iij*d*.

Empcio bladi et stauri. Idem computat in v. bussellis dimidio ij. hopis frumenti emptis ad liberacionem prepositi ix*s*. viij*d*. *ob*. precium busselli xx*d*.

Custus prati. Et in xv. acris prati falcandis vj*s*. iij*d*. quia pro acra v*d*. Et in herba inde dispergenda et feno levando et adunando ad tascham v*s*. In dicto feno cariando de prato ad grangiam et ibidem tassando ad tascham ij*s*. vj*d*. Summa xiij*s*. ix*d*. Summa omnium expensarum xlij*s*. viij*d*. *ob*.

Manerium de Neeth.

Frumentum. Idem respondet de j. quarterio iiij. bussellis j. hopa frumenti receptis de Pagano Turberville custode ante ipsum per indenturam. Et de v. bussellis dimidio ij. hopis frumenti receptis de empcione ad liberacionem prepositi. Summa ij. quarteria ij. busselli.

Unde computat in liberatione unius prepositi a xx°. die Aprilis anno ix°. usque xxix. diem Septembris proxime sequentem per xxiij. septimanas et ij. dies utroque die computato ij. quarterio ij. bussellos capientis quarterium per x. septimanas. Summa que prius. Et nihil remanet.

Avene. Idem respondet de xv. quarteriis avene receptis de dicto Pagano per indenturam. Summa xv. quarteria. Et remanent xv. quarteria avene.

Instaurum.

Affri. Idem respondet de ij. affris receptis de dicto Pagano per indenturam. Summa ij. Et mittuntur apud Lanblethian ij. respondit (*sic*) de eisdem. Et nihil remanet hic.

Vacce. Et de ix. vaccis receptis de dicto Pagano per indenturam. Summa ix. Et mittuntur apud Raath. Et nihil remanet hic.

Bovetti. Et de iij. bovettis receptis de dicto Pagano per indenturam. Summa iij. Et mittuntur apud Raath. Et nihil remanet hic.

Esperverii. Et de ij. esperveriis provenientibus de aeria in bosco de Neeth. Summa ij. Et venduntur ut infra. Et nihil remanet.

Ferrum. Et de ij. summis ferri provenientibus de uno fabro fabricante in foresta de Neeth et non plus quia plures fabri non fabricaverunt ibidem per idem tempus causa guerre. Summa ij. Et venduntur ut infra. Et nihil remanet.

Disci. Et de cc. discis receptis de exitibus dicte foreste de uno turnario operante ibidem per idem tempus et non plus causa guerre.

Brittone.

[Carne MS.] 13 Feb. 1290.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus de Daldene dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Waltero de Quercu et Agnete uxori sue unam placeam vacuam in burgo de Kaerdif que quidem placea jacet inter burgagium tunc Willelmi Marescalli in parte occidentali et burgagium tunc Johannis Lude in parte orientali et extendit se in longitudine a burgagio tunc Johannis Odyn in parte australi usque ad regalem viam in parte boreali. Habendum et tenendum predictam placeam cum suis pertinenciis predictis Waltero Quercu et Agnete uxori sue et heredibus dicti Walteri sive assignatis de domino feodi illius per redditus et servicia inde debita et consueta libere quiete integre bene pacifice et jure hereditario imperpetuum. Reddendo eciam inde annuatim michi et heredibus meis vel assignatis tres solidos argenti ad quatuor anni terminos principales equis porcionibus pro omnibus secularibus serviciis et demandis que de terris exeunt vel exigi poterunt. Et ego predictus W. de Daldene et heredes mei predictam placeam cum pertinenciis predictis Waltero de Quercu et Agnete uxori sue et heredibus dicti Walteri sive assignatis contra omnes gentes warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus Johanne Odyn . Rogero de Poleter' tunc prepositis burgi de Kaerdiff . Johanne de Raath . Thoma Longo . Thomes Aleyn . Ricardo Elys . Ricardo de Canetone et multis aliis.

Datum apud Kaerdiff die Lune proxima post festum beati Theliai Episcopi et Confessoris anno regni Regis Edwardi decimo octavo.

There are in the Carne MSS. twenty-seven Charters relating to the Dalden and Carne families, ranging from 1290 to 1558, five are granted by members of the Dalden family, the other twenty-two relate to the family of Carne, to the matches with Giles and Kemeys, and mainly to the manor of Nash, and to lands within the fee of Llanblethian. Nash being an episcopal manor, was originally held by the Bishops of Llandaff.

The following extract from the pedigree of Carne of Nash will form a convenient introduction to the accompanying charters.

Howell Carne, who probably migrated from Monmouthshire to Nash, and who lived in the reign of Henry VI., married Theobalda, or Tybote, a daughter and co-heir of John Joel, or Giles (probably a cadet of Joelston, or Gileston), and the reputed heiress of Nash. Their son,

John Carne, of Nash, married Cicely, daughter of Sir John Poyntz, Knt.; or, by other accounts, Elizabeth, daughter of Howell ap Thomas ap Gwylim ap Jenkin Herbert, of Perthir, co. Mon., the Herbert ancestor. They had Howell, Roger, and Richard.

Howell Carne, of Nash, living *temp.* Henry VIII., married Cecil, daughter of William Kemeys of Newport. They had Richard, Sir Edward (whence Carne of Ewenny), and others

Richard Carne, of Nash, married, 1, a daughter of Sir Rice Mansell, of Oxwich; and 2, Joan, daughter and heir of Edward ap John Daldeyn by a daughter of William Lewis. By one or the other wife, or by both, he had many children, and among them John, of Nash, sheriff, 1561; and Blanche, who married Griffith Grant, of Sigginston, her cousin.

The five Dalden Charters mention William de Daldene, 1290, who had property in Cardiff; Edward Daldeyn, of Penarth, in 1432, also with property in Cardiff; John Daldeyn, clerk, 1440, with property in Llanishen; and David Daldeyn, the elder, evidently a near relation. Also John Daldeyn, of Glamorgan, gent., and David his brother, occur in 1449; and Edward Daldeyn, their deceased father. They had property in Cardiff town, and in the lordship of Llandaff. John Daldeyn, of London, in 1451, has property in the same. He is son of Edward Daldeyn, gent., and his brothers and sisters are David, Katherine, William, John, Isabella, and Reymbrand Daldeyn.

It thus appears that the Daldeyns were owners of property, and probably residents, in the county, for at least one hundred and sixty-one years, or from 1290 to 1451. They do not, however, appear as landowners in the *Spenser* Survey, nor substantively in the county pedigrees. In that of Carne they are called of Penmark, evidently an error for Penarth. The *Golden Grove Book* gives four descents of the Daldeyns: John, of West Place in Penarth, father of Edward, father of Jenkyn, who married a daughter of David Kemeys of Began, and had Joan Daldeyn, who married Richard Carne. As the charters now given only range from Edward I. to Henry VI., they do not prove the match with Carne, which occurred in the reign of Henry VIII. or later; but their preservation with the Carne muniments is strong presumptive evidence of the connexion.

The names in the above Charter of 1290 belong mainly to Cardiff. They are Thomas Aleyn, Richard de Caneton or Canton (a village near Cardiff), Richard Elys, Thomas Long, John Lude, William Mareseal, Walter de Quercu (probably Oke or Okes), and John de Raath or Roath, near Cardiff. Rees Meyrick (p. 50) mentions this name, and marries Alice, daughter of David Roth, to Jenkyn ap Adam ap Cynaelthwy ap Herbert. Also John Odyn and Roger Poleter are *prepositi*. Henry Odin appears in the County Extent in 1262.

DCCLXIII.

RECORD OF WELSH CUSTOM IN A SUIT BETWEEN HUMPHREY DE BOHUN, EARL OF HEREFORD, AND GILBERT DE CLARE, EARL OF GLOUCESTER.

[ABBREVIATIO PLAITORUM p. 226. 19 EDWARD I.]

1290—1291.

HUMFRIDUS de BOUN comes HEREFORDIE et ESSEX querens GILBERTUS de CLARE comes GLOUC. et HERTF. defendens cum aliis qui dicunt quod consuetudo WALLIE diu obtenta talis est quod in casibus ubi contenciones emerserunt inter magnates WALLIE qui tenent de rege in capite quod antequam querela fiat in curia Regis de predictis contencionibus capi debet quidam dies amoris sive parliamenti qui quidam dies vocatur dies Marchie et ibi per vicinos et amicos communes qui sunt quasi justiciarii debent hujusmodi querele proponi et per consuetudinem Marchie emendari, etc.

DCCLXIV.

QUIT-CLAIM BY HENRY DE SUTTHUNE TO MARGAM OF LAND IN BRADINGTUNE, HELD OF HENRY DE UMFRAMVILLE.

[MARGAM CHARTER.] TEMP. EDW. I. CIRCA 1290.

Sciant p. et f. q. e. HENRICUS de SUTTHUNE consilio et consensu amicorum meorum pro Deo et salute anime mee et omnium antec . et suc. m. concessi et quitum clamavi Deo et ecclesie B. M. de MARGAN et m. i. D. s. totum jus meum et clamium meum quod habui in terra de BRADINGTUNE . quam tenuerunt de HENRICO de UMFRAMVILL' seniore et heredibus suis. Ita videlicet quod ego nunquam vel aliquis heredum meorum in dicta terra aliquod jus vel clamium ponere poterimus. Set ut dicti monachi teneant et habeant totam dictam terram bene et in pace . libere et quiete . cum omnibus pertinenciis suis . quietam ab omni servitio . exactione et demanda seculari . quantum ad me vel ad heredes

meos pertinet. Et ego et heredes mei dictam concessionem et quitam clamacionem dictis monachis . sicut puram liberam et perpetuam elemosinam contra omnes mortales warantizabimus in perpetuum. Hiis testibus . WILLELMO de REIGNI . WILLELMO de SUMERY . RIC. de la WARRE . JACOBO fratre ejus . HELIA AKI . ROGERO clerico . BALDEWINO de Sancto DONATO . RICARDO clerico de KENEFEG . WALTERO PAGE . et multis aliis.

Seal in green wax, 1⅛in. diam. Device, a stag at speed, to the right.

Legend—' + s' . HENRICI . DE . SUTTONE.'

Endorsed—' Resignacio Henrici de Suthune de terra de Bradingtune.'

DCCLXV.

ANNEXATION BY THOMAS, BISHOP OF ST. DAVID'S, OF THE CHURCH OF LLANGAVELACH TO THE COLLEGIATE CHURCH OF LANKADOK.

[HARL. MS. 1249, f. 62 b., p. 124.]

ASCENSION DAY. 11 MAY. A.D. 1290.

Universis Sanctæ matris ecclesiæ filiis præsens scriptum visuris vel audituris THOMAS permissione divina MENEVENSIS episcopus et ejusdem loci capitulum salutem in Domino sempiternam.

Ad memoriam jugiter reducentes et jugi revolucione ac deliberacione provida ponderantes paupertatem et maximam egestatem ecclesiæ collegiatæ de LANKADOK adeo quod propter exilitatem et penuriam ipsius non habeat receptaculum in quo senes vel orphani pauperes vel peregrini imbecilles vel languidi advenæ vel transeuntes valeant hospitari vel eis de die seu nocte possit aliqualiter subveniri seu in quo caritatis opera exerceantur ecclesiam de LANGAVELACH in GOHERIA nostræ dioceseos decanatui prædictæ ecclesiæ collegiatæ de LANGADOK de consensu et assensu magnifici principis Domini EDWARDI Regis ANGLIÆ illustris duximus assignandam seu potius annectendam. Ita quod ipsam ecclesiam de LANGA-

VELACH in GOHERIA memoratam decanatui assignatam ut premisimus et annexam in proprios usus imposterum licite valeat retinere. In testimonium cujus rei sigilla nostra præsentibus duximus apponenda. Et impressionem sigilli Domini nostri Regis predicti similiter hiis appendi procuravimus.

Datum apud WESTMONASTERIUM in ffesto ascentionis Domini anno Domini millesimo cc$^{mo.}$ nonagesimo . et anno regni Domini Regis predictæ (*sic*) decimo octavo.

DCCLXVI.

CONFIRMATION BY THE CHAPTER OF ST. DAVID'S OF THE APPROPRIATION OF THE CHURCH OF LANGAVELACH, IN GOWER.

[HARL. MS. 1249, f. 87, p. 171.] 1290.

Universis Sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos presentes literæ pervenerint capitulum ecclesiæ MENEVENSIS salutem in Domino sempiternam.

Ad memoriam jugiter reducentes et jugi revolucione ac deliberacione provida ponderantes paupertatem et maximam egestatem ecclesiæ collegiatæ de LANGADOK MENEVENSIS dioceseos adeo quod propter exilitatem et penuriam ipsius non habeat receptaculum in quo senes vel orphani pauperes vel peregrini imbecilles vel languidi advenæ vel transeuntes valeant hospitari vel eis de die seu nocte possit aliqualiter subveniri seu in quo caritatis opera exerceantur ecclesiam de LANGAVELACH in GOHERIA dictæ MENEVENSIS dioceseos mensæ et proprietati ejusdem loci episcopi quia decani et gerentis vices decani in dicta ecclesia collegiata de LANGADOK ad instar prædictæ ecclesiæ MENEVENSIS consensibus et assensibus omnium quorum interest in hac parte rite intervenientibus[1] assignatam seu potius annexam de nostro expresso consensu imperpetuum tenore præsentium confirmamus. Ita quod ipsam ecclesiam de LANGAVELACH in GOHERIA memorata

ejusdem loci episcopo gerenti vices decani ibidem assignatam ut premisimus et annexam in proprios usus imposterum licite valeat retinere ad aliquale incrementum suæ sustentacionis.

Datum in domo capitulari dictæ ecclesiæ MENEVENSIS die JOVIS proxime post octabis (*sic*) ascentionis Domini anno Domini millesimo cc$^{mo.}$ nonagesimo.

(1) This word expuncted.

DCCLXVII.

GRANT BY KING EDWARD I. OF THE ADVOWSON OF LLANDAFF TO GILBERT DE CLARE, EARL OF GLOUCESTER AND HERTFORD.

[ROT. CART. ANNO 18 EDWARD I. NO. 5.]

[B. WILLIS, SURVEY OF LLANDAFF, p. 134.]

2 NOV. 18 EDWARD I. 1290.

Rex archiepiscopis etc. . salutem.

Sciatis quod cum nos exigeremus et vendicaremus versus dilectum et fidelem nostrum GILBERTUM de CLARE . comitem GLOUCESTRIÆ et HERTFORDIÆ . advocationem et custodiam episcopatus LANDAVENSIS cum pertinentiis una cum collationibus prebendarum et dignitatum ejusdem tempore vacationis episcopatus illius, et idem comes nobiscum super hoc placitare nolens id quod ad ipsum pertinet de advocatione et custodia episcopatus predicti, una cum collacionibus prebendarum et dignitatum ejusdem tempore vacationis episcopatus illius, nobis reddidit ut jus nostrum prout in scripto ejusdem comitis nobis inde confecto plenius continetur . Nos eidem comiti et charissimæ filiæ nostræ JOHANNÆ uxori suæ gratiam facere volentes specialem in hac parte dedimus et concessimus pro nobis et heredibus nostris eidem comiti et JOHANNÆ advocationem et custodiam episcopatus predicti cum pertinentiis . Habendam et tenendam de nobis et heredibus nostris eisdem comiti et JOHANNÆ imperpetuum. Quare volumus et firmiter præcipimus pro nobis et heredibus nostris, quod predicti comes et

JOHANNA habeant et teneant de nobis et heredibus nostris advocationem et custodiam episcopatus predicti, cum pertinentiis una cum collacionibus prebendarum et dignitatum episcopatus illius singulis temporibus vacationum ejusdem, ad totam vitam utriusque ipsorum comitis et JOHANNÆ. Ita quod post decessum eorundem comitis et JOHANNÆ advocatio et custodia episcopatus predicti, una cum collacionibus prebendarum et dignitatum ejusdem temporibus vacationum episcopatus illius ad nos vel heredes nostros integre revertantur quietæ de heredibus eorundem comitis et JOHANNÆ imperpetuum sicut predictum est. Hiis testibus . venerabili patre R. BATHONIENSI et WELLENSI episcopo . WILLELMO de VALENCIA avunculo nostro . HENRICO de LACY, comite LINCOLNIÆ . JOHANNE de WARENNA, comite SURRIÆ . ROBERTO TIBETOT . REGINALDO de GREY . WALTERO de BELLO CAMPO . PETRO de CHAUMPRENT . RICARDO de BOSCO . et aliis.

Datum per manum nostram apud KINGESCLIPSTON secundo die Novembris.

DCCLXVIII.

SUMMARY BY EDWARD I. OF HIS DECISION AS TO THE CLAIM OF GILBERT DE CLARE, EARL OF GLOUCESTER AND HERTFORD, TO THE ADVOWSON, ETC., OF THE CHURCH OF LLANDAFF.

[PAT. ANNO 28 [18][1] EDW. I., MEMB. 2, INTUS CEDULA.]

[B. WILLIS, SURVEY OF LLANDAFF, p. 131.]

3 Nov. 1290.

Universis CHRISTI fidelibus, etc., EDWARDUS Dei gratia Rex ANGLIÆ, etc., salutem.

Memoriæ hominis labili adeo fallax insidiatur oblivio, ut ea quæ modernis temporibus plana sint et aperta, tractu temporis obscura erunt et incerta nisi scriptoris testimonio farciantur. Et ad hoc provide decrevit legum authoritas sententias diffinitivas in scriptis proferri, ne ea que juris tramite ordinata sunt

et recte disposita processu temporis in recidivæ contentionis scrupulum relaxantur. Suborta siquidem inter nos ex parte una et GILBERTUM de CLARE comitem GLOUCESTRIÆ et HERTFORDIÆ ex altera super advocatione ecclesiæ LANDAVENSIS et custodia temporalium predictæ ecclesiæ ac collationibus dignitatum et prebendarum in eadem sede LANDAVENSI vacante materia questionis, anno Domini MCCXC. in crastino animarum apud CLIPSTON pro nobis proponi fecimus contra comitem prædictum quod præfata advocatio ecclesiæ LANDAVENSIS custodia temporalium et collationes dignitatum et præbendarum in eadem ecclesia sede LANDAVENSI vacante, non ad dictum comitem sed ad nos et nostræ coronæ dignitatem, sicut in ceteris ecclesiis cathedralibus regni nostri ANGLIÆ, de jure et regni consuetudine pertinebant. Et quod progenitores nostri Reges ANGLIÆ qui pro tempore fuerant præmissis uti consueverunt pleno jure, et quod piæ memoriæ HENRICUS progenitor noster qui proximo regnavit ante nos . in vacatione prædictæ LANDAVENSIS ecclesiæ per mortem HELYÆ, quondam loci illius episcopi, commisit temporalia WALERANDO TEUTONICO militi, qui, finita eadem vacatione, contulit unam præbendam vacantem magistro WILLELMO de BURGO, tunc thesaurario warderobæ suæ, et aliam præbendam ALBREDO de FESCAMPO, tunc subthesaurario ejusdem warderobæ, et archidiaconatum LANDAVENSEM cuidam THOMÆ tunc capellano piæ memoriæ ALIENORÆ matris nostræ. Adjectumque fuerat ex parte nostra quod episcopi LANDAVENSES, qui pro tempore fuerunt, tenuerant baroniam suam et terras et possessiones a progenitoribus nostris ANGLIÆ regibus et a nobis, nichilque a domino comite seu ipsius progenitoribus : Et quod, ecclesia LANDAVENSI vacante, canonici ejusdem non a comitibus set a regibus petunt licentiam eligendi : Unde pro nobis propositum extitit quod idem G. comes GLOUCESTRIÆ et HERTFORDIÆ in præsenti vacatione ejusdem ecclesiæ per mortem bonæ memoriæ W. de BREWOS, nuper LANDAVENSI episcopi, præmissas custodiam temporalium et collationes dignitatum et præbendarum nullo jure utens de facto cum de jure non posset, in injuriam et derogationem coronæ nostræ sibi

viciose usurpavit. Et quia idem comes, habita super hoc deliberatione pleniori, confitebatur premissa que sibi opposita fuerant ex parte nostra vera esse, advocationemque dictæ ecclesiæ LANDAVENSIS custodiam temporalium et collationes dignitatum et prebendarum utatur, sede LANDAVENSI vacante, ad vitam suam duntaxat sibi concessimus gratiose : Ita plane quod per factum hujusmodi nobis aut heredibus per heredes seu successores prefati comitis super premissis nullum penitus prejudicium generetur.

Datum . etc.

(1) Perhaps an error of Willis for 18, as the Earl died in 1295.

DCCLXIX.

PETITION BY MALCOLM DE HARLEGH TO THE COUNCIL RESPECTING THE TEMPORALITIES OF LLANDAFF.

[PLACITA CORAM REGE ET CONCILIO AD PARLIAMENTA SUA POST FESTUM S. HILARII . ET ETIAM POST PASCHA ANNO REGNI REGIS EDWARDI f. REGIS HEN. 18 . IN B. WILLIS . SURVEY OF LLANDAFF . p. 124.]

18 EDWARD I. 1290.

Petitio MALCOLOMI de HARLEGH parliamento, de LANDAVENSIS episcopatus temporalibus sibi concessis a REGE, et processus ejusdem.

MACOLOMUS de HARLEIGH monstravit consilio domini Regis per quandam petitionem quod cum post mortem WILLELMI de BREWOSE quondam LANDAVENSIS episcopi, custodia predicti episcopatus nomine domini Regis sibi esset commissa . Et idem MALCOLOMUS maneria quæ fuerunt prædicti episcopi ratione custodiæ sibi commissæ, in manum domini Regis seisire voluisset, GILBERTUS de CLARE . comes GLOUCESTRENSIS et HERTFORDENSIS manerium de LANDATH cum omnibus pertinentiis suis et etiam manerium de LANKADERWADER, et omnia quæ fuerunt prædicti episcopi infra dominium ipsius comitatis de CLAMARGAN, seisire fecit in manum suam, et seisinam illam adhuc occupat, et archidiaco-

natum de LANDATH, et prebendas a tempore mortis predicti episcopi vacantes, in ecclesia predicta pro voluntate sua contulit, et adhuc confert cum illas vacare contigerit, in prejudicium corone domini Regis et exheredditationem suam manifestam, cum idem comes per ipsum MALCOLOMUM ex parte domini Regis sæpius fuit requisitus, quod seisinam prædictorum maneriorum ratione custodiæ sibi commissæ eidem liberaret, et quod dominum Regem archidiaconatum prædictum et prebendas prædictas conferre permitteret.

Dicit etiam quod comes HEREFORD qui nunc est fecit seisire post mortem predicti episcopi in manum suam villam de DONESTOWE (? Dingestow) et eciam quod WILLELMUS de BREWOSE senior post mortem predicti episcopi seisire fecit in manum suam villam de BISHOPSTONE in GOWER, et adhuc detinet in prejudicium corone, ut prædictum est, etc. Dicit etiam quod EDMUNDUS frater domini Regis post mortem prædicti episcopi cepit de tenentibus manerii de LONCYLIS CRESSEMY (? Lansilio Cressenny) . quod fuit predicti episcopi LXXV. solidos, quod ad ipsum dominum Regem pertinebant ratione custodiæ prædictæ; et quod comes NOLFOLCIENSIS et mareschallus domini Regis ANGLIÆ qui nunc est, post mortem prædicti episcopi seisire fecit in manum suam manerium de MACHERNE in NETHERWENTE, et proficua ejus manerii et exitus cepit, set cum idem tam frater domini Regis quam comes NORFFOLCIENSIS seisinam ejusdem manerii ipsi MACOLOMO liberare fecit . cum omnibus inde perceptis tempore seisine sue, etc. Et etiam predictus EDMUNDUS frater domini Regis predictos . LXXV. solidos ipsi MACOLOMO fecit liberare . etc. Et comes GLOUCESTRIÆ et alii veniunt; Et comes HEREFORDIE bene cognoscit quod predicta villa de DONESTOWE post mortem predicti episcopi seisita fuit in manum suam per ballivos suos ipso ignorante. Et dicit quod post seisinam illam decanus et capitulum ecclesie LANDAVENSIS protulerunt coram ipso comite quandam cartam sub nomine cujusdam HUMFRIDI de BOUN, antecessoris sui quondam comitis HEREFORD factam, que testabatur quod idem HUMFRIDUS quondam comes, etc. . concessit, dedit, et carta sua prædicta confirmavit decano et capitulo ecclesie LANDAVENSIS prædictam illam villam de

Donestowe, tenendam sibi et successoribus suis in liberam puram et perpetuam elemosinam imperpetuum. Propter quod ipse liberare fecit seisinam predictam ville predicte decano et capitulo juxta formam carte predicte. Et dicit quod ipse nihil clamat in predicta villa ratione custodiæ tempore vacationis predicti episcopatus. Immo totum jus suum si quod habeat, vel temporibus futuris habere contigerit, hoc totum domino Regi et heredibus suis pro se et heredibus suis concedit, relaxat, et quietum clamat imperpetuum. Ideo predictus Macolomus custos habeat breve, quod seisire faciat predictam villam in manum domini Regis, nomine custodiæ prædicti episcopatus. Et quod domino Regi de exitibus et proficuis inde provenientibus respondeat, etc.

Et comes Norffolchie bene cognoscit quod ballivi sui, ipso ignorante et sine precepto suo, post mortem predicti episcopi seisiverunt in manum suam predictum manerium de Macherne et seisinam suam predictam inde per aliquod tempus continuaverunt. Sed dicit quod statim postquam predictus Malcolomus petiit seisinam ejusdem manerii nomine domini Regis sibi liberari, quod seisina illa liberata fuit, cum omnibus exitibus et proficuis per ipsum comitem aut suos, tempore seisine sue inde perceptis. Preterea dicit, quod ipse nihil clamat in prædicto manerio nec aliquid habere clamat tempore vacationis predicti episcopatus vel alio. Ideo prædictum manerium remaneat in custodia domini Regis ratione vacationis predicti episcopatus, etc. Et similiter predictus Edmundus frater domini Regis dicit quod ipse nichil clamat de cætero in prædicto manerio de Loncilio Cressemy, nomine custodiæ tempore vacationis predicti episcopatus. Ideo custodia ejusdem manerii remaneat domino Regi, tempore vacationis de cetero, etc.

Et Willelmus de Brewose quoad villam de Bishopston dicit, quod revera ballivi sui in partibus illis, ipso ignorante, post mortem predicti episcopi, seisiverunt in manum suam et per aliquod tempus seisinam illam continuaverunt, ita quod postea Robertus Typetot veniens in partibus illis, intellexit quod prædicta villa esse deberet in manu domini Regis, nomine custodiæ ratione

vacationis sedis episcopatus prædicti, et fecit seisire villam illam in manum domini Regis, et homines ipsius WILLELMI inde amovit et tradidit villam illam WILLELMO de BREWOSE juniori tenendam ita quod responderet domino Regi de exitibus et proficuis inde provenientibus. Qui quidem WILLELMUS junior sic tenet adhuc predictam villam. Preterea dicit quod antecessores sui temporibus duarum vacationum predicti episcopatus proxime precedentium fuerunt in seisina predictæ villæ nomine custodiæ sede vacante, etc. Et hoc paratus est verificare, etc. Et idem WILLELMUS senior quæsitus si clamet jus in custodia prædictæ villæ sede prædicti episcopatus vacante, dicit quod de jure illius custodiæ erga dominum regem non vult contendere, sed petit quod si domino Regi et ejus consilio visum sit, quod ipse WILLELMUS habeat jus in custodia prædicta villæ prædictæ sede vacante, quod dominus Rex ut bonus dominus sibi faciat inde quod sibi placuerit. Ideo expectet et sequatur gratiam domini Regis, cum nichil dicat vel ostendat quare predicta custodia de jure sibi pertineat, etc. . et stet interim predicta commissio, etc.

Et comes GLOUCESTRIÆ dicit quod omnes terræ et tenementa infra patriam de GLAMORGAN existentia sunt de dominio suo, ita quod tam custodia terrarum et tenementorum prædictorum ad prædictum episcopatum spectantium cum prædictam sedem vacare contigerit, quam aliarum terrarum quarumcunque in patria illa, cum custodia contigerit earundem, ad ipsum pertinet ratione dominii sui in partibus illis et ad nullum alium. Et dicit quod omnes antecessores sui, a tempore quo non extat memoria, semper habuerunt custodiam prædictarum terrarum, et prebendas prædictæ ecclesiæ de LANDATH, sede vacante, contulerunt, absque hoc quod dominus Rex vel ejus progenitores unquam aliquam custodiam prædictarum terrarum habuerunt seu prebendas ecclesiæ prædictæ contulerunt, nisi casualiter sic evenisset temporibus retroactis quod sedes predicti episcopatus vacasset tempore quo ipse vel aliquis antecessorum suorum comitum fuit infra etatem et in custodia progenitorum domini Regis. Ita quod ipsi progenitores habuerunt inde custodiam ut custodiam de custodia ratione minoris ætatis ejus

seu aliquis antecessorum suorum. Dicit etiam quod quidam RICARDUS de CLARE quondam comes GLOUCESTRIÆ, pater suus, cujus hæres ipse est, fuit in seisina de prædicta custodia prædictorum maneriorum tempore vacationis predictæ sedis nuper præteritæ, et quod ipse post mortem suam in instanti vacatione predictæ sedis intravit in custodiam predictorum maneriorum, ut in jure et hereditate sua et de quo jure predictus pater suus obiit seisitus, et non per aliquam occupationem domini Regi factam. Postea apud KINGESCLIPTON die LUNÆ proximo post festum Sancti LUCÆ evangelistæ anno decimo octavo prædictus comes GLOUCESTRIÆ et HEREFORD reddidit domine Regi id quod ad ipsum pertinuit de advocatione et custodia episcopatus predicti, una cum collationibus prebendarum et dignitatum ejusdem tempore vacationis episcopatus illius, ut jus ipsius domini Regis, prout scriptum ipsius comitis quod domino Regi inde fecit plenius testatur, etc. Et idem dominus Rex postea de gratia sua speciali dedit et concessit pro se et heredibus suis eidem comiti et JOHANNÆ uxori suæ karissime filiæ ipsius domini Regis advocationem et custodiam episcopatus predicti cum pertinentiis. Habendum et tenendum de se et heredibus suis eisdem comiti et JOHANNÆ cum collationibus prebendarum et dignitatum episcopatus illius singulis temporibus vacationum ejusdem ad totam vitam utriusque eorum comitis et JOHANNÆ. Ita quod post decessum ipsorum comitis et JOHANNÆ advocatio et custodia episcopatus predicti una cum collationibus prebendarum et dignitatum ejusdem temporibus vacationis episcopatus illius ad ipsum Regem et hæredes suos integre revertentur quieta de heredibus eorundem comitis et JOHANNÆ imperpetuum, Salva domino Regi et heredibus suis in singulis vacationibus episcopatus predicti fidelitate ipsius [qui] in episcopum ejusdem loci contigerit confirmari . prout carta ipsius domini Regis eisdem comiti et JOHANNÆ inde facta plenius testatur, etc.

DCCLXX.

CIROGRAPH AGREEMENT BETWEEN MARGAM ABBEY AND THOMAS LE SPODUR, OF BONEVILISTONE, CONCERNING AN EXCHANGE OF LAND AND A HOUSE, ETC., IN TYTHEGSTON, FOR LAND IN BONEVILISTONE.

[Harl. Charter, 75 A. 42.] 1 Feb. 1291.

A . B . C . D . E . F . G . H . I . K . L . M.

Hec est convencio facta inter abbatem et conventum de Margan ex una parte et Thomam le Spodur de Bonevilistone et altera videlicet quod idem Thomas concessit remisit et quietum clamavit pro se et heredibus suis et assignatis inperpetuum dictis abbati et conventui et eorum successoribus unam acram terre arabilis cum una domo et curtilagio in villa de Tudekistowe quam terram domum et curtilagium Thomas filius Roberti cecus quondam tenuit de abbate et conventu de Margan . que quidem acra cum pertinenciis jacet inter terram monachorum de Margan et magnam viam que ducit ad communem pasturam que dicitur Neutonis Doune. Habendum et tenendum libere et quiete bene et pacifice absque ulla reclamacione seu retinemento dicti Thome vel heredum suorum seu assignatorum inperpetuum. Pro hac autem concessione remissione et quieta clamacione dictus abbas et conventus concesserunt dicto Thome et heredibus suis duas acras terre arabilis in feodo de Bonevilistone quarum una jacet in campo qui vocatur Rede Lond . et altera juxta villam de Bonevilistone quam Rogerus filius Cady quondam tenuit. Habendum et tenendum sibi et heredibus suis inperpetuum. Reddendo inde annuatim xiiij*d.* ad duos anni terminos videlicet ad pascha vij*d.* et ad festum Sancti Michaelis vij*d.* pro omni servicio seculari exaccione et demanda exceptis sectis curiarum dictorum abbatis et conventus. Et post decessum dicti Thome dictus abbas et conventus dictam terram in manu sua tenebunt quousque heredes sui quinque solidos sterlingorum dictis abbati et conventui pro herieto et ingressu suo pacaverint.

Et dicti abbas et conventus dicto Thome et heredibus suis dictam terram contra omnes homines warantizabunt acquietabunt et defendent inperpetuum. In cujus rei testimonium dicti abbas et conventus et dictus Thomas huic presenti cyrographo alternatim sigilla sua apposuerunt.

Acta apud Margan in vigilia purificacionis beate Marie anno domini M° CC° nonagesimo primo.

Pointed oval seal, a hatchet or axe, from which the name of the grantor is probably derived, by way of rebus.

'+ S'. T . . . . . E : SPODVR.'

For Spodur see No DCCL

DCCLXXI.

TAX OF A FIFTEENTH ON THE LORDSHIP OF GLAMORGAN.

[Ancient Kalendars of the Exchequer, Vol I., p. 44.]

20 Edw. I. 1291—1292.

§ La lettre le counte de Gloucestre mande a son viescomte de Glamorgan pour le xvme. denier asser . et lever al oeps le Roy Edward.

Donne lan de son regne vyntisme.

DCCLXXII.

GRANT BY ROISA, WIDOW OF RICHARD, SON OF SEIEVE, OF A STALL AT BRISTOL, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Universis ad quos presens scriptum pervenerit . Roisa que fuit uxor Ricardi filii Seieve . salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse . et hac mea carta confirmasse Deo et beate Marie de Margan e. m. i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam pro anima

domini mei . R. et pro animabus R. RAGG . patris et matris mee . et predecessorum meorum . quoddam stallum meum inter stalla de BRISTOLL[IA] . illud videlicet stallum quod dominus meus predictus . R . et ego ROYSA proprio catello nostro emimus . de HUGONE de MAKEMETE . et stat inter stallum quod fuit JORDANI RUFI . et inter stallum quod meum fuit. Habendum et possidendum . prefatis monachis de MARGAN . libere et quiete in perpetuum . nulli inde responsuris . nisi tantum de servitio regali . unde quicunque memoratum stallum annuatim tenebit . sepedictos monachos acquietabit. Et ut hec donatio mea firmior et stabilior [sit] . eam presenti carta mea cum sigilli mei munimine confirmavi. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Rois Ragg de Stallo uno apud Bristoll[iam].'

DCCLXXIII.

NICHOLAS DE SANDFORD GRANTS THE MANOR OF LECKWITH TO HIS BROTHER LAURENCE DE SANDFORD.

[TREASURY OF THE EXCHEQUER. WALLIA. BAG 2. NOW ANCIENT DEEDS: SERIES A. No. 4,871.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego NICHOLAUS de SANDFORD dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino LAURENCIO de SANDFORD fratri meo pro homagio et servicio suo totum manerium meum de LECQUID in GLANMORGANCIA cum omnibus pertinenciis ad dictum manerium pertinentibus sine aliquo retinemento, quod quidem manerium habui de dono Domini RICARDI de CLARE comitis GLOUCESTRIE et HERTFORDIE. Habendum et tenendum eidem LAURENCIO et heredibus suis vel suis assignatis de predicto domino RICARDO de CLARE comite GLOUCESTRIE et HERTFORDIE et heredibus suis libere quiete bene et in pace integre et hereditarie sicut ego predictum manerium cum omnibus pertinenciis suis melius et liberius aliquo tempore tenui et sicut continetur in carta quam predictus dominus RICARDUS de CLARE comes GLOUCESTRIE et HERTFORDIE de dicto manerio

michi fecit, faciendo servicium inde debitum predictus Laurencius et heredes sui vel sui assignati predicto domino Ricardo de Clare comiti Gloucestrie et Hertfordie et heredibus suis sicut in predicta carta quam predictus dominus Ricardus de Clare comes Gloucestrie et Hertfordie inde michi fecit continetur. Et ut hec mea donacio concessio et presentis carte mee confirmacio perpetue firmitatis inperpetuum robur obtineant presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . domino Philippo Basseth . magistro Thoma Cumyn . domino Willelmo Dyne . domino Olivero de Ingham . domino Rogero de Sandford . domino Ada de Dutton . domino Willelmo de Eyvile . domino Ranulpho de Amundevile . Thoma le Blunt . Ada de la Forde . Alano de Esefeld . Johanne de Merden' et aliis.

The seal is of green wax, half broken away; but the remainder shows a heater-shield charged with three bars undy.

Of the legend there remains . . . . 'de sandford.' The seal is upon a thick double cord of plaited green silk.

The endorsement, of the reign of Elizabeth or James, runs, 'Concessio Nicholai de Sandford de Manerio de Lequid in Com' Glamorgan.'



It has been seen that Richard, Earl of Clare, grants Leckwith [DXV] to the Lord Nicholaus de Sandford, who here transfers it to his brother the Lord Laurence de Sandford. The witnesses are numerous.

Thomas Cumyn, probably an ecclesiastic, the name being rare in Glamorgan, was probably related to John Cumyn, a monk of Margam. There was a Thos. Cumyn, of Gloucester, living 1303-4.

Oliver de Ingham, was the son of Walter de Ingham, heir of Albreda de Boterell, county Wilts, he died 1282. The family do not appear to be connected in any way with the lordship of Glamorgan, and the name only occurs in the present Charter, and there only as a witness.

Oliver held land in Wilts. An inquisition names him as having married the heiress of De Boterell, and as being 40 years old in 1282 He was with Henry III., in Gascony, in 1253.

Oliver, probably his son, was summoned to Parliament from 1328 to 1342. His son John had land in Norfolk, Wilts, and Dorset, but died without issue, so his sisters became co-heirs.

William de Eyvile or D'Oivile occurs 1265-6.

Adam de la Forde, living 1304-5, Edward I., in Somerset. The King granted to Adam de la Forde the marriage of the heir, and custody of the land of John de Horsey, for £40, 22nd and 29th December. The King received homage of William, son and heir of John.

DCCLXXIV.

LAURENCE DE SANFORD GRANTS THE MANOR OF LECKWITH TO SIR PHILIP BASSET.

[P.R.O. Ut Supra. Now Ancient Deeds: Series A. No. 4,872.]

S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego Laurencius de Sanford dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino Philippo Basset pro servicio suo totum manerium meum cum omnibus pertinenciis suis de Lecquid in Glanmorgan. Habendum et tenendum de me et heredibus meis predicto Philippo et heredibus suis vel suis assignatis libere quiete bene et in pace integre in feodo et hereditate et ubicunque vel cuicunque totum predictum manerium cum omnibus pertinenciis suis dare vendere aut assignare voluerint exceptis religione et Judeismo (*sic*). Reddendo inde michi Laurencio et heredibus meis predictus Philippus et heredes sui vel sui assignati quolibet anno ad festum Sancti Michaelis unum denarium et capitali domino feodi servicium debitum et consuetum quod ad predictum manerium pertinet scilicet quando scutagium evenerit quartam partem unius militis pro omnibus serviciis querelis consuetudinibus sectis curie et pro omnibus demandis secularibus. Et ego Laurencius et heredes mei warantizabimus defendemus et acquietabimus totum predictum manerium cum omnibus

pertinenciis suis predicto PHILIPPO et heredibus suis vel suis assignatis pro predicto servicio contra omnes gentes inperpetuum. Et ut hec mea donacio concessio et presentis carte mee confirmacio firmum robur perseverancie optineant eam presente carta mea et sigilli mei impressione confirmavi. Hiis testibus . domino HUGONE DISPENSATORE tunc justiciario ANGLIE . ROGERO de SANFORD . NICHOLAO SPYGURNEL . HERBERTO de RULY . RICARDO de CULEWURTH tunc constabulario Turris LONDINI . JOHANNE de MAPELDEREFELD . ROBERTO camerario . ELYA de FRYTH . HENRICO de WYKHAM . et aliis.

This records the second transfer of Leckwith, now from Laurence de Sandford to Philip Basset.

Philip Basset, who witnesses the Charter of Nicholas, and by that of Lawrence de Sandford has the manor of Lequid or Leckwith, near Cardiff, was a considerable person.

Alan Basset, of Wycombe, who died 17 Henry III., was father of—1, Gilbert, whose only son died young. 2, Warine, who was in rebellion in Wales with Earl Richard Mareschal, and was killed in an attack on Cardiff Castle in 1233, and buried at Llandaff. He left no issue. 3, Fulke, Dean of York, Archbishop of Dublin, and Bishop of London, who inherited, and also died childless, 43 Henry III. 4, Philip, fourth Baron Basset of Wycombe. In 1258 he was one of the twelve barons elected by the combined king's and barons' party, and afterwards of the twenty-four appointed to reform the realm. In 1261 he was made justiciary of England, and in 1264 one of those whose lands were wasted by the barons for their adhesion to the King. In 1264 he was at the battle of the Lewes, and had a narrow escape, for so long as he could stand to fight he refused quarter. In 1266 he was one of the twelve elected by the 'Dictum de Kenilworth,' to classify the insurgents according to their guilt. In the following year he was the mediator between the King and the Earl of Gloucester. In 1271 he was again on the side of moderation, and agrees to the restoration of their lands to the attainted barons. He died late in October, 56 Henry III. (1271), and was buried at Stanley in Wilts. His character is thus forcibly summed up in the *Osney Chronicle*: 'Eodem anno, quarto kalendas Novembris, obiit dominus Philippus Basset, vir magni consilii et nobilis, et super omnia fidelis, strenuus in armis, et multum diligens Anglicos et terræ communitatem et super omnia religiosorum promovens negotia . . . . cujus animæ propicietur Deus.'

He married, 1, Helewise, daughter of John Gray of Eaton; 2, Ela, daughter of William Longespee, Earl of Salisbury, and widow of Thomas Earl of Warwick. She died 26 Edward I. By the first he left an only daughter, Alina Basset, who was twenty-six at her father's death, and therefore born 1245. She married first, Hugh le Despenser, who superseded or alternated with her father as justiciary; and finally was slain, on De Montfort's side, at Evesham in 1265. They had a son, Hugh, known as Hugh le Despenser the elder, and beheaded at Bristol in 1326; and a daughter. Alina married secondly Roger Bigod, fourth Earl of Norfolk and Earl Mareschal, who died 35 Edward I. He was son of Hugh the justiciary; and thus, as Foss observes, she was the daughter of one chief justiciary, the wife of a second, and the daughter-in-law of a third. Alina seems to have died 9 Edward I., when an inquisition was taken upon her lands; but it was 18 Edward I. before Bigod married again.

Who Alan Basset married is not known, perhaps a Sandford, for, from the *Annals of Tewkesbury*, Fulk, when installed Archbishop of Dublin in 1257, is called 'Fulco Basset vel de Sandford.' The coincidence is at least singular.

It is at present uncertain whether these Bassets of Wycombe were of the same branch with the Bassets of St. Hilary in Glamorgan and of Walton-Cardiff, otherwise Walton-Basset in Gloucestershire, whose descendants, long settled at Beaupré, Llantrithyd, Treguff, Fishwear, Llanveithen, and Bonvileston, still remain, in the male line, at the latter place.

DCCLXXV.

GRANT BY MASTER PETER LA WARE OF BUILDINGS UNDER ST. AUGUSTINE'S CEMETERY AT BRISTOL TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant p. et f. quod ego Magister PETRUS la WARE pro salute anime mee et antecessorum meorum dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et viris religiosis ibidem Deo servientibus edificia mea sita sub cimiterio Sancti AUGUSTINI in suburbio BRISTOLLI cum gardino extendente ab australi angulo gardini R. FABRI in continuum et directum ad murum quondam MAURICII de GANTH in puram perpetuam et liberam elemosinam. Tenenda et habenda bene et in pace libere et quiete . sicut liberam puram et perpetuam elemosinam. Et ut premissa robur firmitatis in perpetuum obtineant . presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Magistri Petri la Ware de edificiis sub cimiterio Sancti Augustini.'

DCCLXXVI.

GRANT BY PETER LA WARRE OF LAND IN BRISTOL TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant p. et f. quod ego PETRUS la WARRE clericus pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum . dedi et conc. et p. c. conf. D. et e. B. M. de M. et m. i. D. servientibus totam terram meam quam jacet versus Sanctum AUGUSTINUM in suburbio BRISTOLLI . illam videlicet que jacet inter terram quam RICARDUS GUNDEWINE tenuit ex una parte . et terram quam MARIA vidua ex

altera. Et se extendit usque ad vicum ex parte orientali . et usque ad longitudinem terre dicte MARIE ex parte occidentali. Habendam et tenendam dictis monachis dictam terram in perpetuum . sicut puram . et perpetuam . et liberam elemosinam. Et ut hec mea donacio et concessio firma et stabilis permaneat in perpetuum . presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Petri la Warre de quadam terra apud Bristolliam.'

DCCLXXVII.

DECLARATION BY H[AWISIA], COUNTESS OF GLOUCESTER, THAT SHE HAS CONFIRMED TO EDRUN, DAUGHTER OF OSBERT LANDWARD, A HOUSE AND LAND, WITH REVERSION TO GODEFREY HER SON, GRANTED BY MABEL, COUNTESS OF GLOUCESTER, MOTHER OF HER LORD [THE EARL WILLIAM].

[MARGAM CHARTER.]

H. comes GLOCESTRIE . vicecomiti de GUAL[LIA] et preposito de KARD[IF] . et probis hominibus salutem. Sci[a]tis quia concessu domini mei concedo et volo . ut EDRUN filia OSBERNI LANDWARD habeat et teneat domum suam et terram liberam quietam . sicut domina mea MABILLIA comitissa . GLOCESTRIE . mater domini mei ipsam domum et terram ei in elemosina concessit. Et post decessum EDRUNE . GODEFRIDO filio suo. Hiis testibus.

Entitled—'Carta H. Comitis de terra Edrune.'

The error probably arises in the scribe of the Abbey Roll misreading 'com'' in the original Charter for 'comes' instead of 'comitissa.' The deed will then be of Hawisia, Countess of Gloucester, wife of William, Earl of Gloucester, whom she herein styles 'her lord,' and 'Mabilia, or Mabel, the Countess of Gloucester, mother of her lord,' would be Mabel, the daughter of Fitz-Hamon.

DCCLXXVIII.

ROYAL LETTER TO RICHARD [EARL OF CORNWALL?] REQUESTING ADVICE CONCERNING THE HOLDING OF CAERPHILLY CASTLE.

[Pat. 55 Henry III. Memb. 1. P.R.O. Ut Supra.]

Rex Ricardo fratri suo salutem. Cum Lewelinus filius Griffini Princeps Wallie clamans habere jus in situ et placea castri G. de Clare comitis Gloucestrie et Hertfordie de Kaerfili et proponens illud dirimere et totaliter prosternere idem castrum obsederit et idem comes audito rumore obsessionis illius ad nos venerit et instanter petierit quod cum ipse paratus esset castrum illud in manum nostram reddere illud ab ipso recipiamus tenendum quousque prefato Lewelino et sibi de jure quod idem Lewelinus habere clamat in castro predicto justicia exhiberetur juxta formam pacis inter nos et eundem Lewelinum inite et firmate et secundum leges marchie, propter quod nos perpendentes quod ex obsessione illa et congregacione exercitus Lewelini predicti et congregacione amicorum et posse predicti comitis possent gravis turbacio et guerra in partibus marchie et alibi per potestatem nostram suboriri tractatum diligentem habuimus cum consilio nostro et providimus quod castrum illud capiatur et retineatur in manu nostra et quod R. Coventr' et Lich' et G. Wigorn' episcopi prefatum Lewelinum adirent et ipsum ex parte nostra inducerent ut ab obsessione illa recederet qui sic ad mandatum nostrum fecerunt et cum ipso tractatum inde habuerunt. Et licet idem Lewelinus perpendisset quod castrum illud dirimere et penitus prosternere potuisset infra tercium diem taliter inter se ordinaverunt quod castrum illud remaneret in manu nostra in eodem statu quo tunc fuit ut in muris fossatis bretaschiis victualibus et aliis ita quod nichil repararetur exaltaretur karnalaretur bretaschiaretur vel alio modo status ille mutaretur citra quindenam Sancti Johannis Baptiste proximo futuram in qua

quindena predicti episcopi partibus diem prefixerunt apud Vadum Montis Gomeri ad faciendam inde et recipiendam justiciam juxta formam pacis et leges marchie. Et predicti episcopi, L. ad hoc cum magna difficultate inducto castrum illud a constabulario ejusdem juxta tenorem literarum predicti comitis sibi super hoc per prefatos episcopos tradituri, in manum nostram receperunt et illud quibusdam de suis commiserunt quousque aliqui de nostris ibidem venirent et castrum illud ab eis reciperent et in manu nostra custodirent in forma predicta. Ecce constabularius dicti comitis de Caerdif simul cum quadraginta hominibus ad arma prope pontem de Kaerfili accessit et latenter et clam adiit predictum castrum de Kaerfili et petiit ibi ingressum ad arma hominum predicti comitis scrutanda et videnda. Et homines predictorum episcoporum in custodia ejusdem sinistra aliqua de ipso non suspicantes eum castrum illud ingredi permiserunt quo ingresso petiit ut quidam miles suus super rebus in castro illo existentibus cercioratus ingredi posset qui militem illum et postmodum tercium ingredi permiserunt quibus ingressis post scrutinium factum de armaturis illius ad portam ejusdem castri accesserunt qua per ipsos aperta illos quos infra castrum illud morari voluerunt ad municionem ejusdem alioquin quod ipsi castrum illud exirent et eos permitterent castrum illud ad opus predicti comitis domini sui custodire. Ita quod homines episcoporum illorum per districcionem eis factum per predictum constabularium de Kaerdif castrum illud dimiserunt et ad dominos suos redierunt. Et nos quidem auditis premissis et non multo inde admirantes consulimus super hoc cum illis qui juxta latus nostrum morantur et negocio illo intellecto mandavimus prefato comiti premissa ut nos super voluntate sua et si premissa per ipsum vel de assensu seu precepto suo forent attemptata ad plenum redderet cerciores. Unde quia si rumor istorum ad aures prefati Lewelini perveniret ipse forte crederet premissa de consensu nostro fore perpetrata cum tamen de ipsorum perpetracione doleamus vobis mandamus rogantes quod consilium vestrum super premissis nobis quod cicius distincte et aperte significetis una cum vestre beneplacito voluntatis. Teste etc.

DCCLXXIX.

GRANT BY WILLIAM CHAMBERLAIN OF THE CHAPEL AND HERMITAGE OF ST. MILBURGA TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Universis fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit WILLELMUS CAMERARIUS salutem eternam in Domino.

Noverit universitas vestra quod ego pro salute anime mee et uxoris mee et antecessorum et heredum meorum dedi et concessi et presenti carta confirmavi Deo et ec. S. M. de MARGAN et m. i. D. servientibus in puram liberam et perpetuam elemosinam heremitagium Sancte MILBURGE cum ipsa capella et omnibus aliis pertinentiis suis et libertatibus in bosco et plano in pratis et pasturis in aquis et culturis et omnibus asiamentis. Ita quod dicti monachi habeant et teneant dictum heremitagium cum omnibus possessionibus et pertinentiis et libertatibus suis in perpetuum. Et sciendum quod dicti monachi invenient capellanum unum habitum religiosorum gerentem sive alium qui divina in dicta capella celebret . nisi forte de licentia mei vel heredum meorum eundem duxerimus remittendum. Et ut predicta firmitatis robur optineant in perpetuum presens scriptum sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus.

Endorsed—'Carta[1] Willelmi Camerarii de heremitagio Sancte Milburge.'

(1) This title, and the text, scored through with intention of cancelling. The hermitage of St. Milburge was in or near Bristol.

DCCLXXX.

GRANT BY WILLIAM CHAMBERLAIN, AND AGNES HIS WIFE, OF LAND IN BRISTOL, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant presentes et futuri quod ego WILLELMUS CAMERARIUS consensu et assensu AGNETIS uxoris mee dedi et concessi et presenti carta confirmavi Deo

et ec. S. M. de M. et m. i. D. servientibus totam terram illam in Bristollia quam Willelmus de Bello Monte de me tenuit cum edificiis et redditibus et omnibus aliis pertinenciis in puram liberam et perpetuam elemosinam Que quidem terra jacet in Smale Strete inter terram Henrici Nel et terram que fuit Ricardi Fromunt . habendam et tenendam dictam terram dictis monachis de me et heredibus meis libere et quiete . bene et pacifice . sicut puram liberam elemosinam. Pro hac autem donacione et concessione dederunt michi dicti monachi xx$^{ti.}$ marcas argenti. Quare ego et heredes mei dictam terram dictis monachis contra omnes mortales warantizabimus. Et ut premissa firmitatis robur optineant inperpetuum presentem cartam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Willelmi Camerarii de terra in Bristolle.'

DCCLXXXI.

GRANT BY THE SAME OF A RENT OF TWENTY SHILLINGS, AND A STALL IN BRISTOL, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus Camerarius consensu et assensu Agnetis uxoris mee dedi et concessi et hac mea presenti carta confirmavi Deo et ecclesie beate Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus illos . xx. solidos redditus cum pertinenciis in Bristoll' quos Willelmus de Bello Monte michi annuatim reddere consuevit de quodam tenemento quod de me emit . quod quidem jacet in Smale Strete inter terram que fuit Henrici Nigelli . et terram que fuit Ricardi Fromundi. Dedi etiam et concessi et hac eadem carta mea confirmavi eisdem illam seldam cum pertinenciis . in aurifabr[ia] Bristoll' . que est in cornerio proxima ecclesie Sancti Nicholai quam Egidius aurifaber aliquando tenuit . habendos et tenendos dictos . xx. solidos redditus . et dictam seldam cum omnibus eorum pertinentiis predictis

monachis et successoribus suis . libere et quiete pacifice et integre in perpetuum absque omni contradictione et reclamatione mea et heredum meorum. Et pro hac donatione mea et concessione dederunt michi predicti monachi triginta marcas argenti. Quare ego et heredes mei warantizabimus predictis monachis et successoribus suis predictos . xx. solidos redditus et predictam seldam cum eorum pertinentiis . contra omnes homines et contra omnes feminas in perpetuum. Quod ut ratum stabile permaneat . presens scriptum sigilli mei impressione corroboravi. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Willelmi Camberlani de redditu xx. solidorum et de una selda apud Bristollum.'

DCCLXXXII.

GRANT BY THE SAME, OF A STALL IN BRISTOL, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Sciant p. et f. quod ego Willelmus Camerarius concessu et assensu Agnetis uxoris mee dedi et concessi et presenti carta confirmavi Deo et e. s. M. de Margan et m. i. D. servientibus . unam seldam in villa Bristoll' que est in aurifabr[ia] in cornerio proximo ecclesie Sancti Nicholai . quam Egidius aurifaber aliquando tenuit. Habendam et tenendam dictam seldam cum omnibus pertinentiis . dictis monachis et eorum successoribus de me et heredibus meis libere et quiete bene et in pace . in puram liberam et perpetuam elemosinam. Pro hac autem donatione et concessione dederunt michi dicti monachi decem marcas argenti quas recepi pre manibus. Quare ego et heredes mei dictam seldam cum omnibus pertinentiis . dictis monachis sicut puram liberam et perpetuam elemosinam . contra omnes mortales warantizabimus. Ut autem premissa firmitatis robur optineant in perpetuum . presenti scripto sigillum meum apposui.

Entitled—'Carta ejusdem Willelmi de predicta selda.'

DCCLXXXIII.

QUIT-CLAIM BY AGNES, WIFE OF WILLIAM CHAMBERLAIN, OF HER HUSBAND'S GRANTS IN BRISTOL TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerint . Agnes Camberlana salutem eternam in Domino.

Noverit universitas vestra quod ego mera et spontanea voluntate remisi et quietum clamavi in perpetuum monachis de Margan totum jus et clamium quod habeo vel unquam habere potero licet virum meum supervixero in terris et possessionibus quas Willelmus Camberlanus vir meus de libero maritagio meo in liberam puram et perpetuam elemosinam in villa Bristolli . eisdem incartavit. Et quod istud sine dolo et malo ingenio fideliter tenebo . in manu fratris Johannis la Warre affidavi tunc cellerarii de Margan. Et ne premissa futuris temporibus devocarentur in dubium . presens scriptum sigilli mei apposítione roboravi. Hiis testibus.

Entitled—' Confirmatio Agnetis uxoris ejus de predictis [terris].'

John la Warre, the cellarer, became Abbot of Margam in 1237.

DCCLXXXIV.

CONFIRMATION BY THE SAME AGNES, AS WIDOW, TO THE SAME.

[Margam Charter.]

Sciant p. et f. quod ego Agnes Cameraria in propria viduitate mea concessi pro salute anime mee et domini mei et presenti carta confirmavi Deo et beate Marie de Morgan et monachis ibidem Deo servientibus . in puram et perpetuam elemosinam . totam donacionem et vendicionem quam dominus meus Willelmus Camerarius eis fecerat in villa Bristolli . videlicet unam seldam in aurifabria

quam PETRUS aurifaber tenuit . et xx. solidatos redditus cum pertinenciis suis quas WILLELMUS de BELLO MONTE tenuit. Ita quod dicti monachi habeant et teneant bene et in pace omnia predicta sicut carta domini mei WILLELMI CAMERARII quam inde habent testatur. Et ut hec mea concessio et confirmatio robur optineat in perpetuum presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Entitled—'Confirmacio Agnetis Camerarie de vendicione et donacionibus viri sui.'

DCCLXXXV.

GRANT BY WILLIAM DE BELLOMONTE OF RENTS FOR TENEMENTS IN LEWIN'S MEAD, BRISTOL, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant p. et f. quod ego WILLELMUS de BELLOMONTE teneor reddere singulis annis domui de MARGAN vj. solidos sterlingorum pro tenementis que de dicta domo teneo ad feodi firmam in villa BRISTOLLI . scilicet IIIJ^{or.} solidos pro tenemento in prato LEWINI . quod habui ex dono JOHANNIS UTLAGE . et duos solidos pro terra que jacet inter ecclesiam Sancti PETRI et castellum. Hos vero sex solidos ego et heredes mei tenemur reddere dicte domui de MARGAN ad duos terminos anni . videlicet ad festum Sancti MICHAELIS tres solidos et ad annuntiationem Sancte MARIE tres solidos. Preterea ego et heredes mei tenemur reddere singulis annis priori Sancti JACOBI XII. denarios . et WALTERO CUMIN vel heredibus ejus VI. denarios pro dicta terra que est in prato LEUUINI. Quod si terminos predictos fideliter non tenuerimus . liceat monachis de MARGAN feoda sua namare et distringere absque contradictione mei et meorum donec plenarie redditus suos perceperint. Illud autem sciendum quod ego vel heredes mei dictas terras nulli possumus dare . vendere . excambiare vel a domo de MARGAN alienare sine consensu abbatis de MARGAN . et hoc salvis sex solidis supradictis.

Et ne premissa convelli valeant set firmitatis robur imperpetuum optineant . presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus.

Endorsed—'Willelmi de Bellomonte de redditu vi. solidorum apud Bristollum.'

DCCLXXXVI.

COMMISSION OF ENQUIRY INTO THE HOSTILITIES BETWEEN THE EARL GLOUCESTER, WITH HIS MEN OF MORGANNOCK, ETC., AND THE EARL OF HEREFORD, WITH HIS MEN OF BRECKNOCK.

[Placitorum Abbreviatio, Rec. Comm., 1811, p. 227.]

Hilary Term. 20 Edw. I. 1292.

Ob quamplurimos excessus more hostili cum vexillo displicato per Gilbertum de Clare comitem Gloucestrie et Hertfordie et homines suos de Morgannon illatos contra Humfridum de Bohun comitem Hereffordie et Essex et homines suos de Brekenocke dominus Rex assignavit episcopum Eliensem et alios commissarios ad inquirendum, etc.

DCCLXXXVII.

WILLIAM DE CORNELY, SON OF ROGER DE CORNELY, CONFIRMS TO NEATH ABBEY THREE ACRES IN CORNELY, BECAUSE THE ABBEY TREATED HIS FATHER HONOURABLY IN FOOD AND CLOTHING.

[Margam Charter.] 1293.

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus de Cornely filius et heres Rogeri de Cornely salutem in domino sempiternam.

Noverit universitas vestra me concessisse et confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Neth et monachis ibidem Deo servientibus duas acras terre arabilis in feudo de Cornely quas pater meus pro victu et vestitu illis dedit et concessit per

bundas et divisas secundum quod carta patris mei testatur. Insuper do et concedo prenominatis monachis intuitu caritatis et pietatis terciam acram terre arabilis liberam et quietam ab omni servitio seculari exaccione et demanda in puram et perpetuam elemosinam et relaxacionem triuim denariorum annui redditus quos dicti monachi pro duabus acris prenominatis mihi et heredibus meis in festo Pasche solvere tenebantur que jacet inter terram Johannis Adam et terram Willelmi Kyng, et extendit se a terra que vocatur Betynges ex parte boriali usque ad terram predicti Willelmi Kyng ex parte australi. Quia bene et honorifice exhibuerunt patri meo in victu et vestitu competenti quoad vixerat. Et ego dictus Willelmus et heredes mei vel assignati dictas tres acras cum pertinenciis suis dictis monachis warentizabimus acquietabimus et defendemus imperpetuum contra omnes homines et feminas. Quod si processu temporis ego vel heredes mei seu assignati dictas tres acras terre dictis monachis de Neth warentizare non possumus, tunc sine ulteriori dilacione solvemus eisdem monachis decem marcas sterlingorum secundum tenorem carte patris mei ad quod fideliter et sine dolo faciendum . subpono meipsum et heredes meos et assignatos jurisdiccioni et cohercioni cujuscumque judicis ecclesiastici vel civilis, quem vel quos, contra me vel heredes meos, seu assignatos dicti monachi adire voluerint, si in solucione dicte pecunie defecerint. Ita quod possint me et heredes meos et assignatos per censuram ecclesiasticam vel civilem sine strepitu judiciali et cause cognicione compellere ad plenam solucionem dictarum decem marcarum sicut predictum est et etiam expensarum a dictis monachis in lite factarum. In cujus rei testimonium presens scriptum sigilli mei impressione roboravi.

Hiis testibus, Johanne de Creppynge tunc vicecomite . Mauricio de Cornely . Johanne Lovel . Petro Baudeyn . Willelmo Terry . et multis aliis.

Datum anno gracie M°·CC°· Nonogesimo tercio in festo Pentecosten.

William, son of Roger de Cornely, confirms a gift by his father, to Neth Abbey, of two acres of arable land, to which he adds a third acre. The gift by his father was to the House of Neth for food and clothing given to him when in distress. He also waives an annual rent of three pence which the monks were wont to pay to his father.

There is a proviso in case of non-payment for a payment of ten marks.

DCCLXXXVIII.

GRANT BY POPE CELESTINE V. TO ROBERT, ARCHBISHOP OF CANTERBURY, OF THE POWER OF APPOINTING (HÂC VICE), TO THE VACANT SEE OF LLANDAFF.

[B. WILLIS, SURVEY OF LLANDAFF, p. 137.] 2 OCT. 1294.

CŒLESTINUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri R[OBERTO de WINCHELSEY] archiepiscopo CANTUARIENSI salutem et apostolicam benedictionem.

Militanti ecclesiæ, disponente Domino, licet immeriti presidentes circa curam omnium ecclesiarum solertia reddimur indefessa solliciti, ut juxta pastoralis officii debitum commissi nobis gregis Dominici curam utiliter gerere, divina cooperante clementia, studeamus, et quanquam assidue circa singularum commoda vigilemus; tamen erga illos quæ deplorant viduitatis incommoda propensiori cura et majori propulsamur instantia, ut eis preficiamus viros et secundum cor nostrum idoneos in pastores. Sane ad audientiam apostolatus nostri pervenit, quod cathedralis ecclesia LANDAVENSIS, metropolitico tibi jure subjecta, per septennium jam permansit et adhuc permanet pastoris regimine destituta, propter quod ejus provisio ad sedem apostolicam est, secundum generalis statuta concilii, legitime devoluta. Nos igitur volentes eandem ecclesiam, que gravia ex hujusmodi vacatione diutina sustinuisse dicitur in spiritualibus et temporalibus detrimenta, per nostræ providentiæ studium a dispendiis sibi ex prolixiori vacatione imminentibus preservare, ac cupientes illum eidem ecclesiæ præesse pontificem, per quem ut utrisque, Deo auctore, valeat salubriter gubernari, gerentes quoque de suæ circumspectionis industria fiduciam in Domino pleniorem, fraternitati tuæ ordinationem ipsius ecclesiæ hac vice tenore presentium duximus committendam. Concedentes tibi preficiendi eidem ecclesiæ personam idoneam, que tanto congruat oneri et honori in episcopum et pastorem, ac faciendi eidem personæ a capitulo ipsius ecclesiæ et clero

et populo civitatis et diocesis LANDAVENSIS aliisque suis subditis humiliter obedire, necnon et contradictores super hoc, si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi plenam et liberam authoritate apostolica potestatem.

Datum AQUILE . VI. non' Octobris . pontificatus nostri anno primo.

DCCLXXXIX.

LETTER FROM ROBERT WINCHELSEY, ARCHBISHOP OF CANTERBURY, TO EDWARD I., NOTIFYING THE ELECTION OF JOHN DE MONMOUTH TO THE SEE OF LLANDAFF.

[BUNDELA BREVIUM ET EPISTT. IN TURRE LOND., ANNO 21 EDWARD I.]

[B. WILLIS, SURVEY OF LLANDAFF, p. 136.]

5 MARCH. 1294—1295.

Magnifico Principi Domino EDWARDO Dei gratia illustri Regi ANGLIÆ Domino HIBERNIÆ et Duci AQUITANIÆ R[OBERTUS de WINCHELSEY] . permissione divina CANTUARIENSIS archiepiscopus totius ANGLIÆ primas, salutem in eo per quem reges regnant et principes dominantur.

Cum nuper essemus apud sedem apostolicam personaliter constituti et ejusdem sedis auctoritate confirmati ac etiam consecrati ac palleati, sanctissimus pater noster CŒLESTINUS Papa quintus, audito et intellecto quod cathedralis ecclesia LANDAVENSIS metropolitica nobis jure subjecta diuturno tempore permansit pastoris regimine destituta, ita quod ejus provisio secundum generalis statuta concilii ad dictam sedem extitit legitime devoluta, volens eandem ecclesiam quæ ex hujusmodi vacatione diutina gravia sustinuit in spiritualibus et temporalibus detrimenta a dispendiis a prolixiore vacatione imminentibus preservare, ordinationem ipsius ecclesiæ LANDAVENSIS, hac vice nobis duxerat committendam, concedendo nobis potestatem preficiendi eidem ecclesiæ personam idoneam, que tanto congruat oneri et honori in episcopum et pastorem.

Tenorem autem mandati apostolici in hac parte de verbo in verbum præsentibus duximus inferendum.

CŒLESTINUS episcopus . etc. (See No. DCCLXXXVIII.)

Nos igitur cupientes debito devotionis obsequio mandatis apostolicis obedire et ea executioni debite mancipare ad magistrum JOHANNEM de MONEMUTA, canonicum LINCOLNIÆ, doctorem in theologia, multiplicibus virtutum premiis insignitum, in spiritualibus et temporalibus circumspectum, nostræ considerationis aciem convertentes de ipso licet tunc absente eidem ecclesiæ LANDAVENSI deliberatione prævia diligenti, ut præmittitur, diutius per mortem bonæ memoriæ WILLELMI de BREWES ultimi episcopi in eadem vacanti, authoritate apostolica providimus et ipsum in eadem ecclesia LANDAVENSI præfeci in episcopum et pastorem, sperantes quod eadem LANDAVENSIS ecclesia per ipsius JOHANNIS industriæ et circumspectionis studium preservabitur a noxiis et adversis, et spiritualibus et temporalibus proficiet incrementis. Cumque postmodum nostra provisio et ordinatio supradicta præfato magistro JOHANNI fuisset notificata loco et tempore oportunis, nolens divinæ resistere voluntati, quin potius jugo Domini satagens subjicere collum suum, provisioni et ordinationi dictæ ecclesiæ de se factæ pure et expresse consensit coram nobis personaliter constitutus. Cum itaque, sicut novit Majestatis Vestræ celsitudo, sit virtutis opus ecclesias et personas ecclesiasticas presertim pontificali preditas dignitate benignis prosequi gratia et favore, Serenitatem Regiam rogamus attente, quatenus eidem magistro JOHANNI, quem pro electo et confirmato hinc convenit, Regiam Majestatem regalia seu temporalia ejusdem ecclesiæ LANDAVENSIS quæ per vos vacationis ejus tempore teneri dicuntur, liberare dignemini, ac ipsum et ecclesiam predictam sibi commissam sic vobis placeat habere in suis opportunitatibus commendatos, ut, Vestræ Celsitudinis fultus auxilio, in curæ pastoralis officio sibi commisso possit, Deo propitio, ulterius prosperari, et vobis exinde a Deo perhennis vite premium pervenire.

Datum apud CROYNDON' . iij. Non. Martii . Anno Domini MCCXCIV. . consecrationis nostræ primo.

DCCXC.

PROFESSION OF JOHN DE MONMOUTH, ON HIS ELECTION TO THE SEE OF LLANDAFF.

[B. WILLIS, SURVEY, p. 142; ATTERBURY, HISTORY OF CONVOCATIONS, p. 608.]
[FROM BISHOP WINCHELSEY'S REGISTER, fol. 160.]

In Dei nomine Amen. Ego JOHANNES de MONUMETA, canonicus LINCOLNIENSIS, nolens divinæ resistere voluntati, neque mandatis seu præceptis superiorum meorum licitis et honestis aliqualiter refragari, cum durum sit contra stimulum calcit[r]are, sed iisdem pro fragilitatis meæ viribus humiliter obedire, ad honorem Dei et beatæ MARIÆ virginis et omnium sanctorum provisioni de me, quamvis minus digno, in episcopum LANDAVENSEM per venerabilem patrem ROBERTUM Dei gratia CANTUARIENSEM archiepiscopum ac auctoritate sedis apostolicæ nuper factæ in hiis scriptis, nolens volens, consentio, et collum meum suavi jugo ac servituti Domini in hac parte submittere non formido.

DCCXCI.

PRIVILEGE GRANTED BY JOHN DE MONMOUTH TO MARGAM ABBEY OF FREEDOM FROM TOLL IN BUYING AND SELLING THROUGHOUT HIS LAND.

[MARGAM CHARTER.] 13TH CENT.

Sciant p. et f. quod ego JOHANNES de MONEMUTHA pro salute anime mee et uxoris mee CECILIE et patris mei GILLEBERTI . et matris mee BERTHE et pro salute filiorum meorum JOHANNIS . WALTERI . RICARDI . et omnium antecessorum et successorum meorum concessi et confirmavi Deo et beate MARIE de MARGAN et m. i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam libertatem quam pater meus GILLEBERTUS dedit eis . scilicet ut emant et vendant per totam terram meam quicquid eis placuerit ad proprios usus eorum libere et quiete sine omni theloneo

et sine omni querela et consuetudine. Et prohibeo super meum forisfactum ne quis presumat vexare illos in aliquo contra libertatem quam ego concessi eis. Et ut ista libertas rata et stabilis perseveret presentis scripti attestatione et sigilli mei impressione eam roboravi. Hiis testibus . domino JOHANNE primogenito et herede meo . WILLELMO de LUCI . RADULPHO BLUET . RICARDO TALEBOTH ROBERTO TREGEIT . WILLELMO de COLEVILE . ROBERTO POINZ . et multis aliis.

Seal, dark green wax, a rounded oval, 2in. by 1⅝in. Impression of an antique oval intaglio gem, *en cabochon* ; a tree, between a lion on the dexter, and a bull on the sinister side.

'+ SIGILLUM . IOHANNIS . MONEMUTE.'

Endorsed—'Quitantia de theloneo domini Johannis de Munemutha.' (This grant is accompanied by a duplicate of the same, saving only that the name of Robert Poinz is omitted from the list of witnesses.)

DCCXCII.

LANDS SPECIFIED IN THE INQUIS. P. MORTEM OF GILBERT DE CLARE, SEVENTH EARL OF GLOUCESTER AND HERTFORD, OB. 1295.

[CAL. INQ. P. MORT., VOL. I., p. 131].

24 ED. I. A.D. 1295—1296.

GILBERTUS DE CLARE COMES GLOUCESTRIE ET HERTFORDIE.

. . . .

HEDLEGANE extenta.

RUTHINE } terræ . etc.
GLINGOR }

MESKINE extenta terrarum.

KAERDIFE cum warda feodorum comitatus GLAMORGAN.

TREYGIR extenta terrarum.

SEGHIMIT extenta terrarum.

MERTHIUR manerium et ecclesia.

LANVEDUE manerium.

ROTHERY ecclesia.

EGLYSHMAN „

KENFECK manerii extenta.

TIRARTHLE extenta.

KAERFILLI manerii extenta.

MEGHEN extenta.

LOGHMELINE vaccaria.

KAERLION manerium et burgus.

LEBENET manerii extenta cum LESWYRYE.

NETH manerii castri extenta.

CROYNANT grangia.

BLAITH „

TULLIES „

ABER „

PERGNAN
HYROLLE
POLTHY
WERNEN } terræ . etc.

NOVA GRANGIA.

ROTHELINE grangiæ quæ destructæ fuerunt per guerram.

LANBLETHIAN manerii extenta.

CUBRIGG burgi extenta.

KAERDIFE „ „

ROTHE manerii extenta.

MONASTERIUM ALBUM manerii extenta.

TRILLECK manerii extenta in PENNALD.

WITEBROKE et
WISEPOLE } terræ . etc.

TROY manerii extenta cum LANTARNAN.

TROY ecclesia.

LANILTUT manerii extenta.

COYTLEN et
WILDMORE } terræ . etc.

BONIARSTON curiæ secta.

TALLENAN baroniæ extenta.

THAWE ecclesia.

LANHACY manerii extenta et ecclesia.

USKE manerii extenta cum burgo infra boscum de BREES.

WARTHCUMB molendinum.

BRIANELESTON ,,

WARNVAURE ,,

WELLOK boscus.

KOITKOVER ,,

PETHLENNY ,,

FEODA.

RAGELAND 1 feodum.

PENCLAND 1 feodum.

WLNESNEUTON dimidium feodi.

LANCANNOK ,,

MATHENNY 4 pars.

WARNESTY dimidium in feodi LAMPADOCK.

ARTHIBILE et BERDIHIROK 1 feodum.

TREFTRAY 4 pars feodi.

HUNDELHAY 4 ,,

GILYINOK 4 ,,

Tre-Rathelan 4 pars feodi.

Tregeryanke et Lanneir 2 pars feodi.

Penchland et Witbroke 4 „

Brethelley 4 „

Lanturghy 4 „

Coitgarth 4 „

Brendyhiroke.

Warthcombe 4 „

Gulfengyn 8 „

Pethlenny 200 acræ terræ.

Wernhir 200 „

Landisoy ecclesia.

Lantrissen super Usk manerii extenta.

Lancomb manerii extenta.

Uske curiæ secta.

Wenlock com' extenta *in dorso.*

Novi Burgi villa extenta.

Stowe manerii extenta.

Dineleys „ „

Rempny „ „

Cogan extenta.

Mersfeld ecclesia.

Basseleke 1 feodum.

Elboth 1 feodum.

Colkmen dimidium feodi.

Sancta Brigida dimidium feodi.

Sanctus Melanus 4 pars feodi.

Deffren Elbot redditus.

All the foregoing are bracketted into Wallia. They lie in Glamorgan and Monmouth, in the Diocese of Llandaff. Many of the names are manifestly corrupt, either in the original or by careless editing of the Editor of the Inquisitiones.

DCCXCIII.

WRIT OF EDWARD I. TO GILBERT DE CLARE, EARL OF GLOUCESTER AND HERTFORD, TO DELIVER THE TEMPORALITIES OF THE SEE OF LLANDAFF TO BISHOP JOHN DE MONMOUTH.

[Rot. Pat., 23 Edw. I., m. 15; B. Willis, Survey of Llandaff, p. 140.]

4 Ap. 23 Edw. I. 1295.

Breve Regis ad Temporalia Johanni de Monmouth . Landavensi Episcopo . restituenda.

Rex dilecto et fideli suo Gilberto de Clare, comiti Gloucestriæ et Hertfordiæ, salutem.

Cum vobis et charissimæ filiæ nostræ Johannæ consorti vestræ concesserimus custodiam episcopatus Landavensis necnon et omnium dominicorum et tenementorum ad episcopatum illum spectantium et in dominico seu feodo vestro existentium tempore vacationis episcopatus ejusdem, habendum vobis et præfatæ filiæ nostræ ad totam vitam vestram tempore illo, salva nobis fidelitate ipsius quem in ejusdem loci episcopum contigerit confirmari, prout in literis nostris patentibus vobis et præfatæ consorti vestræ inde confectis plenius continetur, ac venerabilis pater R. Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, cathedrali ecclesiæ Landavensi de venerabili viro magistro Johanne de Monemuth auctoritate apostolica providerit, et ipsum in ejusdem loci prefecerit episcopum et pastorem, sicut per literas ejusdem archiepiscopi patentes nobis constat; nos hujusmodi provisionem et prefectionem acceptantes, cepimus fidelitatem ipsius magistri Johannis, et temporalia episcopatus predicti in manus nostras existentia, prout moris est, restituimus eidem. Et ideo vobis mandamus quod temporalia episcopatus predicti in dominico seu feudo vestro ex concessione nostra existentia, sicut prædictum est, eidem magistro Johanni sine dilatione liberatis. Teste Rege apud Aberconewey . quarto die Aprilis.

DCCXCIV.

WRIT BY EDWARD I. TO THE ESCHEATOR CITRA TRENTAM TO DELIVER THE TEMPORALITIES OF LLANDAFF TO BISHOP JOHN DE MONMOUTH.

[ROT. PAT., 23 EDW. I., M. 15; B. WILLIS, SURVEY OF LLANDAFF, p. 143.]

4 APR. 23 EDW. I. 1295.

BREVE REGIS AD TEMPORALIA JOHANNI DE MONMOUTH . LANDAVENSI EPISCOPO . RESTITUENDA . ESCAETORI SUO DIRECTAM.

Rex dilecto clerico suo MALCULMO de HARLEY, escaetori suo citra Trentam . salutem.

Cum venerabilis pater ROBERTUS CANTUARIENSIS archiepiscopus, totius ANGLIÆ primas, cathedrali ecclesiæ LANDAVENSI de venerabili viro magistro JOHANNE de MONEMUTH providerit et ipsum in ejusdem loci prefecerit episcopum et pastorem, sicut per litteras ejusdem archiepiscopi patentes Regi constat, Rex hujusmodi provisionem et præfectionem acceptans cepit fidelitatem ipsius magistri JOHANNIS et temporalia episcopatus prædicti, prout moris est, restituit eidem. Et ideo mandatum est præfato MALCULMO . quod eidem magistro JOHANNI temporalia episcopatus prædicti liberet, sicut prædictum est. Teste Rege apud ABERCONEWEY . quarto die Aprilis.

DCCXCV.

FURTHER WRIT TO GILBERT DE CLARE, EARL OF GLOUCESTER AND HERTFORD, ANNOUNCING THE ROYAL CONFIRMATION OF THE ARCHBISHOP'S APPOINTMENT, AND COMMANDING IMMEDIATE RESTITUTION OF THE TEMPORALITIES TO THE NEW BISHOP.

[Rot. Claus., 23 Edw. I., m. 6 dorso; B. Willis, Survey of Llandaff, p. 144.]

24 Aug. 23 Edw. I. 1295.

Rex dilecto et fideli suo Gilberto de Clare, comiti Gloucestriæ et Hertfordiæ, salutem.

Cum nuper versus vos erigeremus et vendicaremus advocationem et custodiam episcopatus Landavensis cum pertinentiis, una cum collationibus prebendarum et dignitatum episcopatus predicti tempore vacationis ejusdem: ac vos postmodum id quod ad vos pertinuit de advocatione et custodia et collationibus predictis nobis reddideritis per vestras patentes literas, ut jus nostrum, nos qui postmodum vobis ac charissimæ filiæ nostræ Johannæ consorti vestræ concessimus custodiam episcopatus predicti, necnon omnium terrarum et tenementorum ad episcopatum illum in dominio et feodo vestro existentium, habendam vobis et eidem filiæ nostræ ad totam vitam vestram tempore vacationis prædictæ salva nobis fidelitate electi, quem in ejusdem loci episcopum contigeret confirmari, prout in literis nostris patentibus vobis et dictæ consorti vestræ inde confectis plenius continetur:

Cumque venerabilis Pater R. Cantuariensis archiepiscopus prædictæ ecclesiæ Landavensi de venerabili viro magistro Johanne de Monemuth authoritate apostolica providerit, et ipsum in ejusdem loci prefecerit in episcopum et pastorem, sicut per literas patentes ejusdem archiepiscopi nobis inde directas nobis constat, per quod cepimus fidelitatem ipsius magistri et temporalia episcopatus predicti in manu nostra existentia, prout moris est, restituimus eidem; et vobis mandavimus quod temporalia episcopatus prædicti in manu vestra

infra dominium et feodum vestrum ex concessione nostra existentia, sicut prædictum est, eidem magistro JOHANNI sine dilatione liberaretis, quod ad mandatum nostrum hactenus facere distulistis, sicut idem electus nobis suggessit, de quo non modicum miramur, præsertim cum postquam fidelitatem suam ceperimus, et temporalia illius episcopatus sibi restituerimus, ut dictum est, nichil in temporalibus predictis ratione concessionis nostræ predictæ ultra mandatum nostrum prædictum quod inde recepistis vendicare possitis quomodolibet vel habere. Vobis iterato mandamus firmiter injungentes quod temporalia episcopatus predicti in manu vestra ex concessione nostra in forma prædicta existentia præfato magistro JOHANNI, prout alias vobis mandavimus, sine ulteriore dilatione restituatis. Taliter vos habentes in hac parte, ne in defectum vestri manum ad hoc aliter apponere debeamus.

Teste Rege apud WESTMONASTERIUM . 24 die Augusti.

DCCXCVI.

RECORD OF THE PROCEEDINGS OF THE PRIVY COUNCIL RESPECTING THE SAME SUBJECT.

[RYLEY PLEADINGS, 1661, FOL., p. 203; B. WILLIS, SURVEY OF LLANDAFF, p. 146]. 25 JUNE. 23 ED. I. 1295.

DE RESTITUTIONE TERRARUM FACTA ELECTO LANDAVENSI PER COMITEM GLOUCESTRIÆ . ET DE JURE REGIS IN CUSTODIA EPISCOPATUS POST MORTEM COMITIS ET JOHANNÆ.

Cum electus LANDAVENSIS domino Regi sepius supplicaverat quod seisinam terrarum et tenementorum que sunt de temporalitate episcopatus predicti sibi reddere faceret ex quo fidelitatem suam ceperat, et dominus Rex super hoc GILBERTO de CLARE, comiti GLOUCESTRIÆ et HERTFORDIE, et JOHANNE uxori ejus filie ipsius domini REGIS custodiam predicti episcopatus tempore vacacionis ejusdem concessit ad terminum vite eorundem comitis et JOHANNE tam viva voce

injunxerat quam per litteras suas eidem postea mandaverat quod seisinam predictarum terrarum et tenementorum cum pertinentiis eidem electo redderet, tandem coram ipso domino Rege et consilio suo apud WESTMONASTERIUM in crastino decollationis Sancti JOHANNIS BAPTISTE anno regni ipsius domini Regis XXIIJ. prefatus comes audito scripto suo per quod prefato domino Regi id quod habuit in advocatione et custodia predicti episcopatus tempore vacationis ejusdem reddidit ut jus suum, et etiam tenore scripti per quod dominus Rex postea de gratia sua speciali concessit prefatis comiti et JOHANNE advocationem et custodiam predicti episcopatus ad totam vitam utriusque ipsorum comitis et JOHANNE, habendum et tenendum de ipso Rege et heredibus suis, ita quod post decessum eorundem comitis et JOHANNE advocatio et custodia predicti episcopatus integre revertantur ipsi domino Regi et heredibus suis quieta de heredibus ipsorum comitis et JOHANNE imperpetuum, et salva ipsi domino Regi et heredibus suis in singulis vacationibus predicti episcopatus fidelitate ipsius quem in episcopum ejusdem loci contigerit confirmari, prout in predicto scripto ipsius domini Regis eisdem comiti et JOHANNE inde confecto plenius continetur, concessit quod seisinam terrarum et tenementorum que sunt de temporalitate predicti episcopatus et que in custodia sua fuerunt per concessionem domini Regis predicti plenarie et integre predicto electo reddet et habere faciat ad mandatum ipsius domini Regis.

The text given by Willis is very corrupt.

DCCXCVII.

CONFIRMATION BY EDWARD I., TO THE SEE OF ST. DAVID'S, OF SEVERAL ADVOWSONS IN GOWER.

[HARL. MSS. 1249, f. 90, p. 177.]

2 APR. 27 EDW. I. 1299.

EDWARDUS Dei gratia Rex ANGLIÆ Dominus HIBERNIÆ et Dux AQUITANIÆ omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint salutem.

Cum dudum per cartam nostram concessissemus THOMÆ quondam MENEVENSI episcopo advocationes ecclesiarum de KARROUK . LANSANFRED . TREFEGLOS . HENNENER . KILLEN . TREFILEN . LANDAURAK . LANDEBIEV . SULLEN . ABERARRANNETH . GOGOF . LANHITHAERON . ROLLAN . LAMPEDER . LANKEYTHAN . KARANN . MEDVEY . ROSTYEN . LEDROD . LANRISTUD . LAMPADARN . ODYN . LANKBY . BETTUS . BLEDRUS . LANTVENAUK . LANVEYR . ONWYN . BLAYNPORTH . LANTISSILL . LANYUA . LANUARCH . LANARTHAERON . BETONS . BYDONTH . EDSTRAD et LANGYOK in GOHERIA cum pertinentiis suæ Dioceseos quarum advocationes ad manum nostram per foris-facturam[1] patronorum ecclesiarum predictarum devenerunt, habendum et tenendum predicto episcopo et successoribus suis imperpetuum : Ita videlicet quod idem episcopus et successores sui ecclesias illas appropriare possent ecclesiis MENEVENSI et ABERGWYLYENSI et de eisdem ecclesiis præbendas facere vel eas annectere præbendis in eisdem ecclesiis prius ordinatis et eas conferre prout sibi et successoribus suis magis viderint expedire prout in carta prædicta plenius continetur etc. Nos de hujusmodi concessione nostra postmodum minime recolentes RICARDUM WROR clericum ad ecclesiam de LANNARTH prædictam præsentaverimus. Qui quidem clericus ad ipsam ecclesiam ad presentacionem nostram admissus et in ipsa ecclesia institutus existit. Nos concessionem nostram præfato episcopo de advocationibus ecclesiarum prædictarum prius factam volentes firmam et stabilem permanere volumus et concedimus pro nobis et heredibus nostris quod præfato RICARDO cedente vel decedente advocatio ejusdem ecclesiæ de LANNARTH una cum advocationibus ceterarum omnium ecclesiarum predictarum venerabili patri DAVID nunc episcopo MENEVENSI et successoribus suis imperpetuum remaneat juxta formam concessionis nostræ prædictæ. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud WESTMONASTERIUM secundo die Aprilis anno Regni nostri vicesimo septimo.

(1) This word expuncted.

DCCXCVIII.

RECORD OF PROCEEDINGS AT THE GLAMORGAN COUNTY COURT, BEFORE THE SHERIFF AND COUNCIL, WHEREAT TRAHARN WU, BEDELL OF TYRIARTH, WHO HAD USURPED THE OFFICE OF CORONER, IS SENTENCED TO IMPRISONMENT.

[MARGAM CHARTER.]

MONDAY BEFORE ST. LAWRENCE'S DAY. 3 AUG. 27 ED. I. 1299.

Comitatus de GLAMMARGAN tentus die Lune proxima ante festum Sancti LAURENTII anno r. R. EDWARDI filii Regis HENRICI vicesimo septimo et anno incarnacionis dominice M°. CC°. nonagesimo nono coram domino SYMONE de RALEYE vicecomite de GLAMMARGAN et coram consilio domini comitis videlicet domino ROBERTO de la WARDE . domino J. de Sancto JOHANNE juniore . domino ROGERO fratre suo . domino ROBERTO de HALKETONE . domino HUGONE de Sancto JOHANNE . domino ROBERTO BARDULF . domino ROBERTO de GRENDONE militibus . magistro THOMA de PULISDONE . magistro HENRICO de LANCARVAN . domino ROBERTO de CHENINTONE . domino JOHANNE de BRUGES clericis. Quia totus comitatus testatur quod abbas de MARGAN tenet et tenuit omnes terras et tenementa sua de comitatu de KAERDYF in capite . Et quod idem abbas respondebit in comitatui de KAERDYF et non alibi de omnibus terris et tenementis suis predictis . Et quod famulus comitatus de KAERDYF quicunque fuerit faciet officium coronatoris ubique per totam terram abbatis de MARGAN et nullus alius. Consideratum est per eundem comitatum quod TRAHARN WU [*probably in error for* DU] bedellus TYRIARTH qui fecit visum coronatoris de PHILIPPO SPARKE qui oppressus fuit in CUMKENEFEG in bosco predicti abbatis qui est infra comitatum in prejudicium libertatis comitatus predicti . qui ad hoc non fuit deputatus nec assignatus custodiatur in prisona. In cujus rei testimonium presentibus dominus SYMON de RALEYE tunc vicecomes

de GLAMMARGAN sigillum suum apposuit . et dominus JOHANNES le WALEYS miles . WILLELMUS BERKEROLYS . JOHANNES le NORREYS . JOHANNES de WINCESTRE . RICARDUS de NERBERT . LUCAS de BARRY . PHILIPPUS SOOR . DAVID BASSET . RICARDUS STYWARD . WILLELMUS WALLOT . JOHANNES le BOTILER . ROBERTUS de KANTELO . PETRUS de LANHASKE . AARON ab HOWEL tunc ballivus comitatus de KERDYF . in testimonium similiter sua apposuerunt.

There have been twelve seals, each on a narrow label cut from the parchment.

1. A shield of arms: a bend fusilly, Raleigh.

'+ SIMONIS . . . .'

2. Traces of a bend.

'. . . . . ALE . . . .' (John le Waleys).

3. A cross flory. The field also seems to have been charged.

'. . . . . LE . N.' (John le Norreys).

The other seals are wanting.

Endorsed—'. . . . istud contingebat in comitatu Kerdif . die Lune proxima ante festum Sancti Leonardi ad duodecim annos.'

DCCXCIX.

SUIT OF THE BISHOP OF LLANDAFF AGAINST WILLIAM BREWOUSE [OR DE BRAOSE], FOR DISTRAINING THE BISHOP'S TENANTS AT BISHOPSTON.

[PLACITORUM ABBREVIATO, REC. COMM., 1811, p. 241.]

MICHAELMAS TERM. 27-28 EDW. I. 1299.

Episcopus LANDAVENSIS queritur domino Regi quod WILLELMUS BREWOUSE distrinxit tenentes manerii sui de BYSSHOPESTON quod est infra procinctum terre de GOWER de dominio dicti WILLELMI facere sectam ad curiam ipsius WILLELMI de SWENESAPE. Rotulo 37.

DCCC.

GRANT BY CADWALAN, SON OF MORGAN, OF ALL HIS LAND OF ROSSAULIN, AND GENERAL CONFIRMATION TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Carta Cadwahtlan . filii Morgani . de Rossaulin.

Omnibus s. ec. f. p. et f. Cadwalan filius Morgani salutem.

Sciatis me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse et dedisse . et h. c. m. confirmasse D. et ec. S. M. de Margan . et m. i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam totam terram de Rossaulin . cum omnibus pertinentiis suis . in bosco . et plano . in pratis . et pasturis . et omnibus aliis aisiamentis . et libertatibus suis . per has divisas . scilicet quicquid continetur inter aquam que dicitur Wrach . et aquam que dicitur Claudac'kan . et inter aquam de Neth et magnam viam que vadit per montana . de Torrebethel . usque ad Bleinwrac . et omnes commoditates aque de Neth . inter duas aquas prenominatas . scilicet Wrac et Cleudacumkac. Insuper etiam omnes commoditates tocius nemoris infra predictos terminos existentes . tam in melle et avibus . quam de omnibus aliis comodis . de eodem nemore provenientibus. Preterea concessi et confirmavi predicte domui de Margan . omnes donationes et confirmationes quas Morganus . pater meus . et fratres mei Leisanus et Owein fecerunt eidem domui . inter aquam de Neth . et aquam de Avene . per omnia sicut carte ipsorum testantur. Hec omnia dedi et confirmavi in perpetuam elemosinam predicte domui de Margam . ad habendum et tenendum libere et pacifice ab omni seculari servitio . sicut ulla elemosina liberius potest teneri. Insuper etiam juravi super sanctuaria ejusdem ecclesie de Margan . quod hec omnia predicte domui fideliter et firmiter tenebo . et warantizabo . pro

posse meo contra omnes homines . et precipue contra filios WRGY[1] . et eorum progeniem. Et quod nullum hominem manutenebo vel warantizabo . qui violentiam fecerit domui de MARGAN . nisi prius eidem domui satisfecerit.

Hiis testibus.

This is in part a confirmation of DCCCXVI

(1) See No. DLXXI

DCCCI.

GRANT BY LEISAN, SON OF MORGAN, OF GUMBOLDES WILLE, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant omnes p. et f. quod ego LEISANUS filius MORGANI dedi et hac carta confirmavi Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam . IJ. acras terre ad GUMBOLDES WILLE inter CROCKERESHULLE et pratum Regis . habendas et tenendas de me et heredibus meis in perpetuum libere et quiete . absque omni servitio . consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina liberius haberi potest et teneri. Et ego et heredes mei warantizabimus predictis monachis hanc donationem contra omnes homines in perpetuum. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Leisani de Gumboldes Wulle.'

DCCCII.

CONFIRMATION BY LEISAN, SON OF MORGAN, OF HIS FATHER'S GRANTS TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. e. f. LEISAN filius MORGANI salutem.

Sciatis me concessisse et hac carta confirmasse D. et e. Sancte M. de MARGAN et m. i. D. s. omnes donationes et confirmationes quas pater meus MARGANUS

fecit eis in elemosinam ut habeant illas ita libere et quiete in omnibus sicut carte et scripta patris mei testantur. Et ego et heredes mei warantizabimus eas prefatis monachis contra omnes homines in perpetuum. Hiis testibus. Helia decano de Novo Castro. Mauricio presbytero Sancti Cadoci. Henrico presbytero de Ponte. David Puignel. Andrea tunc cellarario de Margan. Willelmo del Val monacho. Gnaituro converso ejusdem domus.

Seal, dark wax, 2in. diam. A seated figure of an Abbot with his right hand lifted and fingers extended in the act of giving a benediction to a kneeling, bareheaded figure, with his hands joined in prayer.

'+ SIGILLUM LEISAN FILII MORGANI.'

The label of the seal is inscribed—'De primo sigillo.'

Endorsed—'Confirmatio Leisan de omnibus elemosinis patris sui.'

DCCCIII.

CONFIRMATION BY LEISAN, SON OF MORGAN, OF HIS FATHER'S GIFTS TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris Leisan filius Morgani salutem.

Sciatis me concessisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan. et monachis ibidem Deo servientibus in elemosinam omnes donationes quas eis fecit pater meus Morganus. in territorio de Novo Castello per omnia sicut carte ipsius testantur. His testibus. Wilfrido sacerdote. Luca clerico. Roberto Segin. Roberto Samson. Alaithu. Reso Coh. Rogero Wiaun. Rogero Aithan. David Puinnel. et multis aliis.

Endorsed—'Carta Leisan filii Morgan de concessione donationum patris sui in territorio Novi Castelli.'

DCCCIV.

CONFIRMATION BY LEISAUN AP MORGAN OF HIS FATHER'S GRANTS TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

ITEM CARTA EJUSDEM DE CONCESSIONE OMNIUM DONACIONUM PATRIS SUI ET CONVENCIONUM.

Omnibus s. ec. f. a. q. p. s. p. LEISAUN filius MORGANI salutem.

Sciatis me concessisse et h. c. confirmasse monachis de MARGAN in elemosinam omnes donationes et cartas et conventiones quas fecit eis pater meus MORGANUS in pasturis . in pratis . in terris . in marisco de AVENE . in territorio de NOVO CASTELLO . in PULTIMOR . in montanis . in bosco . et in plano . in omnibus et per omnia sicut carte ipsius testantur. Et ego eis contra omnes homines hec omnia predicta pro posse meo warantizabo.

His testibus . WRGANO presbitero . WILLELMO filio ALEWI . DAVID PUIGNEL . HERBERTO PALMER . RICARDO preposito de NOVO CASTRO . WRUNU filio PHILIPPI.

(See No. DCCCV.)

DCCCV.

CONFIRMATION BY LEISAN, SON OF MORGAN, OF HIS FATHER'S AND OTHERS' GRANTS TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant omnes p. et f. quod ego LEISANUS filius MORGANI quitas clamavi omnes querelas et exactiones quas hactenus habui adversus domum de MARGAN . de omnibus terris et tenementis que monachi ejusdem domus tenent de me vel de hominibus meis in feudo meo. Insuper etiam hac presenti carta mea confirmavi eis omnes concessiones et conventiones et omnes cartas quas MORGANUS filius KARADOCI et AUDOENUS frater meus et homines nostri eisdem monachis fecerunt et omnia tenementa que eis dederunt aut vendiderunt tam in

Pultimor et marisco de Avene quam in territorio de Novo Castello et in omnibus aliis locis sub montanis et super montana . ut habeant hec omnia et teneant libere et quiete imperpetuum sicut ulla elemosina liberius et melius potest teneri . sicut carte predictorum patris et fratris et hominum nostrorum testantur . et precipue terram Walteri Lageles quam pater meus dedit domui de Margan in elemosinam. Et ego Leisan sciens et prudens super sanctuaria monasterii manu propria juravi scilicet super sacratissimum corpus Domini nostri Jhesu Christi et super preciosissimum lignum vere crucis et super reliquias sanctorum apostolorum et sanctorum martirum et sanctorum confessorum et sanctarum virginum quorum omnium reliquie in una cruce [conti]nebantur super hec omnia [impo]sita magno altari juravi ego sicut michi expresse et manifeste nominabantur . quod decetero de nullo tenemento suo dissaisiabo eos . . . . iam . . . . . eos impediam . . . . . . faciam vel permittam terras suas arare seminare sarclare metere . vel colligere et asportare . neque prata sua falcare et cariare vel voluntatem suam de omnibus rebus suis facere . neque aliquod nocumentum eis inferam vel inferri faciam aut permittam de equicio suo vel de omnibus aliis animalibus suis que habent vel habebunt in omnibus pasturis quas in feudo meo habent propter aliquam iram aut querelam quam habuerim vel forte habebo adversus eos. Set si in aliquo adversum me deliquerint . vel si non faciunt michi quod michi de jure facere debent . demonstrabo ballivis terre et per judicium curie suscipiam inde emendationem. Et hec omnia juravi me predictis monachis toto tempore vite mee observaturum. Hiis testibus . Waltero de Sulie tunc vicecomite de Glamorgan . Ricardo Flamang' . Petro le Butiller . Willelmo de Cantilupo . Waltero Luvel . Stephano clerico de Kenefeg' . Wasmero . Thoma albo de Kenefeg . Alaithuro . Reso Coch . Griffino filio Kanaithur . et multis aliis.

Green seal of Leisan, equestrian type, 2in. diam.

'+ sigillum leisaun filii mo[rg]an.'

Endorsed—'Confirmatio Leisan generalis.'

DCCCVI.

CONFIRMATION BY LEISAN, SON OF MORGAN, SON OF CARADOC, OF HIS FATHER'S GRANTS IN AVEN, NEW-CASTLE, ETC., TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte e. filiis p. et f. LEISAN filius MORGANI filii KARADOCI salutem. Sciatis me concessisse et hac mea carta confirmasse D. et B. MARIE et M. de MARGAN omnes donationes et conventiones et nominatim in territorio de AVENA et de NOVO CASTELLO quas pater meus MARGANUS filius KARADOCI et homines ejus fecerunt predictis monachis ut habeant et teneant eas sicut eorum carte testantur liberas et quietas ab omni consuetudine seculari et servitio et exactione sicut ulla elemosina liberius haberi et teneri potest. Et ego warantizabo eas prefatis monachis contra omnes homines in perpetuum. Hanc autem confirmationem feci quando corpus meum dedi prefate domui ut ibi sepeliatur cum mortuus fuero. Hiis testibus . HELIA decano de NOVO CASTELLO . MAURITIO presbytero Sancti CADOCI . HENRICO presbytero de PONTE . DAVID PUIGNEL . ANDREA tunc cellarario de MARGAN . WILLELMO de VALLE monacho . GNAITURO converso ejusdem domus.

Seal, red wax, 1½in. diam. Equestrian type as before (see No. DCCCII.)

Legend—'SIGI . . . . L' MORGANI.'

Endorsed—'Confirmatio Leisan generalis.' And in a later hand—'de terra in Aven et Novo Castro.'

DCCCVII.

CONFIRMATION BY LEISAN, SON OF MORGAN, OF HIS FATHER'S GRANTS IN THE MARSH OF AVENE TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris LEISAUN filius MORGANI salutem.

Sciatis me concessisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in elemosinam totam terram que extenditur in longum et latum a fossato SANAN usque ad fossam aquariam . Et inde juxta eam in longum et latum usque PULT SCHETHAN . quam pater meus MORGANUS dedit prefatis monachis in elemosinam per omnia sicut carta ejus testatur. Et sciendum quod affidavi et super sacrosancta ecclesie juravi quod hanc donationem patris mei prenominatis monachis warantizabo contra omnes homines in perpetuum. Et quia sigillum meum mecum non habui . sigillo patris mei hanc cartam sigillavi. Hiis testibus . KENEWREIC presbitero de LANGAVELACH . CUELIN ARCHER . JORVERTH filio HOEL . GRIFFIN DU . ITHENARD filio GRIFFINI . MORGANO filio GRIFFINI . WRUNU filio MAURICII . WEN filio GEFFREI.

Entitled—' Carta concessionis Leisan de donationibus patris sui in marisco de Avene : sine redditu.'

DCCCVIII.

GRANT BY LEYSAN AND OWEIN, SONS OF MORGAN AP CARDOC, TO MARGAM ABBEY, OF THE MARSH OF AVENE, PASTURE IN THE BERGES OR BURROWS, ETC., WITH PROMISE OF PROTECTION, AND THEIR BODIES TO BE BURIED IN THE ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris LEYSANUS filius MORGANI . et OWEIN frater suus salutem.

Sciatis nos concessisse . et dedisse . et hac carta confirmasse . Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam totum mariscum qui jacet inter WALLUM ANGLORUM . et aquam de AVENE . et inter aquam de AVENE et BERGES ad claudendum fossato . et faciendum inde quicquid voluerint . et habendum et tenendum libere et quiete ab omni seculari servitio . consuetudine . et exactione sicut ulla elemosina liberius teneri potest . reddendo annuatim solummodo . dimidiam . marcam . argenti ad festum Sancti MICHAELIS . et facient pontem ultra AVENE ubicunque voluerint . inter predictam mariscum et terram suam de AVENE. Preterea donavimus et confirmavimus in elemosinam predictis monachis totam pasturam de BERGES de AVENE quam tenuerunt tempore patris nostri . reddendo inde annuatim . XX. . solidos ad festum Sancti MICHAELIS. Et hec omnia warantizabimus eis in perpetuum. Et quando fecimus eis hanc donationem predicti monachi dederunt nobis . LX. . solidos argenti. Et nos suscepimus domum de MARGAN . homines et catalla eorum ad protegendum . fovendum . et manutenendum . pro posse nostro contra omnes homines . et dedimus predicte domui corpora nostra ad sepeliendum . quandocunque nos mori contigerit . Hiis testibus.

DCCCIX.

UNDERTAKING OF LEISAN AND OWEIN, SONS OF MORGAN, CONCERNING PASTURE LAND IN THE MARSH OF AVENE, GIVEN TO MARGAM ABBEY.

[Harl. Charter, 75 C. 36.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Leissan et Owein filii Morgani salutem.

Sciatis nos pepigisse monachis de Margan et juramento firmasse quod nec nos nec aliqui hominum aliquando fossabimus aut arabimus terram que jacet inter Waldam Anglorum et Meles in marisco de Avene. Nam pasturam tocius terre tam arabilis quam non arabilis in Melis . in mora . in marisco concessimus predictis monachis et dedimus in elemosinam inter Avene et cappellam Sancti Thome tam nos quam pater noster Morganus pro xx. solidis annuatim nobis inde persolvendis. Hiis testibus . Worgano capellano de Avene . Rogero filio Yuor . David Puignel . Herberto Palmer . Willelmo filio Alewi.

Round seal, red wax, 1½in. diam. A dexter hand and vested arm issuing from the proper left, grasping a lance-flag.

'+ sigill' . ho . . . . xi.'

Endorsed—' Leisan et Owein de marisco de Avene.'

DCCCX.

GRANT BY MORGAN, SON OF MORGAN, OF THE NEW MARSH OF AVAN, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Sciant omnes tam p. q. f. quod ego Morganus filius Morgani pro salute anime mee concessi Deo et B. M. de Margan et m. i. D. s. novum mariscum de

Avene quod jacet inter novam Waldam suam et Waldam Anglorum . ad tenendum de me et heredibus meis adeo libere et quiete quod nulla averia hominum meorum vel aliorum intrabunt in predictum mariscum á Pascha usque ad festum Sancti Michaelis . vel ibidem pascentur preter propria averia predictorum monachorum. Post festum vero Sancti Michaelis . usque ad Pascha . fiat de illo marisco sicut de alio. Si vero predicti monachi predictum mariscum aliquando voluerint redigere in culturam . tenebunt illud sicut prius totum mariscum tenuerant per cartam suam. Hiis testibus . Gregorio tunc capellano de Avene . magistro Radulfo Mailoc . Roberto Samson . Johanne clerico . Reso filio Rogeri . Washauet Gille . Willelmo de Lichesfeld . Waltero de Haverford monachis de Margan . fratre Roberto Pulmor . et multis aliis.

Seal destroyed.

Endorsed—'Carta Morg' de novo marisco de Avene.'

DCCCXI.

LEYSON AP MORGAN, LORD OF AVENE, GRANTS PRIVILEGES TO THE BURGESSES OF AVENE.

[Lord Swansea's Charter.]

Sciant presentes et futuri quod [ego] Leysan ap Morgan dominus de Avene filius et heres Morgani Vachan dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi pro me et heredibus seu assignatis meis omnibus Anglicanis burgensibus et etiam chenceribus meis de Avene et eorum heredibus et assignatis omnes libertates in villa mea de Avene et in toto dominio meo infra limites de Avene quas habent burgenses de Kenefig in villa de Kenefig et infra dominium domini comitis Gloucestrie et Hertfordie quantum in me est. Et dabunt octo lagenas de quolibet bracino pro servicio molendini et pro assisa mihi et heredibus et assignatis meis. Concessi etiam pro me et heredibus meis et assignatis predictis burgensibus et chenceribus meis de Avene et eorum heredibus

et assignatis libere quiete bene et in pace et sine aliqua calumpnia housbote et heybote in omnibus nemoribus hominum meorum de me tenencium et optinebunt communem pasturam libere quiete bene et in pace in perpetuum in omnibus locis silvis pratis pascuis et pasturis tempore aperto super terram meam et etiam illam pasturam in latere de le DINAS que est inter KARNWENDREZ et locum qui dicitur KAEKEDREZ in longitudine et in latitudine inter terram arabilem de TYRUSKEZ usque ad terram arabilem super le DINAS in omni tempore anni. Et si contingat me aut heredes vel assignatos meos circa aliquam terram claustruram facere et dicta claustrura prostrata fuerit per bestias dictorum burgensium seu chenceriorum tenentur eandem claustruram iterum construere. Et etiam habebunt communem pasturam in tempore aperto in omnibus boscis pratis pascuis et pasturis hominum meorum de me tenencium cujuscunque conditionis fuerint. Pro hac autem donatione concessione et presentis carte mee confirmatione dederunt mihi predicti burgenses mei et chencerii quadraginta solidos sterlingorum. Et quia volo quod hec mea donatio concessio et presentis carte mee confirmatio robur perpetue stabilitatis optineat hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . domino THOMA[1] tunc abbate de MARGAN . ENEA rectore ecclesie de AVENE . HENRICO clerico tunc senescallo de AVENE . RESO ap MORGAN . RESO ap CRADOC . et multis aliis.

(1) Occurs between A.D. 1250 and 1270.

§ Ecclesia de Lanririd ... ... c$^{s.}$

§ Ecclesia de Petrestone cum capellis ... vj$^{s.}$ xiij$^{s.}$ iiij$^{d.}$

§ Ecclesia de Sancto Georgio ... ... x$^{li.}$

§ Ecclesia de Sancto Ffagano ... ... xiij$^{li.}$ vj$^{s.}$ viij$^{d.}$

§ Ecclesia de Sancto Nicholao ... ... xiij$^{li.}$ vj$^{s.}$ viij$^{d.}$

§ Ecclesia de Penmarc ... ... xxiiij$^{mar.}$ Abb' Glouc'.

§ Ecclesia de Lancarvan ... ... x$^{li.}$

§ Ecclesia de Caddocestone ... ... lxvj$^{s.}$ viij^{d}

§ Ecclesia de Sulli .... x$^{li.}$

§ Ecclesia de Wonfo ... ... x$^{li.}$

§ Ecclesia de Kairdif cum capellis et ecclesia de Landoch .... } xx$^{li.}$ Prior Kairdif.

§ Ecclesia de Sancto Andrea ... ... xiij$^{li.}$ vj$^{s.}$ viij$^{d.}$

§ Ecclesia de Barri ... ... iiij$^{mar.}$

§ Ecclesia de Michelstowe ... ... iiij$^{mar.}$

§ Ecclesia de Martheldeuan ... ... iiij$^{mar.}$

§ Ecclesia de Thowenwewel ... ... xx$^{s.}$

§ Ecclesia de Begastone ... ... vj$^{s.}$ viij$^{d.}$

§ Ecclesia de Porthkire ... ... lxvj$^{s.}$ viij$^{d.}$

§ Ecclesia de Bonevilestone ... ... vij$^{li.}$ xiij$^{s.}$ iiij$^{d.}$

§ Ecclesia de Stradowayn ... ... iiij$^{li.}$ Prebenda.

§ Ecclesia de Penarth cum capellis ... iiij$^{li.}$ Abbas Sancti Augustini Bristollie.

§ Ecclesia de Lantrissen cum capell' ... xxiiij$^{li.}$

§ Ecclesia de Pentirz ... . v$^{mar.}$

§ Ecclesia de Tawey et Rotheri ... ... iiij$^{li.}$

§ Ecclesia de Lanhari ... ... ij^{mar}

§ Ecclesia de Merthir ... ... c^{s}

§ Ecclesia de Kilthegair ... ... iiij$^{li.}$

§ Ecclesia de Aradoc (?) ... ... iiij$^{li.}$ }

§ Ecclesia de Pendeuelin ... ... iiij$^{li.}$ xiij$^{s.}$ iiij$^{d.}$ }

§ Ecclesia de Lanedern ... ... v$^{mar.}$ vj$^{s.}$ viij$^{d.}$ } Capitulum.

§ Ecclesia de Bridetone ... ... iiij$^{mar.}$ }

§ Ecclesia de Sancto Hillario ... ... c$^{s.}$ }

§ Ecclesia de COGAN ... ... iiij$^{mar.}$ Abb. THEUKES'.

§ Ecclesia de LANILTERN ... ... xl$^{s.}$

§ Ecclesia de Sancto MICHAELE JUXTA ELEAM v$^{mar.}$

§ Ecclesia de KAIR ... ... iiij$^{li.}$ Preb'.

§ Ecclesia de Sancto LYTHANO ... ... c$^{s.}$ Archidiaconus.

§ Vicaria de KAIRD[IF] ... . iiij$^{mar.}$

§ Vicaria de LANDOCH ... ... xl$^{s.}$

§ Vicaria de PENARTH ... ... iiij$^{mar.}$

§ Vicaria de LANCARVAN ... ... v$^{mar.}$

§ Vicaria de EGLISHILAN ... ... lxvj$^{s.}$ viij$^{d.}$

Decanatus de GRONYTH.

§ Ecclesia de COYTCHERCHE ... ... x$^{li.}$

§ Ecclesia de COYTIF ... ... x$^{li.}$

§ Ecclesia de Sancta JULITTA ... ... iiij$^{li.}$

§ Ecclesia de PENLIN ... ... vj$^{li.}$ xiij$^{s.}$ iiij$^{d.}$

§ Ecclesia de EWENI ... ...

§ Ecclesia de Sancta BRIGIDA ... ... } xl$^{li.}$ Prior de EWENI.

§ Ecclesia de COLWENESTONE ... ...

§ Ecclesia de LANBLETHIAN ... ... } lx$^{li.}$ Abbas THEUKES[BIRI].

§ Ecclesia de LANILTWIT ... ...

§ Ecclesia de LANMYHANGEL ... ... c$^{s.}$

§ Ecclesia de Sancta THATHANA ... ... xiij$^{li.}$ vj$^{s.}$ viij$^{d.}$

§ Ecclesia de JULESTONE ... ... xl$^{s.}$

§ Ecclesia de LANMAYS ... . xiij$^{li.}$ vj$^{s.}$ viij$^{d.}$

§ Ecclesia de Sancto DONATO ... ... xiij$^{li.}$ vj$^{s.}$ viij$^{d.}$

§ Ecclesia de MARECROS ... ... x$^{li.}$

§ Ecclesia de LANGAN ... ... c$^{s.}$

§ Ecclesia de FLEMMYNGESTONE ... ... xl$^{s.}$

§ Ecclesia beate MARIE SUPRA MONTEM ... c$^{s.}$

§ Ecclesia de Landou	iiij$^{li.}$	
§ Ecclesia de Sancta Brigida Minore	liij$^{s.}$ iiij$^{d.}$	
§ Ecclesia beate Marie juxta Kilthecarn	xx$^{s.}$	Abbas Gloucestrie.
§ Ecclesia de Eglispriwis	c$^{s.}$	
§ Ecclesia de Landivoddog	xx$^{s.}$	Abbas Gloucestrie.
§ Ecclesia de Fraxino	xx$^{s.}$	Archid.
§ Vicaria de Laniltwit	vj$^{li.}$	
§ Vicaria de Lanblethian	c$^{s.}$	
§ Vicaria de Sancta Brigida	iiij$^{mar.}$	
§ Vicaria de Colwenstone	iiij$^{mar.}$	
§ Vicaria de Landivoddoc	xl$^{s.}$	
§ Vicaria de Kilthecarn	xl$^{s.}$	

Decanatus de Kenefeg.

§ Ecclesia de Abbona cum capellis	x$^{li.}$	
§ Ecclesia de Langunyth	vj$^{li.}$ xiij$^{s.}$ iiij$^{d.}$	
§ Ecclesia de Neeth	c$^{s.}$	
§ Ecclesia de Caddoceston	lx$^{s.}$	Abbas de Neeth.
§ Ecclesia de Kilthebebilth	xiij$^{s.}$ iiij$^{d.}$	Abbas de Neeth.
§ Ecclesia de Kenefeg	x$^{li.}$	Abbas Theukes[biri].
§ Ecclesia de Nova Villa	c$^{s.}$	
§ Ecclesia de Novo Castro cum capellis	xvj$^{li.}$	Abbas Theukes[biri].
§ Ecclesia de Marthelmaur	cxiij$^{s.}$ iiij$^{d.}$	Archid.
§ Ecclesia de Bridestone	Nichil.	
§ Vicaria de Kenefeg	c$^{s.}$	
§ Vicaria de Kaddocestone	c$^{s.}$	
§ Vicaria de Novo Castro	c$^{s.}$	
§ Vicaria de Bridetone	Nichil.	

DCCCXXXIII.

GRANT BY WILLIAM DE ST. YSMAHEL TO ROGER DE KYLPEYC OF LAND AT HORTON, IN PENRICE.

[MARGAM CHARTER.] 13TH CENT.

Sciant presentes et futuri quod ego WILLELMUS de Sancto YSMAHELE dedi et concessi et hac presenti carta confirmavi ROGERO de KYLPEYC totam terram meam que jacet in parte occidentali de la HORTONE in feodo de PENR[ES] scilicet XIJ. acras terre arabilis cum pertinenciis . Quas ego tenui quondam de domino ROBERTO de PENR[ES]. Tenendam et habendam predicto ROGERO et heredibus suis vel suis assignatis vel cui vel quali ipsam velit dare vel assignare in quo statu vite sue fuerit salva gente de religione de me et heredibus meis pro . XV. denariis de redditu ad festum Sancti MICHAELIS salvo servicio regali pertinente ad easdem duodecim acras . sicut ego WILLELMUS solitus fui facere domino ROBERTO de PENR[ES] per meam citacionem legalem. Et ego predictus WILLELMUS et heredes mei predicto ROGERO et heredibus suis vel suis assignatis sicut superius scribitur eas contra omnes homines et feminas warentizabimus in perpetuum. Et pro ista mea donacione et concessione . XIJ. acrarum terre predicte cum pertinenciis dedit michi predictus ROGERUS XXX. solidos sterlingorum pre manibus. Et cum ROGERUS ab hoc seculo discedat . predictorum . XV. denariorum redditum michi WILLELMO vel heredibus meis duplicabitur omni alia exactione neclecta. Et quia ego volo quod mea donacio et concessio stabilis permaneat . et non fracta . hoc scriptum roboravi sigilli mei impressione. Hiis testibus . DAVID de la MARE tunc ballivo de PORTEYNON . HENRICO SCURLAG . WILLELMO LANHETON' . ROBERTO le KNOYL . HUGONE PURBYC . WILLI-WALTERO SUPER MONTEM . et multis aliis.

Seal wanting.

DCCCXXXIV.

GRANT BY THE SONS OF ROBERT F. ENIAUN TO MARGAM ABBEY OF LAND IN R[OSS]AUL[IN].

[Harl. Charter, 75 C. 47]. 13th Cent.

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris . Tuder . et Kenewrec . et Wrunu filii Roberti filii Eniaun salutem.

Sciatis nos concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et m. q. i. D. s. in elemosinam totam terram de R[oss]au[lin] cum omnibus pertinentis suis in boscho et plano in pratis et pasturis et in omnibus aliis aisiamentis suis et rebus ad habendum et tenendum libere et quiete ab [omni] servitio et consuetudine et exactione seculari . [sicut u]lla elemosina liberius haberi et teneri potest et hec totum warentizabimus eis contra [omnes homin]es in perpetuum . et super sacrosancta juravimus et affid[avimus quod hec om]nia firmiter et fideliter observ[abimus in perpetuum]. Hiis testibus . Helia decano de Novo Castro . Ruatlan filio Roberti . Wrunu filio Yth[enard . Cnaithar] filio Caradoci . Waltero de Sancto Hylario . Eniaun Penbul.

Three round seals, brown wax.

1. $1\frac{3}{8}$in. diam., imperfect. An ornamental rosette of eight points.

'+ sigill' tuder . . . . . . i.'


2. $1\frac{3}{4}$in. diam. A lance-flag.

'+ sigil' kenewrec fil' rob'ti.'

3. $1\frac{5}{8}$in. dim. A rosette of eight points.

'+ sigil' grunu fil' rob'ti.'

Endorsed—'Carta filiorum Roberti filii Eniaun.' (A perfect copy of this is in the long Roll, tit. 'Carta de Pennud et . . . .')



DCCCXXXV.

GRANT IN FRANK ALMOIGN BY GILLEBERT GRAMMUS TO MARGAM ABBEY, OF TEN ACRES OF LAND STRETCHING FROM KENFEG WATER ALONG THE OLD CEMETERY TO THE SOUTH.

[MARGAM CHARTER.] EARLY 13TH CENT.

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris . GILLEBERTUS GRAMMUS salutem.

Noverit universitas vestra me consilio et consensu uxoris mee ALIZ et filiorum meorum dedisse Deo et beate MARIE et monachis de MARGAN in perpetuam elemosinam . x. acras terre mee . ut habeant et teneant eas libere et quiete ab omni seculari servicio et consuetudine et omni exactione sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Et sciendum quod iste . x. acre incipere debent ab aqua de KENEFEG et per antiquum cimiterium tendere versus austrum donec plenarie . x. fiant. Et ego et heredes mei warentizabimus eis has . x. acras contra omnes homines.

Hiis testibus . G[ILBERTO] tunc abbate de MARGAN . WILLELMO de LICHESFELD . WILLELMO de BEDINTUN' . JORDANO de HAVERFORD . PHILIPPO de KENEFEG . monachis de MARGAN . SIMONE coco . ERNALDO tunc constabulario de KENEFEG . OSMERO CUUIAN.

Seal, red wax : a fleurette, indistinct.

'+ SIGILL' GILEB'TI GRAMUS.'

Gilbert was Abbot of Margam in 1208. See Nos. DCXLIV. and CCLXXXII.

DCCCXXXVI.

AN INTERIM INJUNCTION IN THE SUIT BETWEEN THE KING AND WILLIAM DE BREWOSE, CONCERNING GOWERLAND.

[W. RYLEY, PLEADINGS IN PARLT., 1661, fol. p. 226.]

LENT. 28 EDW. I. 1300.

De Parliamento apud LONDON' in quadragesima anno vicesimo octavo.

Loquela inter Regem et WILLELMUM de BREWOSE, de terra de GOWER.

Loquela inter Dominum Regem per WALTERUM de PEDERTON, pro ipso Rege prosequentem, et WILLELMUM de BREOUSE super libertatibus quas idem WILLELMUS clamat habere infra procinctum terre sue de GOWERE de tenentibus infra eandem terram commorantibus, et quas idem WALTERUS asserit ipsum WILLELMUM occupasse minus juste super Dominum Regem et comitatum suum de KERMERDYN ponitur in respectum usque ad proximum Parliamentum futurum, per preceptum Domini Regis. Et similiter quoad omnes querentes terre predicte de GOWERE et petitiones porrectas per eosdem versus ipsum WILLELMUM de BREOUSE de diversis transgressionibus eisdem hominibus per prefatum WILLELMUM in terra predicta illatis, prout continetur in petitionibus predictis, eo quod idem WILLELMUS per consuetudinem partium illarum clamat habere primam cognitionem omnium querelarum et placitorum infra procinctum terre predicte de tenentibus suis emergentium quia omnes querentes concesserunt quod sunt tenentes predicti WILLELMI aut mediate aut immediate. Et nichil ostenderunt dicto WILLELMO de querelis aut injuriis predictis in partibus suis ante adventum suum hic ad Parliamentum ut dicit. Et quia super jurisdictione, quam predictus WILLELMUS clamat in predicta terra de GOWER, pendet loquela predicta inter dominum Regem et ipsum WILLELMUM ut predictum est usque ad proximum Parliamentum. Et antequam discuciatur inter dominum Regem et ipsum WILLELMUM ad quem jurisdictio predicta in terra de GOWER [spectet], non potest allocari eidem WILLELMO prima cognitio quam

clamat querelarum predictarum, cum cognitio illa dependeat de jurisdictione predicta, nec ad Dominum Regem pertinet ut idem Willelmus dicit. Et inhibitum est predicto Willelmo sub forisfactura libertatis quam clamat in terris predictis et etiam terrarum predictarum ne interim querentibus predictis injuriam faciat molestiam aut gravamen contra justitiam aut consuetudinem partium predictarum. Et similiter dictum est eisdem querentibus quod sint ad prefatum terminum cum querelis et petitionibus suis predictis, si sibi viderint expedire, versus dictum Willelmum prosecuturi, si cognicio ad dominum Regem pertinere debeat, etc.

DCCCXXXVII.

CONFIRMATION BY WILLIAM DE BREOUSA OF (1), A GRANT OF LANMADOC BY MARGERY, COUNTESS OF WARWICK, TO THE TEMPLARS, A.D. 1156; AND (2), A GRANT BY THE SAME TO THE SAME OF HER LAND AND THE CHURCH THERE, *s. d.*

[P.R.O., Q.R., Miscel. Bks., Vol. I., f. 486 b.] 6 May, 1300.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Willelmus de Breousa dominus honoris de Brembre et Gouher salutem in Domino.

Cartas domine Margerie quondam comitisse Warewykie inspeximus in hec verba.

(1.) Margeria comitissa Warewykie Willelmo comiti Warewykie et omnibus baronibus illius honoris et omnibus baronibus Goherie salutem.

Notum sit vobis me dedisse et concessisse Deo et Sancte Marie [et] militibus Templi Jerusalem quod dicitur Templum Salomonis de Jerusalem villam de Lanmadoc cum omnibus pertinenciis . in bosco . et in plano . et in aquis . et in viam . et extra vias per assensum Henrici filii me*ii* (*sic*) qui hujus terre heres est .

solam et quietam . et liberam de omni consuetudine et omni seculari servicio. Testibus . ROTRODO episcopo EBROICENSI . PHILIPPO BAIOCENSI episcopo . GUALERAMO comite MELLENTI . ROBERTO de NOVOBURGO filio meo . GAUFRIDO filio meo . ROGERO capellano.

Data M° C° LVI^to^ anno ab incarnacione Domini . apud capitulum Sancti STEPHANI in NORMANNIA juxta NOVUMBURGUM.[1]

(2.) Item : Notum sit omnibus hominibus ad quos presens scriptum pervenerit quod ego MARGERIA comitissa de WAREWYKIA assensu HENRICI filii me*ii* (*sic*) de Novo BURGO dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et Sancte MARIE et fratribus milicie Templi SALOMONIS pro salute anime mee et patris mei et matris mee et pro animabus antecessorum et successorum meorum terram meam de LANMADOC. Habendam et tenendam . libere . et quiete . plenarie . et integre . in bosco . in plano . in pascuis . in pratis . in viis . in semitis . in terris et in mari cum wregeo et omnibus aliis *fortinudinis* (*sic*) que evenire possint . cum omnibus pertinenciis suis ad eandem terram pertinentibus . et omnibus libertatibus in puram et perpetuam elemosinam . sicut aliqua elemosina melius vel liberius dari potest alicui domui religionis. Et ecclesiam de LANMADOC cum omnibus pertinenciis suis. Et quia volo quod hec mea donacio et concessio et carte mee confirmacio firma permaneat imperpetuum . presens scriptum apposicione sigilli munimine confirmavi. Hiis testibus . ROBERTO de NOVO BURGO filio meo . GALFRIDO de NOVO BURGO filio meo . RANDULFO filio RICARDI . CADIVOR[2] sacerdote . et multis aliis.

Nos vero predictus WILLELMUS de BREOUSA predictas donaciones et concessiones pro nobis et heredibus meis magistro et fratribus milicie Templi SALOMONIS, pro salute anime nostre et antecessorum et successorum nostrorum in puram, liberam, et perpetuam elemosinam confirmavimus inperpetuum. Volentes quod si predicti magistri et fratres seu tenentes sui residentes et commorantes in manerio de LANMADOC temporibus retroactis de aliquibus libertatum predictarum vel consuetudinum deforciati fuerint vel usi non fuerint decetero utantur habeant et

gaudeant inperpetuum. In cujus rei testimonium . presentibus sigillum nostrum apponi fecimus.

Data apud SWEYNESE . sexto die MAII . anno ab incarnacione domini millesimo tricentesimo.

Hiis testibus . Domino SIMONE de RALYEHE . vicecomite de GLAMORGAN . RICARDO filio JOHANNIS de HODELESTON' milite . HENRICO SCURLAG' . ROBERTO de la MAR' . PHILIPPO PURBYC . ROGERO de STRATTON' . JOHANNE de LANDYMOR et multis aliis.

(1) See Dugdale, *Bar.*, p. 69, Vol. I. (2) See DCCCCLVIII.

DCCCXXXVIII.

GRANT BY THE SAME TO PHILIP DE LANDIMOR, OF LAND FORMERLY HELD BY MADOC AP RIRID IN THE FEE OF LANDIMOR.

[MARGAM CHARTER.] 31 MAY. 28 EDW. I. 1300.

Sciatis p. et f. quod nos WILLELMUS de BREWOSE dominus honoris de BREMBRE et de GOHERIA dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus PHILIPPO de LANDIMOR pro servicio suo septem acras terre cum pertinenciis suis quas MADOCUS ap RIRID quondam de nobis tenuit in feodo de LANDIMOR per easdem metas et bondas per quas predictus MADOCUS eas melius et plenius de nobis tenuit. Habendum et tenendum predictas septem acras terre cum omnibus pertinenciis et aysiamentis suis de nobis et heredibus nostris predicto PHILIPPO et heredibus suis in lege ANGLICANA . libere quiete bene in pace jure hereditario imperpetuum. Reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris predictus PHILIPPUS et heredes sui unum denarium argenti ad festum Sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis exactionibus et demandis. Et nos predictus WILLELMUS de BREWOSE et heredes nostri predictas septem acras terre cum omnibus pertinenciis et aysiamentis suis predicto

PHILIPPO et heredibus suis contra omnes gentes warantizabimus acquietabimus et defendemus imperpetuum. Et ut hec nostra donacio concessio et presentis carte nostre confirmacio robur perpetue stabilitatis optineat hanc cartam sigilli nostri impressione roboravimus. Hiis testibus . dominis HUGONE de PAUNTOF . RICARDO de HODELESTONE militibus . domino THOMA priore de LANGENYTH . JOHANNE de LANDIMOR . WILLELMO ap YTHEL . ENEA TROUS . RICARDO de WESTONE et aliis. Acta est hec carta apud SWEYNESEYE ultimo die Maii anno regni Regis EDWARDI filii Regis HENRICI vicesimo octavo. Faciendo etiam nobis sectam ad comitatum nostrum de SWEYNESEYE prout alii sectatores faciunt.

Seal wanting.

DCCCXXXIX.

MORTGAGE BY EGELINA, WIDOW OF SEMAN DE MARISCO, TO HER SON ADAM OF HER LANDS [IN LLANCARVAN?] WITH PROVISION FOR IMPROVEMENTS MADE.

[HARL. CHARTER, 75 C. 32.] CIRCA 1300.

Universis CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit . EGELINA relicta SEMAN de MARISCO salutem.

Noverit universitas vestra me tradidisse ADE filio meo octo acras terre arabilis . quarum quinque jacent super ortum . et una vocatur SCULFAKER . et dimidia acra jacet ex parte australi domus mee . et una acra et dimidia que jacent in marisco . et dimidiam pasturam que jacet a MAGNA PULLA usque ad Ho . et dimidiam pasturam que vocatur CLIF . et pratum quod jacet ad vetus molendinum. Hec omnia tradidi dicto ADE in vadimonium pro octo marcis quas mihi accommodavit ad urgentissimum negotium meum. Ita quod dictus ADAM teneat et habeat totam dictam terram cum pertinentiis suis . bene . et in pace . libere . et quiete . sine omni reclamatione mei et heredum meorum donec

ego vel aliquis heredum meorum totam dictam summam pecunie dicto Ade plene persolverimus. Quod si dictus Adam ad dictam terram emendandam aliquo modo aliquod custum apposuerit . totum custum suum plenarie percipiet per considerationem bonorum virorum antequam dictam terram mihi vel heredibus meis resignet. Et ut premissa firmitatis robur optineant . presens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Hiis testibus . Domino Thoma cappellano de Landcaruan . Luca de Barri . Joele filio Dionisie . Griffino filio archidiaconi . Hoel fratre suo . et multis aliis.

Round seal, green wax, ¾in. diam. A rosette of eight leaves.

'+ SIGILL' . EGELINE.'

DCCCXL.

RECORD IN PARLIAMENT OF THE PROCESS BETWEEN THE CROWN AND WILLIAM DE BREWOSA, CONCERNING THE LIBERTIES OF GOWERSLAND.

[Ryley, Pleadings in Parlt., 1661, fol. p. 234.]

30 Edw. I. 1302.

Processus habitus inter Regem et Willelmum de Brewosa super libertatibus terre de Gower.

Willelmus de Breouse alias videlicet ad Parliamentum Domini Regis apud Westmonasterium in quadragesima anno regni sui vicesimo octavo porrexit ipsi Domino Regi quandam peticionem in hec verba :—

A nostre Seigneur et a son conseil monstre William de Breouse que la ou il tient et doit tenir et ses anncestres devant lui ount tenu toute la terre de Gower entierment od toutes les frannchises frannches custumes et frannches usages a la dite terre appurtenanntz par le servise dun Chevaler pur touz services, la vient Wauter de Pederton, Conestable de Kermerdyn, et fet somondre la dit William a son Chastel de Sweyneseye de venir a responndre as pleintes de ses

gentz demeigne al Chastel de KERMERDYN, la ou il unqes ne respondi ne respondre doit. Et pur ceo que a cele somounce ne vynt, grevousment le fit destreindre; ensement les ministres le dit WILLIAM fit somondre al Counte de KERMERDYN a respondre as avantdites pleyntes de la terre de GOWER. Et pur ceo quil ne vyndrent les fit mettre en exigende de Counte en Counte jusqes ad utlagarie. Ceste chose fut monstre a nostre Seigneur le Roi en pleynant par le dit WILLIAM, maunde fut par le Roi au dit Conestable que de toutes maneres de tieles grevances touchantes le dit WILLIAM surseit jusqes a cest Parlement: unqes pur null mandement ne sursist tantque les gentz se rendirent a la prisone de KERMERDYN et illoqes de eux fist sa volunte. Per unt le dit WILLIAM prie a nostre Seigneur le Roy et a son Conseil par la ou nul home ne doit avoir conisance de luy ne de sa gent de GOWER forsque devant le corps le Roy mesmes, si luy plest que selonc le purporte de sa chartre que alowe luy est, luy voille meintenyr, et de tieles grevances dreit et remedie fair.

Ad quam peticionem predictus WALTERUS de PEDERTON, qui per preceptum Regis ibidem venit, tunc respondit et dixit tam pro Domino Rege quam pro se ipso quod predicta terra de GOWER est infra procinctum Comitatus Regis de KERMERDYN, et quod idem WILLELMUS et antecessores sui et eciam tenentes ejusdem terre de GOWER semper sectam facere consueverunt ad Comitatum predictum, et tunc fecerunt, et quod Dominus Rex tunc fuit seisitus de secta eorundem ad eundem comitatum.

Et idem WILLELMUS dixit quod Dominus JOHANNES Rex avus Domini Regis nunc dedit concessit et carta sua confirmavit dilecto et fideli suo cuidam WILLELMO de BREOUSE antecessori ipsius WILLELMI cujus heres ipse est, totam terram de GOWER cum pertinenciis suis in WALLIA. Habendam et tenendam sibi et heredibus suis de ipso Rege et heredibus suis per servicium unius militis pro omni servicio. Et voluit et firmiter precepit quod predictus WILLELMUS et heredes sui post ipsum haberent et tenerent totam predictam terram de GOWER cum omnibus pertinenciis suis in WALLIA de ipso Rege et

heredibus suis per predictum servicium ut predictum est, bene et in pace libere et quiete, integre et plenarie et honorifice cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis in omnibus locis et omnibus rebus ad predictam terram pertinentibus. Et protulit cartam predicti Domini JOHANNIS Regis que hoc idem testabatur. Et dixit quod omnes antecessores sui a tempore confectionis carte predicte, et similiter ipsemet toto tempore suo habuerunt in predicta terra de GOWER omnimodam jurisdictionem regalem de tenentibus ejusdem terre et cognitionem omnium placitorum in dicta terra qualitercumque emergencium, et absque hoc quod antecessores ipsius WILLELMI seu tenentes sui terre predicte aliquam sectam ad dictum comitatum fecerunt seu alicui in eodem comitatu responderunt de re aliqua, et eadem libertate usi fuerunt plene et integre bene et pacifice absque interruptione aliqua per cartam predictam quousque predictus WALTERUS tempore suo quo fuit Vicecomes comitatus predicti de KERMERDYN ipsum WILLELMUM homines et tenentes prefate terre sue de GOWER graviter distrinxit et multipliciter inquietavit ad sectam faciendam ad comitatum predictum et ad respondendum in eodem comitatu quibuscumque de ipsis conquerentibus. Preterea dixit quod WILLELMUS de BREOUSE pater suus et cujus heres ipse est obiit seisitus de eadem jurisdictione regali in predicta terra et absque hoc quod ipse WILLELMUS pater suus aut tenentes sui tempore suo aliquam sectam fecerunt ad comitatum predictum aut in eodem alicui responderunt et quod ipse successit eidem in eadem terra et similiter in eadem libertate ut filius ejus et heres, et petiit quod sine breve non deberet inde respondere ex quo antecessor suus obiit seisitus de eadem libertate, etc. Et quia predictus WILLELMUS in peticione sua quam gratis porrexit dixit se talem libertatem habere per cartam Regis predictam et super hoc eandem cartam porrexit pro titulo et jure suo libertatis ejusdem et sic pl[ac]itavit gratis. Et absque cohercione aliqua super jure et titulo libertatis predicte, videbatur consilio domini Regis quod de predictis responsionibus suis resortiri non potuit nec ad breve de possessione poni deberet ex quo prius in jure respondit et titulum sui juris porrexit, propter quod dictum fuit predicto

WALTERO quod diceret ulterius tam pro domino Rege quam pro seipso si plus dicere vellet aut sciret.

Et idem WALTERUS dixit quod predictus WILLELMUS per predictam cartam Domini JOHANNIS Regis quam porrexit, predictam libertatem Regalis jurisdictionis faciende et exercende in dicta terra de GOWER, nec eciam exempcionis secte comitatus predicti de KERMERDYN habende clamare non potuit. Dixit enim quod in carta predicta continetur quod Dominus JOHANNES Rex, etc., dedit et concessit et carta sua confirmavit cuidam WILLELMO de BREOUSE antecessori ipsius WILLELMI totam terram de GOWER cum pertinentiis suis in WALLIA. Habendam et tenendam sibi et heredibus suis, etc., prout in dicta carta continetur, nec per cartam predictam plus sibi accrescere potuit vel aliud quam in eadem carta continetur. Unde cum jurisdictio regalis quam dominus WILLELMUS qui nunc est habere clamat in terra predicta de GOWER per cartam predictam in eadem specialiter non sit nominata, nec antecessori ipsius WILLELMI expresse concessa, Nec talis libertas de jure communi dici poterit esse pertinens alicui terre, quamquam terra predicta cum suis pertinenciis antecessori suo fuerit data et concessa, cum talis libertas mere ad coronam Regiam pertineat et non ad terram aliquam, nec a corona per verba communia, nisi specialiter sit expressa et nominata, poterit separari, nec idem WILLELMUS aliquid speciale inde ostendit, petiit Judicium pro Domino Rege, etc.

Et super hoc per ipsum Dominum Regem datus fuit dies dicto WILLELMO ad proximum Parliamentum sequens de audiendo inde judicio suo. Et dictum fuit dicto WALTERO quod similiter esset ibidem pro domino Rege prosecuturus, etc., loquelam predictam. Et similiter quia diversi homines de terra predicta de GOWER querimonias diversas in petitionibus suis contentas versus prefatum WILLELMUM et ministros suos terre predicte ad Parliamentum predictum porrexerint, dictum fuit eisdem hominibus tunc quod essent ad illud idem Parliamentum futurum, eo quod dominus Rex querelas illas audire et terminare non potuit per viam juris priusquam discussio facta fuisset inter ipsum Dominum

Regem et predictum Willelmum de jurisdictione predicta et ad quem illorum jurisdictio illa pertineat et pertinere debeat, cum cognitio querelarum predictarum dependebat de jurisdictione predicta quam predictus Willelmus clamavit. Et tunc inhibitum fuit eidem Willelmo sub forisfactura terre predicte ne interim eisdem querentibus injuriam faceret molestiam aut gravamen contra justiciam aut consuetudinem partium illarum, etc.

Postea ad proximum Parliamentum Domini Regis sequens videlicet apud Lincolniam in octabis Sancti Hillarii anno regni ipsius Domini Regis [20 Jan. 1301] nunc vicesimo nono venerunt predictus Willelmus et Nicholaus de Warewyk qui sequebatur pro domino Rege et similiter homines predicti querentes de predicta terra de Gower in forma predicta adjornati ad sequendum in forma eis injuncta et superius expressa. Et quibus coram Rege et consilio suo comparentibus, habitisque inter ipsum Dominum Regem et dictum Willelmum aliquamdiu altercationibus super jurisdictione predicta et aliis in dicto processu contentis, recitatisque rationibus prius ex utraque parte propositis, datus fuit dies eidem Willelmo ad proximum Parliamentum sequens . audituro judicium suum in loquela predicta. Et similiter tunc dictum fuit predictis conquerentibus quod essent ad illud idem Parliamentum querelas suas prosecuturi si vellent. Et inhibitum fuit eidem Willelmo tunc per breve Domini Regis ne interim faceret pendentibus querelis suis coram ipso Rege et consilio suo injurias vel gravamina aliqua eisdem conquerentibus.

Postea ad istud Parliamentum ipsius Domini Regis apud Westmonasterium in octabis Sancti Johannis Baptiste anno regni sui tricesimo [1 July, 1302], venerunt predictus Willelmus de Breouse et similiter N. de Warrewik qui sequitur pro Rege, etc. Et eciam homines predicti de terra de Gower prius conquerentes, etc. Et idem Willelmus instanter peciit quod Dominus Rex et consilium suum sibi remedium et justiciam facerent de injuriis et gravaminibus sibi illatis prout in petitione sua predicta continetur, et que sibi fiebant per predictum Walterum contra libertates predictas quas habet infra predictam

terram de GOWER et habere debet et antecessores sui habuerunt a tempore confectionis predicte carte *habuisse* (for *hucusque*) infra terram suam de GOWER. Que quidem libertas et jurisdictio tales sunt quod ipse debet cancellarium suum et sigillum suum in eadem cancellaria [*habere* [1]] hominibus et tenentibus suis terre predicte de GOWER deserviencia cum necesse fuerit, judicium vite et membrorum et eciam cognitionem omnium placitorum tam corone quam aliorum quorumcumque infra dictam terram inter quascumque personas emergentium ut de terra in Marchia et extra comitatum predictum de KERMERDYN et extra potestatem vicecomitis ejusdem comitatus existente. Et dicit quod antecessores comitis WAREWIK qui nunc est in quorum manibus terra predicta de GOWER fuit antequam terra illa devenit in manum domini Regis JOHANNIS predicti ratione dominii *illo* (for *illius*) usi fuerunt plene et integre illa libertate, videlicet quod cancellariam suam et sigillum suum ibidem habuerunt jurisdictionem judicii faciendi vite et membrorum et cognitionem omnium placitorum infra dictam terram de GOWER inter quascumque personas emergentium. Et eciam quod prefatus JOHANNES Rex a tempore quo predicta terra ad manum suam devenit et toto tempore quo seisitus fuit de eadem habuit ibidem quendam ballivum suum ad custodiam ejusdem terre faciendam specialiter deputatum qui eandem terram ut per se separalem et in nullo ad comitatum de KERMERDYN spectantem custodivit ut omnino separatam a comitatu predicto et sigillo Domini Regis predicti in predicta forma toto tempore dicti Regis usus fuit, et eciam tota jurisdictione predicta in eadem terra, et absque hoc quod tenentes terre illius tempore illo aliquam sectam ad comitatum de KERMERDYN fecerunt seu quod vicecomes comitatus illius aliquam jurisdictionem aut potestatem in tenentes predicte terre de GOWER habuit aut exercuit ratione officii sui vicecomitatus predicti. Et dicit similiter quod dictus WILLELMUS antecessor suus cujus heres ipse est et cui predicta carta facta fuit, per eandem cartam in dicta terra intravit et eadem libertate toto tempore suo in terra predicta usus fuit bene et in pace ratione predicte carte videlicet jurisdictione regali totaliter ut predictum est, et

absque hoc quod ipse aut tenentes sui terre predicte ad dictum comitatum sectam fecerunt aut alicui in eodem comitatu responderunt. Et similiter omnes heredes WILLELMI antecessoris sui primi Inquisitoris per dictam cartam usi fuerunt eadem libertate plene et integre absque inter[r]uptione et ipse similiter toto tempore suo quousque dictus WALTERUS de PEDERTON jam de novo et a tempore quo fuit vicecomes comitatus de KERMERDYN ipsum WILLELMUM volens exheredare et ipsum et tenentes terre sue predicte in servitutem ponere, ipsum WILLELMUM et homines terre predicte multipliciter distrinxit ad sectam predictam ad comitatum de KERMERDYN faciendam in exheredationem ipsius WILLELMI manifestam et contra tenorem carte regie predicte. Et petit quod super hoc per ipsum dominum Regem et consilium suum remedium apponatur prout in petitione predicta plenius continetur, etc.

Et NICHOLAUS de WARWYK, qui sequitur pro Rege, dicit quod predicta terra de GOWER est infra procinctum comitatus predicti de KERMERDYN et semper extitit tam temporibus antecessorum comitis WARREWICK, qui nunc est, dum terra illa in manibus eorum fuit, quam eciam toto tempore quo terra predicta fuit in seisina dicti domini JOHANNIS Regis, et quod predictus WILLELMUS et omnes antecessores sui a tempore confectionis carte predicte sectam facere consueverunt ad eundem comitatum et ibidem respondere quibuscumque de se conqueri volentibus, et ibidem justiciam recipere quousque WILLELMUS de BREOUSE, pater WILLELMI qui nunc est, in exheredationem domini Regis post bellum de EVESHAM sectam illam sibi attraxit et Domino Regi patri Domini Regis nunc subtraxit, et ipsum dominum Regem de illa secta ad comitatum de KERMERDYN facienda omnino exheredavit, et jurisdictionem regalem predictam quam idem WILLELMUS, qui nunc est, clamat in predicta terra super dominum Regem patrem domini Regis nunc usurpavit et occupavit absque waranto aliquo prout bene patet per cognitionem predicti WILLELMI expresse in placito predicto, maxime cum idem WILLELMUS jurisdictionem predictam tantummodo clamet per cartam domini JOHANNIS Regis predictam, et in qua carta nulla fit mencio

specialis de aliqua jurisdictione regali seu exempcione secte comitatus predicti prefato WILLELMO antecessori dicti WILLELMI nunc concessis, cum talis jurisdicto regalis ita sit corone annexa quod absque speciali facto non potest a corona separari prout superius dictum est. Preterea dicit pro domino Rege quod cum alique libertates regales cum terra aliqua alicui per cartam et factum Regis concedantur, et terra illa cum libertatibus illis postea ad manum Regis quacumque de causa devenerit, quod licet Rex terram illam alicui postea concesserit et dederit cum suis pertinenciis sine mencione facienda expresse de jurisdictione et libertate regali, quod libertates regales, que corone Regie prius fuerunt pertinentes et illi corone retornate et reannexe non poterunt a corona illa per talia verba generalia 'cum pertinentiis,' etc. aliquo modo separari. Immo ipsi corone integre remanent nisi libertates ille specialiter fuerint concesse nominate et per factum speciale expresse, unde cum dictus WILLELMUS bene cognovit quod terra predicta cum pertinentiis suis post seisinam antecessorum Comitis WARREWICK qui nunc est devenit in manu domini JOHANNIS Regis avi domini Regis nunc et per cujus donum et concessionem postea terra illa devenit in manus antecessorum predicti WILLELMI, et per cartam predictam, et in qua quidem carta nulla fit mentio specialis de aliqua jurisdictione Regali predicta seu alia, peciit judicium pro Domino Rege precise, etc.

Postea, coram ipso Domino Rege, predictis recordo et processu recitatis et examinatis, licet dominus Rex per rigorem justicie quampluribus et majoribus de concilio suo videbatur ad judicium contra predictum WALTERUM [? WILLELMUM] procedere posset juxta formam et modum placiti predicti et consuetudinem curie sue et absque aliqua inquisitione per patriam inde capienda. Idem Dominus Rex tamen de gratia sua speciali mitius cum dicto WILLELMO agere volens, et super premissis plenius certiorari et ad instanciam predicti WILLELMI qui se super premissis in inquisitionem patrie posuit gratis et inquisitionem inde fieri petiit, concessit, et precipit quod rei veritas jurisdictionis predicte in terra predicta usitate tam de tempore antecessorum Comitum

WARWIK quondam dominorum illius terre, quam de tempore quo terra illa fuit in manu JOHANNIS Regis, et similiter a tempore quo terra illa per concessionem et donum ipsius domini JOHANNIS Regis in manibus antecessorum ipsius WILLELMI devenit, per patrium (*sic*) inquiratur. Et quod inquisitio illa capta ipsi domino Regi retornetur ad proximum Parliamentum suum post festum Sancti MICHAELIS apud WESTMONASTERIUM. Et datus est dies dicto WILLELMO ad illud idem Parliamentum audituro inde judicium suum. Et ad illam inquisitionem in forma predicta capiendam et eciam ad alias inquisitiones similiter capiendas in quibus idem WILLELMUS se posuit coram JOHANNE de HAVERYNGS, WILLELMO INGE, ROGERO de SOUTHCOTE, et WALTERO de PEDERTON, auditoribus de diversis transgressionibus et querelis per ipsum WILLELMUM de BREOUSA diversis hominibus de terra predicta de GOWER factis post inhibicionem predictam ipsi WILLELMO factam prout iidem querentes asserunt et in quibus inquisitionibus querentes predicti et eciam dictus WILLELMUS se posuerunt prout patet per processum et recordum coram predictis auditoribus inde habita assignatur J. WOGAN, WILLELMUS de MORTUO MARI, et WALTERUS HACKLUT, etc. Ita quod inquisitione[s] illas in partibus predictis capiant et easdem inquisitiones Domino Regi ad proximum Parliamentum predictum retornent et partibus eundem terminum assignent ad audiendum inde judicium.

Et sciendum quod recordum istud et eciam alia recorda de placitis coram predictis auditoribus habita mittuntur prefatis J. WOGAN et sociis suis sub pede sigilli Domini Regis, etc. Et mandatum est EDWARDO filio Regis Principe (*sic*) WALLIE quod de comitatibus suis de KERMERDYN et de CARDIGAN et eciam de villa et terra sua de HAVERFORD, et similiter mandatum est JOHANNE de VALENCIA comitisse de PENBROK quod de terra sua de PENBROK venire faciant coram prefatis J. WOGAN et sociis suis tot et tales tam milites quam alios liberos et legales homines ad certos diem et locum quos iidem J. WOGAN et socii sui eis scire facient per quos rei veritas in premissis melius sciri poterit et inquiri ad faciendum inquisiciones predictas, etc. Et idem WILLELMUS de BREOUSA tam

in ista querela versus dominum Regem quam in aliis querelis omnibus et singulis versus ipsum WILLELMUM factis per diversos homines de GOWER prout patet per placita in rotulo alio isti rotulo appenso contenta ponit loco suo GRIFFINUM ap MENRYK (*sic*) ad GOWER et THOMAM QUINTYN ad lucrandum vel perdendum in eisdem querelis, etc.

(1) Added by Ryley.

DCCCXLI.

JOHN DE BONEVYLE, SON AND HEIR OF HENRY DE BONEVYLE OF BONEVYLESTONE, RELEASES TO MARGAM ABBEY AN ABATEMENT OF FOURTEEN SHILLINGS OUT OF FORTY SHILLINGS DUE TO HIM, IN EXCHANGE FOR A SIMILAR SUM DUE FOR A TENEMENT IN BRISTOL, TO REYMUND DE SULYE, WHO IN TURN ENFEOFFS THE SAID JOHN OF A CORRESPONDING RENT IN HOLETON, IN DENIS POWIS.

[HARL. CHARTER, 75 B. 22.]

MIDSUMMER DAY. 1302.

Universis CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit JOHANNES de BONEVYLE filius et heres HENRICI de BONEVYLE de BONEVYLESTON in GLAMORGAN salutem in domino sempiternam. Noveritis me dimisisse et quietum clamasse pro me et heredibus meis sive assignatis in perpetuum abbati monasterii beate MARIE de MARGAN et ejusdem loci conventui quatuordecim solidos sterlingorum de illis quadraginta solidis annui redditus in quibus mihi dicti abbas et conventus tenebantur ad festum beati JOHANNIS BAPTISTE annuatim. Ita quod nec ego nec aliquis heredum meorum sive assignatorum aliquid juris vel clamii aut calumpnie in illis quatuordecim solidis annui redditus prenominatis decetero aliquo modo poterimus vendicare in

eternum. Pro hac autem dimissione mea et quieta clamacione assignaverunt dicti abbas et conventus domino REYMUNDO de SULLYE domino meo quatuordecim solidos annui redditus in excambium in villa de BRISTOLL' de tenemento illo quod PHILIPPUS le ESPECER quondam de eis tenuit pro quibus prefatus dominus REYMUNDUS de SULLYE me et heredes meos seu assignatos feofavit de quatuordecim solidis annui redditus in excambium de viginti solidis quos MATHEUS EVERARD et JOHANNA uxor ejus et HUGO filius eorum dicto domino REYMUNDO annuatim solvere consueverunt pro terris et tenementis quas prefati MATHEUS et JOHANNA uxor ejus et HUGO filius eorum de predicto domino REYMUNDO tenuerunt apud HOLETON' in dominio de DENYSPOWYS. Ego vero dictus JOHANNES et heredes mei sive assignati dictam dimissionem meam ac quietam clamacionem dictis abbati et conventui contra omnes homines et feminas warantizabimus acquietabimus et defendemus in perpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui et eciam sigillum prefati domini REYMUNDI de SULLYE una cum sigillo domini SYMONIS de RALEE[1] tunc vicecomitis de GLAMORGAN apponi procuravi. Hiis testibus . domino JOHANNE de UMFRAMVYLE . domino JOHANNE le WALEYS militibus . DAVID BASSET . WILLELMO de BERKEROLES . JOHANNE de WYNCESTRIA . DAVID de la BERE . PHILIPPO le SOR . RICARDO GOVEL . MAURICIO de BONEVYLE . et multis aliis. Datum apud KERDIF die nativitatis beati JOHANNIS BAPTISTE anno Domini millesimo trecentesimo secundo.

Round seal of green wax, about 1in. diam. In centre a sixfoil with double bordure ; within, a shield charged with three bars.

Legend—'SIGILL' REMVN' DE SVLIE.'

Another seal of about the same size. In centre a rose of six leaves.

Legend—'S' JOH'IS BONEVIL'.'

(1) For Ralee or Raleigh, see DCLXXVII.

DCCCXLII.

QUIT-CLAIM BY JOHN, SON AND HEIR OF HENRY DE BONEVYLE OF BONEVYLESTON, TO MARGAM ABBEY, OF FOURTEEN SHILLINGS ANNUALLY OUT OF A RENT OF FORTY SHILLINGS DUE TO HIM BY THE ABBEY.

[Margam Charter.]

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Johannes de Bonevyle filius et heres Henrici de Bonevyle de Bonevyleston in Glammorgan salutem in Domino sempiternam.

Noveritis me dimisisse et quietum clamasse pro me et heredibus meis sive assignatis in perpetuum abbati monasterii beate Marie de Margan et ejusdem loci conventui quatuordecim solidos sterlingorum de illis quadraginta solidis annui redditus in quibus mihi dictus abbas et conventus tenebantur ad festum beati Johannis Baptiste annuatim. Ita quod nec ego nec aliquis heredum meorum sive assignatorum aliquod juris vel clamei aut calumpnie in illis quatuordecim solidis annui redditus prenominatis decetero aliquo modo poterimus vendicare in eternum. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui et eciam sigillum domini Reymundi de Sulya domini mei una cum sigillo domini Simonis de Ralee tunc vicecomitis de Glammorgan apponi procuravi. Hiis testibus . domino Johanne de Umframvyle . domino Johanne le Waleys militibus . David Basset . Willelmo de Berkeroles . Johanne de Wyncestre . David de la Bere . Philippo le Sor . Ricardo Govel . Mauricio de Bonevyle . et multis aliis.

Two seals in dark green wax.

1. $\frac{7}{8}$in. diam. Within a sixfoil, a heater-shaped shield, thereon three bars.

Legend—' + SIGILL' . REMUNDI . DE . SULIE.'

2. $\frac{7}{8}$in. diam. A star of six rays.

Legend—' + S' . JOH'IS . BONEVIL'.'

This is, perhaps, an abridged form of the preceding document.

DCCCXLIII

PERMISSION BY LEYSAN, LORD OF AVAN, SON OF MORGAN VACHAN, TO MARGAM ABBEY, TO IMPARK WITHIN HIS DEMESNE CATTLE FOUND ON THE WALDA WHICH SURROUNDS THE LANDS CALLED CORMERCHS AND NEUMERCHS.

[MARGAM CHARTER.]

MONDAY BEFORE SS. PHILIP AND JAMES. 1 MAY. 1304.

Universis CHRISTI fidelibus hanc literam visuris vel audituris LEYSANUS dominus de AVENA filius et heres MORGANI VACHAN salutem in Domino.

Noveritis me concessisse et dedisse tam pro me et heredibus meis quam pro hominibus nostris abbati et conventui de MARGAN et eorum successoribus liberam potestatem et quietam inparcandi infra limites dominii nostri quo loco voluerint quodlibet genus animalium quoquo modo inventorum super waldam circumjacentem terras que vocantur CORMERCHS et NEUMERCHS in parte australi aque de AVENA quousque de singulis capitibus de obolo cursalis monete eisdem fuerit satisfactum. Ita quod aliquis fidelis circa istud negocium a parte eorundem et nostra constituatur qui omnia et singula de inparcamentis proveniencia circa emendacionem ac sustentacionem walde prenominate cum necesse fuerit possit apponere ac coram cellerario dicte domus de MARGAN ac ballivo nostro principali de AVENA qui pro tempore fuerint fidele ratiocinium reddere teneatur. In cujus rei testimonium sigillum meum huic presenti litere apposui. Hiis testibus . Domino SYMONE de RALEYE tunc vicecomite de GLAMORGANCIA . RICARDO SYWARD . RESO ap MORGAN . HOWELO ap MORGAN . TRAHARNE ap RES . et multis aliis.

Datum apud AVENAM die Lune proxima post festum apostolorum PHILIPPI et JACOBI anno domini millesimo trecentesimo quarto.

The seal is lost.

Endorsed—‘Lyson filius Morgan Vaghan . Newmarshe.’

DCCCXLIV.

GRANT BY JOHN TURBERVILLE TO DAVID DE LA BEARE AND JOAN, HIS WIFE, OF THE TOWN OF LEYSANTESTON.

[FRANCIS MS.]

SUNDAY BEFORE MICHAELMAS. 32 EDW. I, 1304.

Sciant presentes et futuri quod Ego JOHANNES TURBERVILE dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi DAVID de la BEARE et JOHANNE uxori sue ac PETRO filio eorundem et heredibus ipsius DAVID totam villam de LEYSANTESTON' cum omnibus redditibus serviciis homagiis feodelitatibus wardis maritagiis releviis herietis eschaetis ac proficuis omnium tenencium ejusdem ville et omnibus ac singulis suis pertinenciis sine aliquo retenemento mei vel heredum meorum. Habendum et tenendum predictis DAVID et JOHANNE ac PETRO et heredibus predicti DAVID et assignatis suis totam predictam villam cum omnibus et singulis appendiciis suis ut predictum est de capitalibus dominis ville antedicte libere quiete integre bene et in pace jure hereditario in perpetuum. Reddendo inde annuatim eisdem dominis unum par calcarium deauratorum vel sex denarios ad Pascha pro omnibus serviciis secularibus exactionibus et demandis. Pro hac autem mea donacione concessione et presentis carte confirmacione dederunt mihi predicti DAVID JOHANNA et PETRUS quadraginta marcas sterlingorum pre manibus. Et ut hec mea donacio concessio et presentis carte mee confirmacio rata stabilis et inconcussa in perpetuum permaneat hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Et in testimonium veritatis sigilla ROBERTI de CANTELOW et JOHANNIS de WYNCESTRIA apponi procuravi Hiis testibus . dominis ROBERTO de PENRES . WILLELMO de LANGETON' militibus . PHILIPPO PURBIGGES . PHILIPPO SCURLAGGES . ROBERTO MANSEL . WILLELMO HENRY . JOHANNE MAUNSEL . HELYA ACE . JOHANNE SELEWOLD et aliis. Data apud LEYSANTESTON' die dominica proxima ante festum Sancti MICHAELIS anno regni Regis EDWARDI tricesimo secundo.

TURBYRWILLA CANTELOO WYNCESTR'

The family of de la Bere held lands in Devon and Gloucestershire when their residence was at Southam, but some of them acquired land in Gower and Glamorgan, where 'Robertus filius Ber' witnessed the foundation charter of Neath Abbey in about 1129. As he signs first he was, probably, a man of some importance. In Gower they held land in Knolston and Weobly of de Braose, and at the latter place had a considerable Castle. In Glamorgan they held by marriage a moiety of Marcross, and their land there was inherited by Bassett of Beaupré. Sir John de la Bere (died 1380) married Agnes, one of the sisters and co-heiresses of the last Turberville of Coity. Richard de la Bere was sheriff 5 Henry V. And in Gower, Sir Roger, temp. Edward III., was of Cheriton and Llangenydd. His grand-daughter and heiress married Cradock, who thus obtained Cheriton.

John, eldest son of Sir John by Agnes Turberville, gave a quit-claim of a Burgage in the Castle Bailey of Swansea, in 1384, and died 1409-10, seized of Weobly. His brother, and probably heir, was Thomas, aged 90 in 1411, and his co-heiresses were his sisters Elizabeth, who married Sir John St. John of Fonmon, and Margaret (Susan?) who married Sir Elias Bassett.

Their pedigree would appear somewhat as follows:—

Sir Roger de la Bere,=. . . . . . of Cheriton, temp. Edward III.

de la Bere=. . . . . .

David=Elizabeth de la Bere, co-heiress Cheriton.
Cradoc.

Cradoc.

Sir John de la Bere,=. . . . . . c. 1280.

Sir David de la Bere,=Johanna. c. 1300, of Weobly. — Isabel=Thomas Graunt.

Adam de la Bere,=. . . . . of Knolston, c. 1334. — John Butler=a daughter. — Peter de la Bere, c. 1332.=Agnes.

Sir John de la Bere,=Agnes, daughter and co-heiress of Sir Payn Turberville, of Coity. d. 1380. — Thomas de la Bere.

John de la Bere, d. 1409-10, [MLIV.] [MC.] — Thomas de la Bere, æt. 8 at his father's death. — Oliver St. John, of Fonmon.=Elizabeth de la Bere, co-heiress. — (1) Roger Denis.=Margaret de la Bere, co-heiress, (Susan?).=(2) Sir Elias Bassett, of St. Hilary.

Both families used the de la Bere quarterings.

DCCCXLV.

NICHOLAS, SON OF SIMON GENTIL, OF COYTIF, GRANTS TO WALTER, SON OF ALAN DE LANBLETHYAN, LAND IN THE FEE OF LLANBLETHYAN.

[Carne MS.]

Sunday before St. Peter in Cathedra. 22 Feb. 1305.

Sciant presentes et futuri quo ego Nicholaus filius Simonis Gentil' de Coytif dedi concessi et presenti carta mea confirmavi Waltero filio Alani de

LANBLETHYAN decem acras terre arabilis et dimidiam acram prati cum omnibus suis pertinenciis libero tenemento meo in feodo de LANBLETHYAN quarum vero quinque acre jacent simul inter terram JOHANNIS SANDRE ex parte occidentali et terram quam WILLELMUS DOLEMAN quondam tenuit ex parte orientali cujus unum caput se tendit versus austrum usque ad terram JOHANNIS le MOY. WILLELMI PUCE. ADAM le MACHON. et terram quam WILLELMUS DOLEMAN quondam tenuit et reliquum caput se tendit versus borialem usque ad terram WILLELMI LONG. Et quinque vero acre simul jacent inter terram quam JOHANNES filius ROBERTI BRIT quondam tenuit ex parte orientali et eciam ex parte occidentali. Cujus unum caput se tendit versus austrum usque ad terram quam dictus JOHANNES filius ROBERTI quondam tenuit et reliquum caput se tendit versus borialem usque ad terram RICARDI RYVAN. THOME RANDOLF. WASMEIR RYVAN et terram quam JOHANNES prepositus de COUBRIGGE quondam tenuit. Et dimidia acra prati jacet inter pratum domini de PENLYN ex parte boriali et pratum JOHANNIS le MOY ex parte australi et eciam inter pratum JOHANNIS SANDRE ex parte orientali et pratum quod ROBERTUS HERBYN quondam tenuit ex parte occidentali. Habendum et tenendum totam predictam terram et pratum cum omnibus suis pertinenciis de capitali domino ejusdem feodi qui pro tempore fuerit predicto WALTERO et heredibus suis vel assignatis libere quiete integre bene et in pace jure hereditario imperpetuum. Reddendo inde annuatim heredibus dicti JOHANNIS filii ROBERTI BRIT dictus WALTERUS filius ALANI et heredes sui vel assignati unum denarium argenti vel unum par albarum cirothecarum ad festum Sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis heriettis wardis relieviis sectis curie auxiliis tallagiis et omnibus aliis secularibus demandis ad dictam terram spectantibus. Pro hac autem donacione concessione et presentis carte mee confirmacione dedit mihi predictus WALTERUS filius ALANI quinque marcas et dimidiam sterlingorum premanibus. Et ego vero dictus NICHOLAUS GENTIL et heredes mei vel assignati totam predictam terram et pratum cum omnibus suis pertinenciis ut prescriptum est contra omnes mortales

warantizare acquietare et defendere debemus imperpetuum. Et ut hec mea donacio concessio et presentis carte mee confirmacio rata stabilis et inconcussa permaneat in eternum hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi et confirmavi. Hiis testibus . THOMA BASSET . WILLELMO le PRIOR . JOHANNE LONGO . RICARDO le NERBERD . JOHANNE CONYAN . et multis aliis. Datum apud LANBLETHYAN die Dominica proxima ante festum Sancti PETRI de cathedra anno gracie MCCC'MO quinto.

This charter relates to Llanblethian, by Cowbridge. Nicholas, son of Simon, though living in, was not the owner of, Coyty; nor was Fitz Alan of Llanblethian. The names seem all English. Basset and Nerberd are well known. The rest are probably inhabitants of Cowbridge, led by John, their prepositus or bailiff.

DCCCXLVI.

GRANT BY MEURIC AP LLEWELIN TO LEUKY, DAUGHTER OF RIRID, OF LAND IN THE PARISH OF ST. MELANUS.

[CARNE MS.]

Sciant presentes et futuri quod ego MEURICUS ap LLEWELIN dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi LEUKY filie RIRID duas acras et dimidiam terre arabilis cum suis pertinenciis et jacet dicta terra in parochia Sancti MELANI videlicet acra una et dimidia jacet in longitudine unum caput extendit se ad terram que fuit HENRICI ap WALTER ex parte australi et terram filiorum LEWELIN ap BLETYN ex parte aquilonali in latitudine inter terram que fuit filiorum PHILIPPI ap GUAUR ex parte orientali et occidentali et alia acra jacet cum omnibus pertinenciis in longitudine unum caput extendit se ad terram que fuit WRONOC ap LEWELIN ex parte aquilonali et terram que fuit RIRID ap ADAM ex parte australi in latitudine inter terram que fuit PHILIPPI GOCH ex parte orientali et terram que RIRID ap LEWELIN ex parte occidentali. Habendum et tenendum dictam terram cum suis pertinenciis sibi et heredibus suis vel suis assignatis de me et de heredibus

meis vel assignatis libere quiete bene integre plenarie et pacifice jure hereditario imperpetuum. Reddendo inde annuatim ipsa et heredes sui vel sui assignati michi et heredibus meis vel meis assignatis unum denarium argenti ad festum Sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis secularibus exaccionibus consuetudinibus sectis querelis auxiliis herietis et omnibus aliis demandis que de aliqua terra exeunt vel exire poterunt imperpetuum. Et ego vero dictus MEURICUS et heredes mei vel assignati dicte LEUKY filie RIRID et heredibus suis vel assignatis predictam terram cum suis pertinenciis contra omnes homines et feminas warantizabimus acquietabimus et defendemus imperpetuum. Et pro ista donacione concessione et presentis carte confirmacione dedit mihi predicta LEUKY decem solidos sterlingorum pre manibus pacatos in gersumma. Et ut hec donacio concessio et hujus presentis carte confirmacio rata stabilis et inconcussa permaneat in eternum ac omnimodo securitatis robur obtineat presentem cartam sigilli mei impressione roboravi et confirmavi. Hiis testibus . WRONOE ap KENEWREC . HOWEL ap IVAN . ARTROHAN ap WRONO . GRIFFIN ap RIRID . IORVERD ap CRADOC . IVOR ap PHILIP . ITHAEL ap PHILIP . et multis aliis.

DCCCXLVII.

GRANT BY HENRY WORGAN TO WILLIAM WALLOT OF A MESSUAGE AND LAND AT NORDON IN THE FEE OF PENARTH.

[CARNE MS.]

Sciant presentes et futuri quod ego HENRICUS WORGAN dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi WILLELMO WALLOT unum messuagium et viginti acras terre arabilis et bosci cum omnibus suis pertinentiis simul jacentes in loco vocato NORDON infra feodum de PENNARTH et jacentes inter viam vocatam RIGEWEI in parte australi et terram domini de PENNARTH in parte occidentali et

terram domini de Cogan in parte boreali et locum vocatum Ye Worbeysfote in parte orientali. Habendum et tenendum dicto Willelmo et heredibus suis vel assignatis de me et heredibus meis et assignatis predictum messuagium et predictam terram et boscum cum omnibus suis pertinentiis libere quiete bene et in pace imperpetuum. Reddendo inde annuatim capitali domino feodi illius decem denarios argenti ad duos anni terminos videlicet ad festum Sancti Michaelis Archangeli quinque denarios et ad Hockeday quinque denarios et mihi et heredibus meis unam rosam ad festum nativitatis Sancti Johannis Baptiste pro omnibus secularibus serviciis wardis tallagiis auxiliis herietibus sectis curie et pro omnibus aliis demandis. Et ego vero predictus Henricus et heredes mei predictum messuagium terram et boscum cum omnibus suis pertinentiis sicut predictum est dicto Willelmo Wallot et heredibus suis vel assignatis contra omnes gentes mortales warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . Waltero de Reyny . Milone de Reyny . Ricardo de Cogan . Ricardo filio Galfridi de Cogan . Philippo Turgod . Waltero de Cogan . Nicholao de Pennarth juniore . Johanne Grono . Willelmo Bagetripe . Willelmo Godman . Ricardo Crispo . Johanne Rumbold . et multis aliis.

DCCCXLVIII.

GRANT IN TAIL BY WILLIAM WALLOT AND SIBILLA, HIS WIFE, TO GEOFFREY, SON OF PHILIP MARESCHAL AND JOAN, DAUGHTER OF THE GRANTORS, OF LAND IN CARDIFF, PENARTH AND COGAN, ETC., WITH REVERSION ON FAILURE OF ISSUE.

[Carne MS.]

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus Wallot et Sibilla uxor mea dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus Galfrido filio

PHILIPPI MARESCALLI et JOHANNE filie nostre uxori ejus omnes terras et tenementa nostra et redditus cum omnibus suis pertinenciis in KERDIF PENHARTH COGAN et in omnibus aliis locis in comitatu GLAMORGAN sine aliquo retinemento. Habendum et tenendum predictis GALFRIDO et JOHANNE et eorum heredibus quos predictus GALFRIDUS de predicta JOHANNE legitime procreaverit libere quiete bene et in pace et jure hereditario imperpetuum. Reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris unum denarium argenti ad festum Sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis secularibus exactionibus et demandis. Et si contingat quod prefata JOHANNA sine herede de corpore predicti GALFRIDI procreato in fata decedat quod absit omnes terre predicte et tenementa cum suis pertinenciis sicut predictum est mihi WILLELMO et SIBILLE uxori meo et meis heredibus quiete revertant et tot taliter imperpetuum remaneant. Et nos predicti WILLELMUS et SIBILLA uxor mea et heredes nostri seu assignati omnes terras et tenementa predicta cum omnibus suis pertinenciis sicut predictum est predictis GALFRIDO et JOHANNA et eorum heredibus quos predictus GALFRIDUS de corpore predicte JOHANNE legitime procreaverit contra omnes mortales warantizabimus acquietabimus et defendemus imperpetuum. Et ut hec nostra donacio concessio et presentis carte nostre confirmacio rata et stabilis imperpetuum permaneat presenti scripto sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . dominis PHILIPPO de NERBERD . WILLELMO de WINCESTRIA . JOHANNE le NORREYS . RICARDO le FLEMING militibus . WALTERO de REYNY . PHILIPPO PAYN . WALTERO de BARRY . et aliis.

DCCCXLIX.

RENUNCIATION BY TRAHARN AP RES OF TYRIARTH OF A RELEASE BY THE ABBOT OF MARGAM OF TWENTY SHILLINGS, RENT OF LAND IN THE FEE OF NEWCASTLE.

[MARGAM CHARTER.]

ST. AMBROSE'S DAY. 4 APRIL. 1305.

Universis CHRISTI fidelibus presentes literas v. vel a. TRAHARN ap RES de TYRIARTH salutem in Domino.

Noverit universitas vestra me quondam habuisse de abbate de MARGAN et ejusdem loci conventu quandam literam relaxacionis viginti solidorum annui redditus de terra quam teneo de dictis abbate et conventu in feodo de Novo CASTRO quam quidem terram JOHANNES MYNOT quondam tenuit set a die confectionis presentium et inposterum volo pro me et heredibus meis sive assignatis quod predicta litera sicubi inventa fuerit ad cujuscumque manus pervenerit irrita penitus sit et inanis nec robur aut firmitatem aliquam optineat inperpetuum . fateor etiam me decetero obligari et teneri ad solucionem plenariam annui redditus dictis abbati et conventui faciendam annuatim prout JOHANNES MYNOT qui eandem terram ante me tenuit quondam facere consuevit. Et ut omnia prescripta rata sint et inconcussa sigillum meum presentibus apposui. Et ad majorem securitatem sigilla etiam subscriptorum apponi procuravi . scilicet . LEYSANI ap MORGAN domini de AVENE . RICARDI SYWARD . et ROBERTI de CANTELO.

Datum apud MARGAN die beati AMBROSII episcopi et confessoris anno domini millesimo trecentesimo quinto.

Four seals, 2 and 3 missing.

1. Green wax. Pointed oval, 1⅛in. by ¾in. A lion rampant in combat with a wyvern.

'+ SIGILLUM TRAHARN AP RES.'

4. Green wax. Hexagonal, ⅝in. diam. An Agnus Dei.

'+ S' MATHEI . DE . . . .'

DCCCL.

ACKNOWLEDGMENT BY JOHN MYGNOTH OR MINOT TO ROGER, ABBOT OF MARGAM, OF A LEASE OF A HOUSE AT NEWCASTLE.

[MARGAM CHARTER.] CIRCA 1305.

Omnibus CHRISTI fidelibus presens scriptum inspecturis vel audituris JOHANNES MYGNOTH salutem in Domino.

Noverit universitas vestra me recepisse a domino ROGERO abbate de MARGAN . et ejusdem loci conventu ad perpetuam firmam . Domum et Mansum eorundem cum gardino et curtillagio adjacente . in villa de NOVO CASTRO in GLAMARGAN . una cum libero ingressu et egressu ad eadem . salva tamen eisdem abbati et conventui grangia eorundem et curia ad eandem grangiam pertinente. Item et totam terram eorundem quam RADULPHUS quondam rector ecclesie ejusdem loci de NOVO CASTRO habuit et tenuit . una cum GRAVA ad eam pertinente . videlicet tresdecem acras et dimidiam . et unam acram prati que jacent in HAM . et undecem acras et dimidiam que jacent sub GRAVA et quinque acras supra GRAVAM . et tres acras que jacent in gardino ADE. Et ibidem quinque acras prati. Habendas et tenendas de eisdem religiosis et eorundem successoribus mihi et heredibus meis. Reddendo inde annuatim ipsis religiosis et eorundem successoribus ego et heredes mei tres marcas et dimidiam bonorum sterlingorum in festo Sancti MICHAELIS. Et hoc sub pena quadraginta solidorum eisdem religiosis et eorundem successoribus solvendorum a me et heredibus meis predictis quociens in dicti annualis redditus solucione defecerimus . rato nichilominus manente predicto annuo redditu principali. Ego etiam et heredes mei faciemus predictis religiosis et eorundem successoribus de predicta terra homagium et relevium et sectam ad curiam eorundem bis in anno . videlicet ad proximam curiam post festum Sancti MICHAELIS . et ad proximam curiam post Pascha.

Retinuerunt tamen dicti abbas et conventus ad opus eorundem et successorem suorum in predicta terra quam ab eis accepi . locum construendi molendinum et piscariam super aquam de UGEMOR . si eisdem visum fuerit expedire. Si autem ego JOHANNES MYGNOTH vel aliquis heredum meorum ea que superius scripta sunt vel aliqua ex ipsis alienare voluerimus . talibus ea alienare nobis licebit . qui possint et velint predictis religiosis predictum annuum redditum et etiam penam premissam si eam committi contingat plenarie solvere et servicia suprascripta universa illis exhibere et quos possint hiidem religiosi ad omnium ipsorum solucionem et exhibitionem absque difficultate distringere seu distringi facere . alias autem non. Ad predicta autem omnia et singula observanda et facienda . Ego JOHANNES predictus . me et heredes meos predictos . et etiam assignatos meos si quos me contingat habere ut predictum est . jurisdictioni decani de GRONUTH subicio ut ipse me et alios supranominatos possit in hac parte de plano et sine strepitu judiciali per quamcunque voluerit censuram ecclesiasticam compellere . Item et jurisdictioni baillivi de KAERDIF quicunque pro tempore fuerit quod etiam ipse nos possit compellere per totam terram quam tenemus aut tenebimus in comitatu de GLAMORGAN ubicunque fuerit ad predictum redditum et alia omnia supradicta plenarie et fideliter persolvenda una cum pena predicta si fuerit commissa. In cujus rei testimonium . huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . RICARDO de TURBEREVILE . PHILIPPO de NEREBERD . MAURICIO filio GRIFFINI . ROBERTO de ANNE . JOHANNE le NOREYS . WILLELMO de TURBEREVILE . HAMUNDO de TURBEREVILE . et multis aliis.

Seal in green wax, $\frac{3}{4}$in. diam. Device, a star of five slightly pear-shaped rays, alternately with five slender rays.

'+ S' IOH'IS MINOT.'

Endorsed—'Carta Joh'nis Mygnot.'

DCCCLI.

GREAT CHARTER OF LIBERTIES GRANTED BY WILLIAM DE BREOSA, LORD OF THE HONOUR OF BREMBRE AND OF GOWER, TO THE ENGLISH AND WELSH OF HIS ENGLISH COUNTY OF GOWER.

[Margam Charter.]

24 Feb. 34 Edward I. 1306.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Willelmus de Breosa dominus honorum de Brembre et de Goheria salutem in Domino.

Noveritis universitas vestra nos concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse pro nobis heredibus nostris et assignatis omnibus abbatibus, prioribus, hospitalariis, templariis, militibus, libere tenentibus, et eorum tenentibus ac eorum hominibus tam Anglicis quam Wallensibus infra procinctum nostri comitatus Anglicani Goherie habitantibus, seu terram tenentibus, omnes et singulas libertates subscriptas, tenendum et habendum sibi successoribus ac heredibus et assignatis suis in perpetuum.

In primis quoniam coherere et conjungi non possunt, quorum vota et studia fuerint diversa, idcirco ad honorem Dei pacisque reformacionem omnibus et singulis hominibus predictis qui litem contra nos in curia Domini Regis nuper moverunt aut eisdem in predicta lite contribucionem aliquam vel auxilium prestiterunt omnem remittimus rancorem, et malam voluntatem, gratiam eis pristinam et dileccionem concedentes, accionesque quascumque personales, ac querelas, nos seu heredes nostros contra eosdem quocunque modo contingentes benigne remittentes.

Volumus insuper et concedimus quod predicti habeant jurisdiccionem cognoscendi, placitandi, et judicandi quoscumque tenentes suos in omni causa percussionis, verberis, et effusionis sanguinis, absque clamore seu mahemio, dum tamen

conquerenti justicie fiat complementum, alioquin per nos, heredes nostros, aut ministros nostros, defectus eorundem illa vice suppleatur.

Volumus eciam quod si animalia predictorum reperiantur infra maneria de Osterm[outh] Landymor seu Rossily, vel alibi in eschaetis aut terris de perquisito dampna faciendo emende fiant sicut vicinus vicino facere tenetur.

Medietas redditus parcorum non solvatur amodo nec exigatur donec boscus de Clun modo debito imparcetur.

Non capiatur decetero muragium de predictis apud Sveyneseyam sine voluntate et unanimi consensu eorundem.

Nec aliquis detineatur in prisona nostra dum duodecim manucaptores invenire possit standi recto in comitatu nostro Anglicano nisi pro morte hominis nequiter et per feloniam interfecti captus super factum recenter commissum, et modo debito indictatus, vel nisi fuerit latro cum manuopere latrocinii deprehensus duodecim denarios excedentis, seu incendiarus domorum vel tassorum nequiter in felonia faciendo captus et rite indictatus et utlagatus, patrie abjurator, fractor prisone nostre castri nostri de Sveneseya in eodem propter feloniam, aut per judicium curie in ferro detentus falsor monete cum instrumentis monetarii captus, vel excommunicatus ad instanciam episcopi incarceratus.

In casibus autem felonie, nullus efficiatur responsibilis ad sectam nostram absque rationabili indictamento, vel nisi fuerit latro cum manuopere captus duodecim denarios excedente. Nec decetero probator vocem habeat quemquam appellandi.

Nullus insuper infra procinctum dicti comitatus Anglicani per Wallenses seu ballivos nostros, aut aliquos de familia nostra existentes indictetur . set solummodo per duodecim legales et liberos homines non suspectos ad hoc idem sigilla sua ponentes . ita quod illud indictamentum in curia ostendatur si a sectatoribus dicti comitatus petatur.

Nec aliquis de procinctu dicti comitatus amodo respondeat alibi de quibuscumque accionibus realibus seu personalibus quam in comitatu nostro predicto.

Salva tamen nobis et heredibus nostris jurisdicione curiarum nostrarum in maneriis nostris propriis, et hoc de tenentibus nostris in eisdem maneriis de rebus ac placitis in eisdem curiis de jure placitandis, videlicet talia placita qualia libere tenentes nostri in suis curiis placitare possunt, salva etiam in jurisdicione cujuslibet liberi hominis de suis tenentibus de hiis que in curiis suis placitare possunt. Salvis similiter querelis que die Marchie inter terras vicinas de consuetudine terminari debent.

Inquisiciones vero indictamentorum seu presentaciones in quibuscumque casibus de officio imposterum capiantur in duobus comitatibus . . . . . . videlicet ad proximum post Pascha et ad proximum post festum Sancti Hylarii et non alibi in patria nisi pro presentia corporis interfecti, recente roberio duodecim denarios excedente, incendio domorum per feloniam, fraccione domorum per feloniam facta, thesauro invento, et wrecco maris, que cum acciderint statim fiant inde inquisiciones, et hoc ante proximum comitatum sequentem hujusmodi eventum, alioquin nisi in comitatu minime capiantur.

Nullus etiam constabularius, portarius, carcerarius, seu alius minister noster, capiat amodo feudum aliquem de imprisonatis quibuscumque, nisi in casibus felonie, set nec tunc quidem nisi per unam noctem in prisona nostra de Sveneseya moram fecerit.

Et licet pluries aliquis replegietur, aut manucapiatur et in prisona retornetur, dum tamen sit pro eodem facto, semel tantummodo feodum solvatur, scilicet quatuor denarios.

Tolnetum vero non exigatur decetero ab aliquo homine pro vendicione bladi, nec capiatur nisi fuerit mercator communis. Et quod rationabile tolnetum in omni casu donetur de hiis qui tolnetum dare debent secundum consuetudinem Regni. Nec imposterum capiatur tolnetum de aliquo predictorum hominum ad nundinas de Lozcherne nisi de hiis qui alibi in patria de jure solvere tenentur.

De wrecco insuper maris quod non fuerit delatum de meremio lata securi eisdem hominibus nostris remaneat, residuum vero juri nostro cedat.

Item volumus et concedimus quod omnes et singuli ministri nostri in comitatu ANGLICANO respondeant universis de se conquerentibus ad veritatem facti sine sollempnitate narracionis de injuriis et gravaminibus eisdem per ipsos ministros illatis, et adjudicentur emende et restituciones ac correcciones secundum modum delicti et quantitatem per ejusdem comitatus consideracionem . et quod in premissis executio plenaria fiat.

Preterea volumus et concedimus quod passagium de SVENESEYA presto habeatur omnibus et singulis hominibus predictis . et de eorum manupastu existentibus et animalibus eorum, ac rebus universis inperpetuum sine naulo conferendo, preter communem collectam garbarum quam custos dicti passagii faciet si voluerit tempore messionis.

Et si aliqui predictorum requisiti gerbam solvere recusaverint, solvant naulum cum voluerint transfretare. Et si dictus custos super neglicencia convincatur, pro demeritis puniatur condigne.

Nos vero nec aliquis ministrorum nostrorum non capiemus decetero blada, pisces, seu aliquod genus animalium, vel aliqua alia catalla alicujus predictorum hominum, nisi statim reddamus inde precium, aut respectum inde habere possimus, de assensu et voluntate illius qui rem exposuit vendicione.

Nec aliquis imposterum amercietur nisi in curia in qua de jure placitare debet, et hoc judicio ejusdem curie, set nec tunc quidem ultra usitatum et antiquum patrie amerciamentum, videlicet in curia maneriorum in octodecim denariis in omni casu, et in comitatu in tribus solidis exceptis casibus felonie, et nove disseisine, ubi disseisitor in sexaginta solidis et uno denario amercietur. Et pro divisa inter duo feoda in transversum gratis, et ex toto fracta in viginti solidis. Et licet aratrum invito carucario talem divisam corrumpat, aut transgrediatur, non ei imputetur dum tamen non fiat animo injuriandi.

Si quis vero ad sectam cujuslibet conquerentis super fraccione imparcamenti legitime convincatur in viginti solidis mulctetur.

Et si convincatur de forstallo in strata Regia scienter et maliciose commisso viginti solidos plectetur. Et pro rescusso averiorum violenter facto viginti solidis. Et pro homsokene viginti solidis.

Nullus querens amercietur ultra tres solidos in nullo casu excepto appellatore, qui si defecerit in suo appello per redempcionem sexaginta solidorum et unius denarii puniatur.

Preterea volumus et concedimus pro nobis et heredibus nostris inperpetuum quod cancellaria nostra in partibus GOHERIE jugiter habeatur aperta et presto sit omnibus et singulis brevia petentibus sine difficultate aliqua.

Nec pro quocumque brevi amplius quam septem denarii donetur. Si vero petens breve aliquod, et de forma sibi concessa per cancellariam nostram non fuerit contentus, fiat ei breve secundum sui ordinacionem periculo suo, dumtamen juri consonum videatur, et transcriptum brevis pro uno denario petenti exhibeatur.

Quod si nos vel heredes nostri fuerimus in tenura alterius juris justiciam faciemus cuilibet conquerenti pro billetum nobis porrectum . si in partibus illis fuerimus . sin autem tradatur billetum senescallo nostro qui pro tempore fuerit, et si satisfaccio competens facta non fuerit, extunc immediate breve concedatur de cancellaria nostra in omni casu disseisine, set in aliis casibus quibuscumque liberum tenementum tangentibus, domino in partibus ANGLICANIS vel alibi remotis agente, in quibus billetum in forma premissa porrigatur, set si necesse fuerit brevis exhibicio usque ad duos menses completos differatur. Et tunc in liberacione brevis et execucione facienda contra nos tanquam contra quemcumque alium per consideracionem comitatus predicti in forma juris procedatur.

Et si vocati fuerimus ad warantiam per cartam consimiliter justiciam faciemus in forma memorata. Nec alicui vendemus aut negabimus justiciam. Nec amodo infra castrum de SVEYNESEYA comitatus teneatur.

Volumus insuper quod statim cum felo super felonia committatur terra ejusdem extendatur per sacramentum proborum et legalium hominum que terra domino suo im[media]te infra mensem a tempore convictionis liberetur, nobis tamen facta securitate extente ejusdem terre ad valorem unius anni et unius diei.

Concedimus etiam quod WALENSES tam in subbosco quam supraboscum animalia quecumque ANGLICORUM predictorum absque calumpnia seu amerciamento libere possint custodire.

Item unusquisque liber homo semel in anno cervisiam faciat pro voluntate sua vendendam et iterato consimiliter ratione alicujus negocii supervenientis sine amerciamento. Convencionarii autem et omnes alii tenentes eodem modo braceant semel in anno necessitate qualibet ducti vendendum, prout melius poterint sine amerciamento.

Item unusquisque liber homo ex predictis habeat in boscis et in terris suis aerias falconum, esparvariorum, et ceterarum avium, similiter examen apium et mel quod inventum fuerit in suis boscis absque cujuslibet calumpnia.

Nullus quoque ex forinsecis ejusdem patrie efficiatur responsibilis in burgo de SVEYNESEYA et de LOZCHARNE ratione cujuslibet transgressionis, vel contractus extra procinctum earum villarum facti, set nec die comitatus nisi ibidem eadem die deliquerit, nisi fuerit mercator communis tempore nundinarum.

Omnia vero justicia et recorda in dicto comitatu qualitercunque emergencia reddantur et promulgentur discrecione et arbitrio sectatorum antiqua feoda militum tenencium, videlicet domini de PENRES, domini de PORTEYNON, domini de OXEWYCHE, domini de HENTLES, domini de WEBBELEGHA, domini de SCORLAGGESKASTEL, domini de RENEWARDESTOUNE, domini de KNOYLESTOUNE, domini de PENMAYN, domini de NICHOLASTOUNE, domini de FORSHULLE, VERNHULLE et PYLTOUNE, et domini de STEENTEBRUGGE, non obstante contradiccione alicujus alterius tenentis ejusdem patrie, et secundum eorum judicia fiant execuciones.

Nec decetero multitudo numerosa submoneatur ad aliquem comitatum nisi in casibus rationabilibus et cogentibus.

Set nec communitas patrie summoneatur ad parliamentum tempore pacis . exceptis illis quorum interest causa legitima mediante nisi ob presencia persone nostre vel per communem assensum liberorum hominum in patria existencium.

Nullus preterea in partibus predictis distringatur amodo aut aliter compellatur servire nobis contra voluntatem suam.

Item volumus et concedimus quod nulla loquela in dicto comitatu incepta maliciose adjournetur ad retartandam (*sic*) accionem petentis seu querentis, vel ad gravamen respondentis, vel defendentis, sine assensu antiquorum sectatorum dicti comitatus, aut parcium voluntate.

Et quod nulla districcio seu namium amodo ex quacumque causa capta ducatur ad imparcandum alibi quam apud Pennard [? vel infra] parcum de Breoz. Si autem contigerit Wallensem quemcunque delinquere infra limites comitatus Anglicani, infra eodem respondeat comitatui.

Si autem in Glynlozchorne, aut Combedeueleys, vel in eundo aut redeundo quicumque forisfecerit in comitatu Anglicano, ut prefatum est, respondeat. Et inde per consideracionem comitatus plenaria execucio fiat.

Si autem quisquam appellatus aut judicatus de felonia fuerit, volumus et concedimus quod bona ipsius non attachientur, quousque super dicto crimine convincatur.

Nec pueri in custodia nostra decetero existentes disperagentur, neque terre vel domus, aut res alie quelibet eorundem puerorum deinceps vastentur, aut destruantur, set salvo custodiantur.

Nec decetero sectatores antedicti alicubi jurare compellantur, nisi in attinctis, magnis assisis, et cum testes in cartis, vel scriptis fuerint nominati, eo quod judicia et recorda comitatus predicti reddere et pronunciare tenentur.

Concedimus eciam hominibus nostris predictis quod libere depascant omnes porcos suos in omnibus boscis nostris de suprabosco, preter boscum de Predewen absque omni pannagio vel aliquo alio dando.

Qui delfinum piscem, qui wlgaliter 'Porpeys' denominatur, ceperint aut invenerint, eum sine alicujus calumpnia habeant.

Nullus ballivus noster decetero teneat comitatum vel sur [supervisum?] sine nostra commissione speciali, aut commissione senescalli nostri, si ipse habeat potestatem per nostram commissionem expressam alium loco suo substituendi. Nec quisquam ballivorum nostrorum imposterum vicecomes denominetur.

Volumus etiam quod concubine sacerdotum infra procinctum dicti comitatus existentes a nobis seu ministris nostris quibuscumque pretextu sui peccati non calumpnientur, seu quoquo modo per nos vel nostros, vel occasione cujuscumque consuetudinis, in futurum per redempcionem vel aliter puniantur.

Concedimus insuper predictis hominibus nostris quod habeant carbonem terrenum in Kylthy wasta absque impedimento nostri, vel heredum nostrorum seu ministrorum nostrorum quorumcumque, et hoc ad omnia necessaria sua complenda, ita quod non vendant nisi in forma de boscis inferius notata.

Item concedimus eisdem pro nobis et heredibus nostris inperpetuum omnes alias libertates leges et consuetudines temporibus progenitorum nostrorum habitas quas presenti carta nostra innovamus ac confirmamus, volentes omnimodas occupaciones, extorsiones, et exacciones contra statum eorundem libertatum, legum seu consuetudinum hactenus . . . irritari inposterum, cassari, adnullari, ac nullius efficacie decetero haberi.

Concedentes etiam et volentes omnes leges, consuetudines, ac libertates predictas specificatas et non specificatas in omnibus et singulis suis articulis firmiter et inviolabiliter observari inperpetuum.

Preterea concessimus predictis abbatibus, prioribus, hospitalariis, templariis, militibus, libere tenentibus, et eorum tenentibus, ac eorum hominibus in Goheria habitantibus, et etiam tenentibus de maneriis quibuscumque rationabilia estoveria de die capienda in omnibus et singulis boscis nostris infra aquas subscriptas contentis videlicet Lozcharne, Northyrlyn, et Cathan, habendum sibi, successoribus, heredibus et suis assignatis inperpetuum, ad . . . . dum,

claudendum, et ardendum, et ad omnia necessaria sua facienda et complenda, preter donaciones et vendiciones aliis quam sibi ipsis qui in dictis boscis communicare debent, et hoc per visum forestarii nostri, si presens fuerit, sin autem cornetur ter[1] ab ipso qui quodlibet necessarium in dictis boscis querere venit, quod si cornu non habuerit . tribus vicibus arborem cum securi percuciendo per moram unius leuce forestarii adventum expectet, et si interim non advenerit licite capiat quod sibi placitum et necessarium fuerit absque calumpnia cujuscumque vel impedimento.

Nos vero heredes, et assignati nostri predicta estoveria rationabilia eisdem successoribus, heredibus, et eorum assignatis, contra omnes mortales warantizabimus inperpetuum.

Concedimus etiam eisdem liberum ingressum et egressum cum quibuscumque animalibus et vehiculis una cum viis competentibus ubique in vastis et moris nostris exceptis bladis et pratis ad necessaria sua predicta in prefatis boscis nostris querenda, capienda, et abducenda.

Volumus similiter et concedimus pro nobis et heredibus nostris et assignatis quod quandocunque nos, heredes vel assignati nostri, aliquem articulum premissorum quacumque arte vel ingenio violaverimus contra dictas concessiones vel libertates aut consuetudines seu illarum aliqua in quocumque articulo temere veniendo, domino Regi ANGLIE in quingentis libris argenti nomine puri debiti,[2] necnon cui vel quibus ex hominibus predictis aut heredibus eorum injuriatum fuerit contra presentis carte tenorem in aliis quingentis libris argenti nomine puri debiti, solvendis una cum dampnis sibi adjudicandis secundum parcium illarum consuetudinem infra dimidium annum a tempore transgressionis commisse, quocienscumque fecerimus vel attemptaverimus quicquam contra premissa, aut eorum aliqua, nos et heredes nostros tenore presentis scripti volumus et concedimus obligari et teneri.

Volumus insuper et concedimus pro nobis et heredibus nostris quod cancellatura[3] in quarta et tercia linea superius facta *necnon* primo usque ad *necnon* secundo minime presenti carte noceat aut prejudicialis in aliquo afficiatur.

Ut autem omnia et singula in presenti carta contenta robur perpetue firmitatis optineat, presenti scripto sigillum nostrum apposuimus.

Hiis testibus, Domino WILLELMO INGE, milite, Domino WALTERO de PEDERTOWN, NICHOLAO de WARWYKE, Dominis WALTERO de HA . . . . , RICARDO de la ROKELE, HENRICO de PENBRUGGE, militibus, LEYSANO de AVENE et aliis.

Datum apud SUEYNESEYAM, die JOVIS in festo Sancti MATHIE apostoli, [anno Domini millesimo trecentesimo s]exto, set etiam Regni Regis EDWARDI tricesimo quarto.

Seal, fragmentary, brown wax, about $2\frac{5}{8}$in. diam. when perfect. All that remains on the obverse is the tail of a lion. Reverse, a small round counterseal, $\frac{7}{8}$in. diam., lozenge-shaped shield of arms, the bearings illegible.

'+ S' WILLE[LM]I . DE . BREWES'.'

The sulphur impression of this seal in the British Museum, from the original appended to the celebrated 'Barons' Letter to the Pope,' A.D. 1301, shows that it bore a shield of arms: cruzily a lion rampant, for Breowse or Braose, suspended by a strap or *guige* from a tree of three branches, and having a wavy sprig or branching tree on each side. The full legend, which is somewhat indistinct, reads thus:—

'+ S' WILL'I . DE . BREOVSE . DN'I . HONOR' . DE . BREMBR' . DE . GOER'.'

The workmanship of this seal strongly resembles that of several others appended to the above-mentioned letter to the Pope.

The Charter is much decayed, and in a fragile condition, and in many places almost illegible.

This is by far the most important of the muniments preserved at Penrice, and is evidently derived not from Margam but from the Penrice family, for centuries the leading resident landowners in Gower. It may truly be called the 'Magna Charta' of Gower, and it enumerates all, or very nearly all, the liberties and privileges which tenants under the feudal system could aspire to obtain. Nor does it stand alone. It is one of a long series of grants and law pleas, printed or to be printed in these pages, many of them for the first time, and which throw great light upon the early government of a Marcher Lordship, and, as regards Gower, upon the disputes continued through many generations between the Barons de Braose, who received the Lordship from King John, and the Bellomonts, Newburghs, and Beauchamps, successive Earls of Warwick, who were, or who represented, the original conquerors. But the interest attaching to these documents is by no means confined to one Lordship or to the great families who contested its possession. They disclose the steps by which the Crown attempted and finally succeeded in setting aside the Marcher privileges, and reducing an important March to its proper position as a constituent part of the Kingdom. The subject is too important and far too voluminous to be disposed of within the limits of a note.

The Charter was possibly the work of the well-known Judge whose name appears at the head of the witnesses, and who was at the head of the Commission specially appointed to enquire into the complaints of de Braose's tyranny, and whose sentence and its consequences he hoped by this means to avert or modify.

The Lordship of Gower was divided into Gower Anglica and Gower Wallica, the latter being the northern and more mountainous portion, held wholly by Welsh tenants and landowners, and the farthest from the sea. The Comitatus and the concessions in the Charter are confined to the southern division, the only part in direct dependence upon the Norman Lords, and within reach of their castles. This Charter also contains a list of the fees held of the Lord by military tenure, namely, Penrice, Porteynon, Oxwych, Henlly, Webbley, Scurlacastle, Reynoldston, Knelston, Penmaen, Nicholaston, Forshulle, a name now possibly lost, Vern or Fernhill, Pilton, and Steentebrugge, now probably Stembridge.

(1) For horn blowing in a wood, see Dr. W. de G. Birch's edition of Kemble, *Saxons in England*, Vol. I., p. 46, note 2. Leges Ini. § 20, 21, Thorpe's *Ancient Laws*, I., 114, 116.

(2) Here occurs the following passage, scored through at the time of, or shortly after the writing of the deed :—

'Necnon cui vel quibus una cum dampnis sibi adjudicandis secundum consuetudinem parcium illarum solvendis infra dimidium annum.'

(3) This refers to the passage given in the above note.

DCCCLII.

LANDS SPECIFIED IN THE INQUISITION POST MORTEM OF JOHANNA, COUNTESS OF GLOUCESTER, Etc.

[Cal. Inq. P. Mort., Vol. I., p. 219, col. 2. A°. 35 Edw. I. A.D. 1306-7.]

Johanna uxor Gilberti de Clare comitis Gloucestrie et Herefordie conjunctim cum prædicto Gilberto viro suo.

. . . .

Keyrdif castrum et villa cum membris extenta videlicet.

Roath extenta ibidem.

Lekwith extenta ibidem.

Glamorgan comitatus 21 liberi tenentes qui tenent terras videlicet in

Cogan unum messuagium et 2 carucatas terræ.

Dynaspowis castrum et 4 carucatas terræ.

Sully unum messuagium et 4 carucatas terræ.

Costinton unum messuagium et 2 carucatas terræ.

Wrencheston et

Woufa 2 messuagia et 3 carucatas terræ.

Sanctus Nicholaus unum messuagium 4 carucatas terræ.

Lanvirid unum messuagium et 2 carucatas terræ.

Penmarke unum messuagium et 4 carucatas terræ.

Seint Atha unum messuagium et 4 carucatas terræ.

Penthin tenementa ibidem.

Landoh.

Lanmays.

Landou.

Seint Donat et

Mercros tenementa ibidem.

Uggemore.

Marthemaur.

Coitlowe.

Langewe et

Newton tenementa ibidem.

Kibor tenementa ibidem.

Laniltuit villa extenta.

Barri et

Aberthau tolnetum portuum ibidem.

Ruthin patria ibidem.

Lamblethyan manerii extenta.

Taleuant castri extenta.

Rubeus Mariscus de turbaria ibidem.

Coubrug manerii extenta.

Langunyth hamletum extenta.

Souzalth patria.

Kenefeg castrum et villa.

KAERFILLY castrum et villa cum membris videlicet.

LANNEDUN 21 acræ terræ 3 rodæ prati placea pastura et molendinum.

RUBEUM CASTRUM 36 acræ terræ.

HENDREDENNY 24 acræ terræ et 6 acræ pasturæ.

GLENTOFT.

GRENTOYD.

KONEYNON et

CUMBE 6 acræ terræ.

KEVENKAM puteus de carbone maris ibidem.

RUDRY 13 acræ terræ 3 acræ prati et £40 0*s*. 2¼*d*. redditus etc.

ALBUM MONASTERIUM extenta.

MORA GRIFF 60 acræ terræ et 16 acræ prati.

MERTHYR 15 acræ terræ et 15 acræ prati et pasturæ et molendinum aquaticum.

KERMEYR MORLEYS 8 acræ terræ et 8 acræ prati.

LAVERTOK 8 acræ terræ.

KAYRKEDY 15 acræ terræ 2 acræ prati et pecia pasturæ.

KYTHEGAYR unum messuagium 20 acræ terræ et 3 acræ prati.

LANRIRID.

CLOKENCRED.

BRYNPELLTHANGER.

HENDRESEYFELD quædam particularia vasti etc.

SENGHENYTH patria £24 8*s*. 2¼*d*. redditus.

MAISTRALITH terræ £4 16*s*. redditus.

RADUR manerii ibidem extenta.

KILTHEBELICH hamletum 60 acræ terræ 26*s*. 8*d*. redditus, 3 molendina etc.

BRUCTONE hamletum extenta.

All the above bracketted into 'Glamorgan' et 'Wallia.'

. . . .

DYNELEYS manerii extenta.

Mora Cogani extenta.

Rempney extenta.

Maghhay villa et patria extenta.

Karlyon castrum villa et manerium extenta cum membris videlicet.

Lobennythe 178 acræ terræ 43 acræ prati et 55 acræ pasturæ, etc.

Edelegon terra prata et pastura ibidem molendinum aquaticum redditus assise etc.

Wendy 105 acræ terræ 20 acræ prati et redditus.

Tinterna Parva 18 acræ terræ una acra et dimidia prati etc.

Brokewere piscaria.

Lynwere piscaria.

Waletkylch.

Seinthathan 22 acræ terræ 16 acræ prati et 5*s*. etc. redditus.

Uske castrum et villa extenta.

Hodelehale 40 acræ terræ.

Warnhir ultra Uske vast' et 444 acræ terræ.

Langynio villa $6^{xx.}$ et 5 acræ terræ.

Coytkenor $6^{xx.}$ et 8 acræ terræ.

Argoyt Weloc 207 acræ terræ et molendinum aquaticum.

Warthacumbe 495 acræ et dimidium terræ molendinum aquaticum etc.

Landesoy 180 acræ terræ etc. et molendinum.

All the above bracketted into Waliia, Glamorgan, etc.

Lanywini.

Kevenrosnedi et

Wernevaur 457 acræ terræ et dimidium et molendinum aquaticum.

Trostray 57 acræ terræ.

Pelhenny et

Lanpadoc 415 acræ terræ cum Avon molendinum ibidem.

Trillek villa et castrum extenta cum foresta.

PENRADGOLE et

VISPOLE 21 acræ terræ et 4 acræ prati pertinentes ad capellam de LANDEVASSEN.

STOKES 76 acræ terræ.

BYTHICWERE 20 acræ terræ.

WYTEBROKE 104 acræ terræ.

TRILLEK 3 molendina aquatica.

CUMCARVAN et

TRILLEK curia

TROYE extenta ibidem.

LAMBARDES MORE 300 acræ pasturæ et vasti ibidem.

CUMKARVAN 715 acræ terræ et molendinum aquaticum ibidem.

LANTRISSEN PARVA extenta.

LANCOMBE manerii extenta.

*TREGRUKE castri et manerii extenta.

* The above, from Deneeps to Tregruke inclusive, lie east of the Rumney river, excepting Cogan's Moor, which, with the following ten entries, is in Glamorgan.

LANTRISSAN castrum et villa extenta cum membris.

CLONNE manerium.

HAYWOOD pastura.

GLINTAF foresta.

TAF et CAVAN foresta de valore pasture ibidem.

MISKYN extenta ibidem.

CLINROTHENY 24 acræ terræ et redditus, etc.

TREWERN 24 acræ terræ prati et 115 acræ terræ.

ARGAYDWULAD unum messuagium 6 acræ et redditus ibidem.

Sanctus FAGANUS 21 liberi tenentes etc. ibidem.

All the above bracketted into "Wallia"

DCCCLIII.

LEASE FOR LIFE BY THOMAS, ABBOT OF MARGAM, AND THE CONVENT, TO JOHN LE YONGE, BURGESS OF KENFIG, OF LAND BETWEEN KENFIG AND CARDIFF.

[MARGAM CHARTER.]

SUNDAY BEFORE ST. JAMES THE APOSTLE'S DAY. 23 JULY. 1307.

Omnibus CH. f. presens scriptum v. vel a. Frater THOMAS dictus abbas de MARGAN et ejusdem loci conventus salutem in Domino.

Noveritis nos tradidisse et concessisse JOHANNI le YONGE burgensi de KENEFEG ad terminum vite sue totam illam terram que quondam ad officium magistri fabrice nove ecclesie nostre pertinere solebat. Videlicet tres acras terre arabilis quarum una jacet in latitudine inter terram quam quondam tenuit JOHANNES PERUAT ex parte orientali et terram ROBERTI de CANTELOU ex parte occidentali et extendit se in longitudine a via regali que ducit de KENEFEG versus KAYRDIF ex parte australi . usque ad viam que ducit de KENEFEG versus CORNELI ex parte boriali. Alia acra jacet in latitudine inter terram dicti ROBERTI de CANTELO ex utraque parte, et extendit se in longitudine a via que jacet juxta DAME ALICE GROUE ex parte boriali usque ad terram WALTERI LOVEL ex parte australi. Tercia vero acra jacet in latitudine inter terram dicti ROBERTI ex parte orientali et terram quam quondam tenuit dictus JOHANNES PERUAT ex parte occidentali et extendit se in longum a terra JOHANNIS KYFT ex parte australi . usque ad viam regalem que jacet juxta DAME ALICE GROVE ex parte boreali. Habendum et tenendum totam dictam terram a nobis et successoribus nostris dicto JOHANNI le YONGE ad terminum vite sue. Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris ipse dictus JOHANNES le YONGE quoad vixerit duos solidos argenti ad duos terminos anni . videlicet ad festum Pasche duodecim denarios et ad festum beati MICHAELIS duodecim denarios pro omnibus serviciis secularibus exactionibus et demandis. Pro hac autem nostra traditione concessione

et presentis scripti nostri confirmacione dedit nobis dictus JOHANNES decem solidos sterlingorum pre manibus . et nos et successores nostri totam dictam terram dicto JOHANNI le YONGE de KENEFEG quoad vixerit tenemur warantizare contra omnes homines et feminas. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum apposuimus. Hiis testibus . WILLELMO AYLEWARD . THOMAS DAVI . WILLELMO de la MARLE . WILLELMO TERRI . PHILIPPO STIWARD . et multis aliis.

Datum apud monasterium nostrum de MARGAN die Dominica proxima ante festum Sancti JACOBI Apostoli anno Domini M°· CCC°· septimo.

Seal gone.

Endorsed—'Thom. le Yoonge.'

DCCCLIV.

GRANT BY THOMAS, SON OF WILLIAM DE SANCTO DONATO, TO ROBERT, SON OF ROGER CAVAN OF ST. FAGANS, OF A MESSUAGE IN KENEFEG.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant presentes et futuri quod ego THOMAS filius WILLELMI de Sancto DONATO, dedi, concessi, et hac presenti carta confirmavi, ROBERTO filio ROGERI CAVAN de Sancto FAGANO et heredibus suis vel assignatis unum mesuagium infra ballivam in parte orientali, juxta muros cymiterii de KENEFEG, scilicet in quo RICARDUS clericus quondam habitavit, et unam acram terre arabilis, quam idem tenuit in campo de terra ecclesie, que vocatur BRODACRE. Habendum et tenendum de domo de MORGAN dictus ROBERTUS et heredes sui vel assignati dictum mesuagium et dictam acram terre cum pertinenciis, libere, quiete, bene, et in pace, ab omnibus serviciis et secularibus demandis. Reddendo inde annuatim predictus ROBERTUS et heredes sui vel assignati domui de MARGAN octodecim

denarios pro omni servicio, scilicet novem denarios ad festum Sancti MICHAELIS, et novem denarios ad Pascha. Pro hac autem donacione, concessione, et presentis carte mee confirmacione dedit michi predictus ROBERTUS quatuor marcas argenti pre manibus in recognicione. Et ego predictus THOMAS, et heredes mei vel assignati, predicto ROBERTO, et heredibus suis vel assignatis, predictum mesuagium cum predicta acra, contra omnes mortales warantizabimus, acquietabimus et defendemus. Ut hec mea donacio, concessio et presentis carte mee confirmacio rate stabiles et inconcusse permaneant inperpetuum . hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi.

Hiis testibus . WILLELMO TERRY . HENRICO WILLOKE . THOMA GRAMHOUS . JOHANNE GOCH . WILLELMO AYLWARD . PHILIPPO STIWARD . et aliis.

Seal, dark green wax, 1$\frac{1}{8}$in. An ornamental estoile of eight points.

'+ S' THOME DE SC'O DONAT'.'

Nothing has hitherto been known of any family bearing St. Donats as a surname. Certainly they never held the manor, which from Fitzhamon's Conquest for some centuries was held by the De Hayweys of Comb-Hawey, Co. Somerset, and through their heiress by the Stradlings.

It appears, however, that William de Sancto Donato was Presbyter of St. Donats in 1291 [CCLXVI.], and as Will. de Sancto Donato witnessed a Charter in the time of Bishop Henry, and one granted by Thomas Gramus without date [CCX. CLXV.], and a William de Sancto Donato was Abbot of Neath, and accepted a donation of an acre of land to that Abbey from Sir Edward Stradling in 1341

Also there is a grant by John Bareth without date as witnessed by Thomas, Chaplain of Kenfeg, and son of William de Sancto Donato, and who also in 1264 occurs as a donor of land in Kenfig to Margam [DCCIX., DCXXV.] Also a Baldwin de Sancto Donato occurs in a grant by Henry de Sutthun to Margam, temp. Edward I. [DCCLXIV.].

William was probably simply designated from his benefice, but Thomas and Baldwin may have borne St. Donats as a family name

DCCCLV.

GRANT BY THOMAS, ABBOT OF MARGAM, TO WILLIAM WRONOU OF BONEVILESTON, OF LAND IN REDELOND AND NEAR THE OLD CASTLE ON THE NORTH OF BONEVILESTON, IN EXCHANGE FOR LAND AT HELLEGOGY.

[HARL. CHARTER, 75 A. 43.]

ST. JAMES'S DAY. 25 JULY, 1308.

Anno domini M°· CCC°· octavo ad festum beati JACOBI apostoli convenit inter dominum THOMAM abbatem de MARGAN et ejusdem loci conventum ex parte una et WILLELMUM WRONOU de BONEVILESTON ex altera. Ita videlicet quod dicti abbas et conventus unanimi consensu dederunt et concesserunt dicto WILLELMO et heredibus suis ac suis assignatis duas acras terre arabilis in REDELOND et quinque acras terre juxta VETUS CASTRUM a parte boreali de BONEVILESTON' in excambium septem acrarum terre dicti WILLELMI quas habuit juxta HELLEGOGY in parte occidentali. Habendas et tenendas sibi et heredibus suis sive suis assignatis absque nullo impedimento sive aliqua calumpnia dictorum abbatis et conventus vel successorum suorum inperpetuum. In cujus rei testimonium partes prenominate presenti scripto in modum cyrographi confecto alternatim sigilla sua apposuerunt. Hiis testibus . ROBERTO de CANTELOU . WILLELMO FRAUNKELYN . WILLELMO THOMAS . MAURICIO le FLEMENG . THOMA ADAM et multis aliis.

Round seal, brown wax, ⅞in. diam. A star of many rays.

'. . . WILL'I . WRON . . .'

DCCCLVI.

GRANT BY AMICIA DE NEWELESTAR TO THOMAS CLEMENT OF A TENEMENT IN HOUNDEMANNEBY IN CARDIFF.

[MARGAM CHARTER.]

SUNDAY AFTER ST. PETER AD VINCULA. 2ND AUG. 1310.

Universis CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris ego AMICIA le NEWELESTAR de COUBRUGGE salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra me in ligia potestate mea remisisse et penitus quietum clamasse THOME CLEMENT et heredibus suis et assignatis totum jus et clamium quod habui habeo vel aliquo jure habere potero in quodam tenemento in HOUNDEMANNEBY in villa de KAERDIF quod jacet inter tenementum quondam NICHOLAI le MARCHAL in parte boriali et tenementum quondam RICARDI MEY in parte australi. Et extendit se in longitudine a tenemento quondam . . . LLMFRAY ex parte occidentali usque ad viam regalem in parte orientali. Ita quod ego dicta AMICIA nec aliquis mortalis nomine meo aliquid juris vel clamii in dicto tenemento de cetero poterimus exigere vel vendicare in perpetuum. Et ego predicta AMICIA et heredes mei predictum tenementum cum pertinenciis predicto THOME et heredibus suis contra omnes mortales warantizabimus. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . RICARDO ELYS . THOMA LONGO . JOSEP MAYEL . ROGERO le PEROLET' . JOHANNE ODYN . LAURENCIO aurifabro . NICHOLAO de MORA . et multis aliis.

Datum apud KAERDYF die Dominica proxima post festum Sancti PETRI ad vincula, anno Domini millesimo trecentesimo decimo.

Seal round, in dark green wax, 1in. diam. An ornamental flower of four petals.

'S' AMICIE LE NIVLESTAR.'

DCCCLVII.

ROYAL LETTERS PATENT CONCERNING THE DISPOSITION OF THE TEMPORALITIES OF THE SEE OF LLANDAFF, 'SEDE VACANTE,' BY THE CHAPTER.

[PAT. 4 EDW. II., PARS 1, MEM. 12.]

[B. WILLIS, SURVEY OF LLANDAFF, p. 153.]

4 MARCH. 4 EDW. II. 1311.

DE TEMPORALIBUS EPISCOPATUS LANDAVENSIS TEMPORE VACATIONIS HABENDIS.

Rex omnibus ad quos, etc., salutem.

Sciatis quod cum celebris memoriæ Dominus EDWARDUS, quondam Rex ANGLIÆ, pater meus, dudum exegisset et vendicasset versus GILBERTUM de CLARE, tunc comitem GLOUCESTRIÆ et HERTFORDIÆ, advocationem et custodiam episcopatus LANDAVENSIS, necnon et omnium terrarum et tenementorum ad episcopatum illum spectantium in dominio seu feodo ipsius comitis existentium, una cum collationibus prebendarum et dignitatum ejusdem tempore vacationis episcopatus illius, Et idem comes id quod ad ipsum pertinuit de advocatione et custodia episcopatus predicti una cum collationibus prebendarum et dignitatum ejusdem tempore prædicto, eidem patri nostro reddiderit ut jus suum, ac idem pater noster secundo die Novembris anno regni sui decimo nono volens præfato comiti et JOHANNÆ, uxori suæ, filiæ suæ, gratiam in hac parte specialem concesserit eis, pro se et heredibus suis, custodiam episcopatus prædicti, necnon omnium terrarum et tenementorum ad episcopatum illum spectantium, et in dominio seu feodo ipsius comitis existentium, Habendum et tenendum eisdem comiti et JOHANNÆ ad totam vitam eorundem adeo libere integre et honorifice in omnibus exitibus et proficuis et aliis prædictum episcopatum in dominio seu feodo prædicti comitis tempore vacationis ejusdem tangentibus una cum collationibus dignitatum et prebendarum ejusdem tempore illo sicut idem comes vel antecessores sui custo-

diam episcopatus illius hujusmodi tempore unquam plenius liberius et quietius habuerunt et tenuerunt ante red[d]itionem predictam, Ita tamen quod post decessum eorundem comitis et JOHANNÆ custodia episcopatus prædicti necnon et omnium terrarum et tenementorum prædictorum una cum collationibus prebendarum et dignitatum ejusdem tempore vactionis episcopatus illius ad ipsum patrem nostrum et hæredes suos integre reverteretur, Salvo eidem patri nostro et heredibus suis in singulis vacationibus episcopatus prædicti fidelitate ipsius quem in episcopum ejusdem loci contigerit confirmari sicut per inspectionem rotulorum cancellariæ dicti patris nostri nobis constat ac prædicti comes et JOHANNA jam diu dies suos clauserint extremos. Nos attendentes quæ damna ecclesia LANDAVENSIS prædicta per vastum et destructionem boscorum et nemorum ac aliorum ad episcopatum LANDAVENSEM pertinentium temporibus vacationis ejusdem per escaetores seu alios custodes episcopatus illius, præter nostram et hæredum nostrorum conscientiam et voluntatem pati posset in futurum, volentes ob specialem devotionem quam ad beatos apostolos PETRUM et PAULUM, in quorum honorem dicta ecclesia est fundata et grandem affectionem, quam ad venerabilem patrem JOHANNEM episcopum loci illius intime gerimus indempnitati ecclesiæ prædictæ in hoc parte providere concessimus eidem episcopo et capitulo dictæ ecclesiæ LANDAVENSIS pro nobis et heredibus nostris, quod idem capitulum in singulis vacationibus episcopatus prædicti quotiens videlicet ipsum episcopatum ex nunc vacare contigerit, habeat et teneat custodiam episcopatus illius et omnium temporalium ejusdem, cum omnibus pertinentiis, sede plena, aliquibus retroactis temporibus habere et tenere consueverunt, vel nos aut heredes nostri custodiam illam, cum omnibus rebus et bonis prædictis temporibus vacationem illarum habere possemus vel deberemus, si in manum nostram vel heredum nostrorum retenta fuissent. Ita quod dictum capitulum de temporalibus, bonis, et rebus predictis plenam et liberam administrationem habeat, et omnia emolumenta percipiat, ac inde disponere et ordinare possit, prout ei melius et utilius videbitur faciendum, et prout episcopi loci illius inde possent facere ordinare et disponere, sede plena,

ac nos vel hæredes nostri inde facere possemus temporibus vacationum prædictarum. Salvis nobis et heredibus nostris feodis militum, si qui teneantur de episcopatu predicto et advocationibus ecclesiarum, cum acciderint temporibus vacationum predictarum, ita quod omnes redditus et servicia annua de feodis prædictis in vacationibus illis provenientia remaneat capitulo ecclesiæ supradictæ. Salvis etiam nobis et hæredibus nostris escaetis quæ accidere contigerint temporibus prædictis, quæ quidem escaetæ singulis ejusmodi vacationibus finitis videlicet post fidelitatem ipsius quem ibidem eligi et confirmari seu præfici contingerit in episcopum nobis vel heredibus nostris factam liberentur, et remaneant eidem episcopo et successoribus suis episcopis illius loci imperpetuum sine occasione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum quorumcunque, reddendo nobis et hæredibus nostris pro qualibet vacatione episcopatus illius, si per unum annum integrum duraverit quatuor viginti et tresdecim libras novem solidos et octo denarios, ad quos episcopatus loci illius taxatur annuatim, et si vacatio episcopatus prædicti duraverit ultra unum annum tunc capitulum ecclesiæ illius pro rata temporis quo vacatio illa ultra annum duraverit de predictis quatuor viginti et tresdecem libris novem solidis et octo denariis plus solvat, et si minori tempore duraverit quam per annum tunc pro rata temporis illius de prædictis quatuor viginti et tresdecim libris novem solidis et octo denariis per minus solvat. Et volumus et concedimus pro nobis et hæredibus nostris quod prædictum capitulum et successores sui imperpetuum habeant et teneant custodiam episcopatus prædicti singulis temporibus vacationum ejusdem in forma prædicta per quascunque temporis duraverint vacationes ejusdem ecclesiæ. Ita quod nullus escaetor, vicecomes, seu alius ballivus vel minister noster quicunque aut hæredum nostrorum de custodia episcopatus prædicti maneriorum aut aliarum rerum seu bonorum quorumcunque, ad dictum episcopatum spectantium quoquo modo ratione vacationis illius, seu in aliquo intromittat, hoc tamen excepto, quod escaetor, vel alius minister noster, seu hæredum nostrorum, qui pro tempore fuerint infra aliquod manerium episcopatus

prædicti in principio vacationis ejusdem, quandam simplicem seisinam nomine nostri dominii Regii capiat, et ea sic capta statim exinde recedat absque fidelitate seu recognitione ab aliquo tenente dicti episcopatus vel aliquo alio inde capiendo seu etiam asportando. Ita quod ultra unum diem occasione seisinæ prædictæ moram ibi non faciet, nec aliquem ibidem substituat loco sui. Volumus insuper et concedimus pro nobis et hæredibus nostris, quod si nos forsitan vel hæredes nostri, qui tempore vacationis episcopatus predicti exercitum nostrum fecimus summoneri predictum capitulum, et successores sui, de prædictis dominiis et feodis militum episcopatus illius in manibus ipsius capituli tunc existentibus ad servicium in eodem exercitu faciendum immune teneantur nec occasione illius molestentur in aliquo seu graventur, sed inde penitus sint quieti. Salvis tamen nobis et heredibus nostris serviciis de feodis militum, si quæ teneantur de episcopatu prædictis temporibus vacationum ejusdem, et ad nos pertineant ratione exercitus predicti. Salva etiam nobis et heredibus nostris custodia terrarum et tenementorum seu reddituum, si quos episcopi loci illius in feodo ex nunc adquisierunt per escaetores, seu alios ministros nostros episcopatum predictum retinendi. Ita tamen quod ratione custodiæ terrarum et tenementorum seu redditum, hujusmodi escaetoris seu alius ministri nostri vel heredum nostrorum episcopatum prædictum nullatenus ingrediatur, nec de episcopatu prædicto seu aliquibus ad eum nunc pertinentibus se intromittat aliter quam in forma supradicta. In cujus, etc.

Teste Rege apud Westmonasterium 4 die Martii per ipsum Regem nunciante magistro Th. de Charleton.

DCCCLVIII.

QUIT-CLAIM BY MADOC AP REES TO MEURIC WAR AP MEURIC VACHAN OF KILVEY OF LAND IN TYR TANGUSTEL IN KYLVEY.

[FRANCIS MS.]

SUNDAY AFTER ST. GEORGE'S DAY. 4 EDW. II. 18 APRIL, 1311.

Pateat universis per presentes quod ego MADOCUS ap REES tam pro me quam pro heredibus meis et assignatis sive executoribus meis remisi relaxavi et omnino quiete clamavi imperpetuum MEURIC WAR ap MEURIC VACHAN de KYLVEY heredibus suis et assignatis totum jus et clamium quod habui vel aliquo modo habere potui in illa terra que vocatur TYR TANGUSTEL in KYLVEY ratione quarundam expensarum quas circa eandem terram quondam feci quas quidem dictas expensas predictus MEYRIC WAR mihi plenarie restituit ita quod nec ego nec heredes mei neque assignati neque executores mei nec aliquis alius per me vel pro me seu nomine meo versus prefatum MEURIC WAR heredes suos vel assignatos aliquam actionem calumpniam sive demandam ratione dicte terre sive dictarum expensarum exigere vel habere sive vendicare poterimus inperpetuum. In cujus rei testimonium presentibus sigillum meum apposui. Hiis testibus . KENEWRICO VACHAN tunc senescallo de KYLVEY . JOHANNE TUDER clerico . WYLYM ap MEYRIC VACHAN . PHILIPPO VACHAN . HOWEL ap MORGAN . et multis aliis. Datum apud KYLVEY die Dominica proxima post festum Sancti GEORGII martiris anno regni Regis EDWARDI filii EDWARDI quarto.

DCCCLIX.

GRANT BY THOMAS DE WILDECREK TO WILLIAM GRANT OF A BURGAGE IN KERDIF, AT THE RENT OF A ROSE AT MIDSUMMER.

[MARGAM CHARTER.]

LATE 13TH CENTURY.

Sciant presentes et futuri quod ego THOMAS de WILDECREK filius et heres ROBERTI de WILDECREK dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi WILLELMO GRANT pro servicio suo unum burgagium in villa de KERDIF quod quidem burgagium extendit se in longitudinem a via communi ex parte occidentis usque ad burgagium quondam WALTERI QUINTREL ex parte orientis . et jacet in latitudine inter murum dicte ville ex parte boreali et burgagium quondam JOHANNIS LONG ex parte australi. Habendum et tenendum dictum burgagium cum suis pertinenciis sibi et heredibus suis vel assignatis de domino capitali illius feodi pro me et heredibus meis vel assignatis libere quiete bene et pacifice jure hereditario inperpetuum. Reddendo inde annuatim et faciendo domino capitali redditus et servicia debita et consueta michi vero et heredibus meis vel assignatis unam rosam ad festum Nativitatis Sancti JOHANNIS BAPTISTE pro omni servicio seculari et demanda. Ego vero dictus THOMAS et heredes mei vel assignati dicto WILLELMO et heredibus suis vel assignatis dictum burgagium cum suis pertinenciis contra omnes mortales inperpetuum warentizabimus [et] acquietabimus. Ut hec autem mea donacio concessio et hujus carte mee confirmacio rata sit et stabilis presentem cartam sigilli mei inpressione roboravi.

Hiis testibus . JOHANNE de LANRIRID . HENRICO BRONING tunc prepositis burgi de KERDIF . WILLELMO WALLOT . MAURICIO CLEMENT . HUGONE BEAUPEYNNE . RICARDO LUDE . RICARDO ELYS . et multis aliis.

Seal wanting.

Endorsed—'Cardyff.'

DCCCLX.

QUIT-CLAIM BY JOHN, SON OF HENRY DE BONEVYLE, TO MARGAM, OF TWENTY SHILLINGS ANNUALLY OUT OF A RENT OF FORTY SHILLINGS DUE TO HIM BY THE ABBEY FOR A TENEMENT IN BONEVYLESTON.

[MARGAM CHARTER.]

SUNDAY AFTER MIDSUMMER DAY. 1312.

Notum sit omnibus ad quorum notitiam hoc presens scriptum pervenerit quod ego JOHANNES de BONEVYLE filius et heres HENRICI de BONEVYLE pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessi remisi et omnino quietum clamavi pro me et heredibus meis et assignatis imperpetuum Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et m. i. D. s. et servituris viginti solidos annuatim de illis quadraginta solidis annui redditus quos mihi et antecessoribus meis predicti monachi pro tenemento de BONEVYLESTON annuatim reddere consueverunt. Ita quod nec ego dictus JOHANNES nec aliquis heredum meorum sive assignatorum in predictos viginti solidos annui redditus aliquid juris aut clamii de prefatis monachis vel eorum successoribus decetero valeamus vendicare vel exigere neque in dominio neque in servicio imperpetuum. Pro hac autem concessione remissione et omnimoda quieta clamacione mea facta pro me et heredibus meis et assignatis de predictis viginti solidis annui redditus dederunt michi prefati monachi viginti libras sterlingorum premanibus. Et ego JOHANNES et heredes mei et assignati de dictis viginti solidis annui redditus dictos monachos et eorum successores versus quoscunque homines et feminas acquietabimus et defendemus imperpetuum. Et ut hac mea concessio remissio et omnimoda quieta clamacio facta tam pro me quam pro heredibus meis et assignatis ut predictum est rata et stabilis imperpetuum perseveret huic presenti scripto sigillum meum apposui et eciam sigilla dominorum PAGANI de TURBERVYLE et LEYSANI de AVENE . apponi procuravi. Hiis testibus . JOHANNE le BOTYLER .

Petro Baudewyn . Willelmo Turbervyle . Willelmo de Cornely . Willelmo Grammous . et multis aliis.

Datum apud Margan die Dominica proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptiste . anno Domini millesimo trescentesimo duodecimo.

Three seals.

1. In red wax, a hexagon, $\frac{3}{4}$in. diam. A shield of arms, chequy, a fess ermine between three wavy sprigs.

Legend—' +s' . pagani de . turbervile.'

2. Seal. Red wax, $\frac{3}{4}$in. diam. A mere fragment.

Legend—' + s . . . . onevil.'

3. Seal gone.

Endorsed—' Carta Johannis de Bonevile de xx. solidis annui redditus.'

DCCCLXI.

INQUEST IN THE COUNTY COURT OF GLAMORGAN BEFORE ROBERT DE GRENDONE, SHERIFF, BY WHICH THE ABBOT OF MARGAM PROVES HIS CLAIM TO WRECK BETWEEN AVAN AND KENFIG.

[Margam Charter.]

Monday before St. Barnabas' Day. 4 June. 6 Edw. II. 1313.

Comitatus Glamorgancie tentus coram Roberto de Grendone vicecomite Glamorgancie die Lune proxima ante festum Sancti Barnabe apostoli, anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi sexto. Ad quem comitatum abbas de Margan in pleno comitatu tulit breve domini comitis directum domino Roberto de Grendone vicecomiti Glamorgancie et domino Willelmo de Evertone thesaurario Kaerdif in hec verba:—

Gilbert de Clare counte de Gloucestre e de Hertford a nostre chier e foel monsire Robert de Grendone nostre viscounte de Glamorgan e sire

WILLIAM de EVERTONE nostre tresurer de KAERDIF salutz. Monstre nous ad nostre chier e ame religious labbe de MARGAN qe nos ministres ount purpris sur ly les issiwes e les profitz de un wrek, qe nadgweres vint sur les terres le dit abbe entre AVENE e KENEFEG queux il cleyme come del doun de nos auncestres, e dount il nous ad monstre chartre de nos ditz auncestres. Par quei nous vous maundoms qe vus enquergez par bons e leaux de celes parties si le dit abbe e ces predecessours eyent eu e use de aver wrek en le Liu susdit, e si cel wrek vint en le Liu contenu dedents les boundes de leur chartre, ou aillours. E si vous trouez par cele enqueste qe le dit abbe e ces predecessurs eyent este seisiz du wrek, e cel wrek fust trouez dentz les boundes compris dentz leur chartre, adounkes facet au dit abbe retorner quant qe nos ministres ount pris e receu de cel wrek en nostre nous. E vous tresurer de ceo qe vus deliuerez en la fourme susdite aueret duwe allowaunce sur vostre acounte par remembraunce fete entre le dit abbe e vous, e la tesmoinaunce de vous viscounte . e par cesti bref. Escrit a STRATFORD le XIIJ. jour de Maij . Lan du Regne le Roi EDWARD sisme. [12 MAY, 1313.]

Pretextu cujus mandati capta est inde inquisicio in pleno comitatu isto per JOHANNEM le NORREYS . WILLELMUM de BERKEROLES . DAVID de la BERE . JOHANNIS [sic] de WYNCESTRE . PHILIPPI le FFLEMMY[N]G . THOME BASSET . HENRICI de LANDEFEY . JOHANNIS DENEYS . HOWEL de ROILLY . WILLELMI de SEYNTEMARIECHURCHE . et MADDOK VAUGHAN. Qui dicunt super sacramentum suum quod dictus abbas et ejus predecessores seisiti exstiterunt de omnimodo wrekko proveniente super terram eorundem infra bundas contentas in carta ipsorum, et seisinam suam a tempore confectionis dicte carte per antecessores domini comitis eisdem inde confecte hucusque absque temporis interrupcione continuaverunt. Et quod predictum wrekkum unde dictus abbas dicit se per ministros domini comitis impediri, eo quod ipsi exitus et proficua illius wrekki appropriaverunt ad opus domini comitis, inventum fuit infra bundas in carta eorundem contentas, et per fluxum maris super terram ipsorum infra dictas bundas projectum et cet'. Ideo consideratum est quod omnes exitus illius wrekki, sic ad

opus domini comitis per ministros suos appropriati, per predictum WILLELMUM de EVERTONE thesaurarium KAERDIF, predicto abbati plenarie deliberantur secundum proportum waranti sui, et cet'.

Only one seal of the jurors remains, dark green wax, ⅝in. hexagonal; a shield of arms: a cross fleury between 12 [billets?] in saltire.

'+ S' IOH'I . . . . . . N . . . . . . IS.'

Endorsed—'Comitatus Kerdif pro wrecco.' And in a later handwriting—'An Inquisicion wherin hit is found that thobbat of Margan oweght to haue wrekkes betwyxt Avon and Kenfeg. 6 E. 2.'

DCCCLXII.

GRANT BY LEUKY, DAUGHTER OF MEURIC COYG AP JERUART, TO SIR ROBERT DE PENRES, KNT., OF LAND BETWEEN PENMENUD AND PANTGLAS IN THE FEE OF LLANDIMOR.

[MARGAM CHARTER.]

6 NOV. 8 EDW. II. 1314.

Sciant presentes et futuri quod ego LEUKY filia et heres MEURICI COYG' ap JERUART dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino ROBERTO de PENRES militi decem acras terre cum pertinenciis in feodo de LANDIMOR que jacent insimul inter PENMENUD et PANTGLAS. Habendum et tenendum dicto domino ROBERTO et heredibus suis et assignatis libere quiete bene et pacifice jure hereditario in perpetuum. Reddendo inde annuatim domino capitali feodi illius unum sertum rosarum ad festum nativitatis beati JOHANNIS BAPTISTE pro omnibus serviciis secularibus exaccionibus et demandis ad dictam terram spectantibus. Et ego vero dicta LEUKY et heredes mei ac assignati predictas decem acras terre cum pertinenciis suis sicut predictum est contra omnes homines

et feminas warentizabimus et defendemus in perpetuum. In cujus rei testimonium presentem cartam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus . Ricardo de Penres . Johanne de Penres . Willelmo de Lamare . Roberto de Lamore . Johanne Sloge . Ada Cauan . Thoma de Landewy et aliis. Datum apud Penmenud sexto die Novembris anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi octavo.

Seal gone.

DCCCLXIII.

EXTRACT FROM THE INQUISITION AFTER DEATH OF GILBERT DE CLARE, EARL OF GLOUCESTER AND HERTFORD.

[Inq. P. M. 8 Edw. II. No. 68.] 1314—1315.

Morgan abbatia [advocatio abbatie Cisterciensis ordinis.]

DCCCLXIV.

REQUEST BY WILLIAM DE BREWOSE, FOR RESPITE OF A DEMAND FOR QUEEN-GOLD.

[Rolls of Parl., 8 Edw. II.] 1314—1315.

A nostre seigneur le Roy monstre William de Brewouse que par la ou il paia son relefs deu apres la mort son auncestre . pur son heritage au Roi Edward . quy mort est c'est asavoir cent mars pur sa baronie de Brembre et cent soutz pur sa terre de Gowher en Gales que est tenue pur un fie de chivaler solonc la fourme et l'ordinance de la grant chartre le Roi Henry des franchises d' Engleterre les ministres Margarete jadis Reyne d' Engleterre suunt par bref de lever le dit William x. mars et x. soutz pur l'or la dite Reyne par reson

de les ditz relefs auxi come mesme celuy WILLIAM ust fait fyn au Roi pur autres choses. Par quoi le dit WILLIAM prie remedie de ceste duresce, etc.

Responsio. Responsum est, etc. Mandetur thesaurario et baronibus de scaccario quod demandam poni faciant in respectum usque proximum parliamentum et interim cessent districtiones. Et tunc discutiatur si Regina in casu illo habere debeat aurum suum.

When a fine or voluntary aid was made to the King, and any favour was granted to the donor, the Queen Consort was entitled to one-tenth, but in excess of the sum.

DCCCLXV.

GRANT BY WILLIAM DE BREUWOUSA, LORD OF LANDIMOR, SON AND HEIR OF SIR WILLIAM DE BREUWOUSA, TO SIR ROBERT DE PENRES, KNT., OF LAND IN THE FEE OF LANDIMOR.

[MARGAM CHARTER.]

14 JAN. 8 EDW. II. 1314. [1315.]

Sciant presentes et futuri quod ego WILLELMUS de BREUWOUS[A] dominus de LANDIMOR filius et heres domini WILLELMI de BREUWOS[A] dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino ROBERTO de PENRES militi unam dimidiam acram terre cum pertinentiis in PENMUNYTH in feodo de LANDIMOR que jacet inter quamdam terram que vocatur GOUDOU in parte orientali et terram DAVID COH in parte occidentali et extendit se a via regali ducente de LANDIMOR versus LANGENYTH in parte boriali usque ad terram dicti DAVID COH in parte australi. Habendum et tenendum dictam dimidiam acram terre cum pertinentiis de me et heredibus meis et assignatis dicto domino ROBERTO heredibus suis et assignatis libere quiete bene pacifice jure hereditario in perpetuum. Reddendo inde annuatim michi et heredibus meis et assignatis dictus dominus ROBERTUS et heredes sui et assignati unam rosam si petita fuerit in festo Sancti JOHANNIS

BAPTISTE pro omni servicio et consuetudine seculari exactione et demanda. Et ego vero dictus WILLELMUS et heredes mei et assignati dictam dimidiam acram terre cum pertinentiis prefato domino ROBERTO heredibus suis et assignatis contra omnes gentes warentizabimus acquietabimus et defendemus in perpetuum. In cujus rei testimonium hanc presentem cartam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus . DAVID de la BERE . JOHANNE de la BERE . PETRO de la BERE . JOHANNE de PENRES . WILLELMO de LAMARE . ROBERTO MOXSEL . JOHANNE SELEWOLD . JOHANNE MEURIC . DAVID CARMA' . et aliis.

Datum apud LANDIMOR quarto decimo die Januarii anno Domini millesimo tricentesimo quarto decimo et etiam anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI octavo.

Seal wanting.

Endorsed—'Penmynidd in Landymour.'

DCCCLXVI.

GRANT BY WILLIAM DE BREUWOUSA, LORD OF LANDIMOR, SON AND HEIR OF SIR WILLIAM DE BREUWOUSA, TO SIR ROBERT DE PENRES, KNT., OF THE LAND WHICH DAVID AP OUWEL HELD IN REUROZ IN THE FEE OF LANDIMOR.

[MARGAM CHARTER.]

14 JAN. 8 EDW. II. 1314. [1315.]

Sciant presentes et futuri quod ego WILLELMUS de BREUWOSA dominus de LANDIMOR filius et heres domini WILLELMI de BREUWOSA dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino ROBERTO de PENRES militi totam terram illam quam DAVID ap OUWEL . aliquo tempore melius et plenius habuit et tenuit in REUROZ in feodo de LANDIMOR simul cum omnibus boscis, pratis,

pascuis, pasturis, planis, vastis, libertatibus, liberis consuetudinibus et quibuscunque aliis pertinenciis suis eidem terre quoquo modo spectantibus. Habendum et tenendum omnia predicta tenementa cum pertinenciis de me heredibus meis et assignatis prefato domino ROBERTO heredibus suis et assignatis libere quiete bene pacifice jure hereditario imperpetuum. Reddendo inde annuatim michi heredibus meis et assignatis dictus dominus ROBERTUS heredes sui et assignati duos denarios in festo Sancti MICHAELIS pro omni servicio et consuetudine seculari exactione et demanda. Pro hac autem donacione concessione et hujus presentis carte mee confirmacione dedit michi predictus dominus ROBERTUS quatuor marcas argenti pre manibus. Et ego vero dictus WILLELMUS heredes mei et assignati omnia predicta tenementa cum pertinenciis antedicto domino ROBERTO heredibus suis et assignatis contra omnes gentes per redditum antedictum warantizabimus. Et ut hec mea donatio concessio et hujus presentis carte confirmacio perpetua gaudeat firmitate . hanc presentam cartam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus . DAVID de la BERE . JOHANNE de la BERE . JOHANNE de PENRES . WILLELMO de LAMARE . RICARDO LUPO . AMUNDO TURBERVYLE . ROBERTO MOXSEL . JOHANNE SELEWOLD . THOMA de LANDEWY et aliis.

Datum apud LANDIMOR quartodecimo die Januarii anno Domini millesimo tricentesimo quarto decimo . et eciam anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI octavo.

The seal is wanting.

Endorsed—'Reuroz . Rewrowgh in feodo de Llandymore.'

DCCCLXVII.

ROYAL WRIT TO BARTHOLOMEW BADELESMERE, WARDEN OF GLAMORGANSHIRE, TO ALLOW LEYSAN DE AVENE TWENTY MARKS TOWARDS HIS EXPENSES OF MAINTAINING KENFIG CASTLE.

[Rot. Claus., 8 Edw. II., Mem. 13.]

13 March. 1315.

Rex dilecto et fideli suo Bartholomeo de Badelesmere custodi terre de Glamorgan in manu sua existentis salutem.

Supplicavit nobis Leysandus de Avene per peticionem suam coram nobis et consilio nostro exhibitam quod cum ipse nuper tempore guerre in partibus de Morgannon per quosdam Wallenses suscitate circa conservacionem pacis nostre ibidem et tumultus ipsorum Wallensium sedandos ac defensionem castri nostri de Kenefez de suo proprio usque ad summam quadraginta marcarum et amplius expendisset velimus ei aliquam recompensacionem facere graciose, Nos licet idem Leysandus ad defensionem terrarum et bonorum suorum teneatur volentes tamen ei graciam facere in hac parte concessimus ei viginti marcas in subsidium expensarum suarum predictarum hac vice de dono nostro. Et ideo vobis mandamus quod eidem Leysando dictas viginti marcas de exitibus terre predicte liberetis et nos vobis inde in compoto vestro debitam allocacionem habere faciemus.

Teste Rege apud Westmonasterium xiij. die Marcii per peticionem de consilio.

DCCCLXVIII.

QUIT-CLAIM BY MARGERIA DE LECTO TO SIR ROBERT DE PENRES, KNT., OF LAND IN REUROZ, IN THE FEE OF LANDIMOR.

[MARGAM CHARTER.]

31 MARCH. 8 EDW. II. 1315.

Pateat universis per presentes quod ego MARGERIA de LECTO remisi relaxavi et omnino pro me et heredibus meis et assignatis quietum clamavi domino ROBERTO de PENRES militi heredibus suis et assignatis inperpetuum totum jus et clamium quod habeo habui vel aliquo modo habere potero in tota terra illa quam DAVID ap OUWEL aliquo tempore melius et plenius habuit et tenuit in REUROZ in feodo de LANDIMOR. Et eciam in omnibus boscis, pratis, pascuis, pasturis, planis, vastis, libertatibus, liberis consuetudinibus et quibusdam aliis pertinenciis suis eidem terre quoquo modo spectantibus. Ita videlicet quod nec ego predicta MARGERIA nec heredes mei nec assignati nec aliquis per nos vel pro nobis seu nomine nostro aliquod juris vel clamii in prefatis tenementis cum pertinenciis de cetero exigere clamare vel vendicare poterimus set per presens scriptum ab omni accione simus exclusi in perpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . DAVID de LABERE . JOHANNE de LABERE . JOHANNE de PENRES . WILLELMO de LAMARE . RICARDO LUPO . AMUNDO TURBERUYLE . ROBERTO MONXEL . JOHANNE SELEWOLD . THOMA de LANDEWY et aliis.

Datum apud SWEYNESEYAM ultimo die Marcii anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI octavo.

Seal, green wax, a fragment about $1\frac{1}{8}$in. diam. Device, a lion rampant combatant with a wyvern.

Legend—' +PRI[VE . SV . E .] POI . CONV.'

Endorsed—' Reverouze,' and ' Rewrowghe in feodo de Landimore.'

DCCCLXIX.

GRANT BY WILLIAM, SON OF SIR WILLIAM DE BREWOSA, AND LORD OF LANDIMOR, TO ROBERT DE PENRES, KNT., OF A PLACE FOR A WEIR [GURGES] BETWEEN WYNFROYD, POLTIMORE, AND TRAYCHANWELT.

[MARGAM CHARTER.]

13 APRIL. 8 EDW. II. 1315.

Sciant p. et f. quod ego WILLELMUS de BREWOSA filius et heres domini WILLELMI de BREWOSA dominus de LANDIMOR dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino ROBERTO de PENRES militi unum locum aptum ubi elegerit ad faciendum unum gurgitem inter WYNFROYD et POLTIMORE et TRAYCHANWELT. Habendum et tenendum dictum gurgitem ad faciendum et reparandum ac removendum per spatium unius furlangi in partibus orientali, occidentali, australi, et boriali in loco premisso . prefato domino ROBERTO heredibus suis et assignatis libere, quiete, bene, pacifice, jure hereditario inperpetuum. Reddendo inde annuatim michi et heredibus meis dictus dominus ROBERTUS heredes sui et assignati duodecim denarios in festo Sancti MICHAELIS pro omni servicio et consuetudine seculari exaccione et demanda. Et ego vero dictus WILLELMUS et heredes mei predictum locum infra fines premissas per spatium unius furlangi in quatuor partibus ut premittitur prefatis domino ROBERTO heredibus suis et assignatis contra omnes gentes per redditum antedictum warentizabimus acquietabimus et defendemus in perpetuum. In cujus rei testimonium hanc presentem cartam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus . RICARDO de PENRES . JOHANNE de PENRES . JOHANNE de LANGETON . WILLELMO de LAMARE . HENRICO DAVY de LANDIMOR . JOHANNE THOMAS . JOHANNE MOURIC . JOHANNE de LAMARE filio ROBERTI de LAMARE . THOMA de LANDEWY et aliis. Datum apud PENRES terciodecimo die Aprilis anno

Domini millesimo tricentesimo quinto decimo . et etiam anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi octavo.

One seal, red wax, 1in. by ⅝in. Device, a bust in profile to the left, couped at the neck.

'. . . SIGI . . . . . . DEGVISE.'

Endorsed—' Wynfrod cum furlon' ad faciendum gurgitem.'

DCCCLXX.

GRANT BY WILLIAM, SON AND HEIR OF SIR WILLIAM DE BREUWOSA, AND LORD OF LANDIMOR, TO SIR ROBERT DE PENRES, KNT., OF SPECIALLY MEASURED LANDS AT WYNFROYD, IN THE FEE OF LANDIMOR.

[Margam Charter.]

13 April. 8 Edw. II. 1315.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus de Breuwosa filius et heres domini Willelmi de Breuwosa dominus de Landimor dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino Roberto de Penres militi sex acras et dimidiam et quartam partem unius acre terre arabilis prati et bosci cum omnibus libertatibus liberis consuetudinibus et pertinenciis suis apud Wynfroyd in feodo de Landimor mensuratas per liberam virgam viginti duorum pedum de pede domini Regis . Quarum acrarum dimidia acra et quarta pars unius acre jacent inter Wynfroyd in parte orientali et terram Ade filii Griffini ap Jeruart in parte occidentali . una acra et dimidia terre jacent inter terram Lewelin ap Cadugan in parte australi et boscum meum in parte boriali . dimidia acra et quarta pars unius acre terre jacent inter terram Philippi ap Griffyth ap Jeruart in parte orientali et terram David ap Jeuani Goz in parte occidentali . quarta pars unius acre terre jacet inter terram dicti Philippi in parte occidentali et vastum meum in parte orientali . dimidia acra terre inter terram Ouweli ap Griffyth ap

JERUART in parte occidentali et terram dicti DAVID in parte orientali . dimidia acra et quarta pars unius acre prati jacet inter pratum HENRICI DAUKYN in parte orientali et pratum dicti PHILIPPI in parte occidentali . due acre et quarta pars unius acre jacent in duobus locis videlicet inter boscum dicti PHILIPPI in parte orientali et vastum feodi de LANDIMOR in parte occidentali ac inter terram meam in parte australi et terram JERUART ap GRIFFITH in parte boriali ac inter boscum OUWELI ap GRIFFYTH in parte occidentali et WYNFROYD in parte orientali. Pro septem marcis argenti michi premanibus persolutis. Habendum et tenendum omnia predicta tenementa cum omnibus libertatibus liberis consuetudinibus et pertinenciis suis in ENGLECHERIAM[1] dicto domino ROBERTO heredibus suis et assignatis libere quiete bene pacifice jure hereditario in perpetuum. Reddendo inde annuatim michi et heredibus meis dictus dominus ROBERTUS heredes sui et assignati unum sertum rosarum in festo nativitatis Sancti JOHANNIS BAPTISTE pro omnibus serviciis et consuetudinibus secularibus exactionibus et demandis. Et ego vero dictus WILLELMUS et heredes mei omnia predicta tenementa cum omnibus libertatibus . liberis consuetudinibus . et aliis pertinenciis suis dicto tenemento quoquomodo spectantibus prefato domino ROBERTO heredibus suis et assignatis contra omnes gentes warantizabimus acquietabimus et defendemus in perpetuum In cujus rei testimonium hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . RICARDO de PENR[ES] . JOHANNE de PENR[ES] . JOHANNE de LANGETON' . WILLELMO de la MARE . HENRICO DAVY de LANDIMOR . JOHANNE THOMAS . JOHANNE MEURIC . JOHANNE de la MARE filio ROBERTI de la MARE . THOMAS de LANDEWY et aliis.

Datum apud PENRES terciodecimo die Aprilis anno Domini millesimo tricentesimo quintodecimo . Et etiam anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI octavo.

The seal is gone.

Endorsed—' Wenfrode in Landymour.'

(1) *i.e.* in Englishry.

DCCCLXXI.

GRANT BY HOWEL, SON OF WILLIAM AP HOWEL, TO SIR ROBERT DE PENRES, KNT., OF LAND IN REUROZ, IN THE FEE OF LANDYMOR.

[MARGAM CHARTER.]

12 MAY. 8 EDW. II. 1315.

Sciant p. et f. quod ego HOWELUS filius et heres WILLELMI ap HOWEL dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino ROBERTO de PENRES militi totam terram quam dictus WILLELMUS pater meus melius et plenius quondam habuit et tenuit in REUROZ in feodo de LANDYMOR cum boscis, gravis, pasturis, planis, vastis, et omnibus aliis pertinenciis suis dicte terre quoquomodo spectantibus pro tribus marcis et dimidia michi premanibus persolutis. Habendam et tenendum totam predictam terram cum pertinenciis suis dicto domino ROBERTO heredibus suis et assignatis de capitalibus dominis feodi illius libere, quiete, jure hereditario per servicia de jure debita inperpetuum. Et ego vero dictus HOWELUS et heredes totam predictam terram cum pertinenciis suis predicto domino ROBERTO heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Et quia sigilium meum pluribus est incognitum sigillum PHILIPPI SCORLAGE eidem carte apponi procuravi. Hiis testibus. RICARDO de PENRES. JOHANNE de PENRES. PHILIPPO SCORLAGE. WILLELMO de la MARE. ROBERTO MANXEL. HAMUNDO TURBYRVYLE. THOMA de LANDEWY et aliis.

Datum apud PENRES duodecimo die Maii, anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI octavo, et eciam anno Domini millesimo tricentesimo quintodecimo.

The first of two seals is wanting. The second, a small lump in green wax: shield shaped, an eagle displayed, on a quasi chief the word 'LEL.'

Endorsed—'Rewrowgh in feodo de Landymore' and 'Apud Reveroz.'

DCCCLXXII.

GRANT BY PHILIP DAVY, SON OF DAVID OF LANDIMOR, TO SIR ROBERT DE PENRES, OF LAND, ETC., AT REUROZ IN THE FEE OF LANDIMOR.

[MARGAM CHARTER.] 8 EDW. II. 1315.

Sciant p. et f. quod ego PHILIPPUS DAVY filius DAVID de LANDIMOR dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino ROBERTO de PENRES militi totam terram et tenementum meum cum omnibus vastis et pertinenciis suis in REUROZ in feodo de LAND[IMOR per metas et] bundas suas prout eadem tenementa cum vastis et pertinenciis suis melius et plenius emi de CRADOC ANONIUY (?) pro viginti solidis michi premanibus persolutis. H[abendum et tenendum om]nia predicta tenementa cum pertinenciis prefato domino ROBERTO et heredibus suis et assignatis de capitalibus dominis feodi illius libere quiete bene et pacifice jure hereditario [per servicia jure debita et con]sueta in perpetuum. Et ego vero dictus PHILIPPUS et heredes mei omnia predicta tenementa cum pertinenciis antedicto domino ROBERTO heredibus suis et assignatis con[tra omnes gentes war]antizabimus et defendemus inperpetuum. In cujus rei testimonium hanc presentem cartam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus RI . . . . JOHANNE de LANGETON . WILLELMO de LAMARE . ROBERTO MOXEL . HAMUNDO TURBERUYLE . THOME de LANDEWY et aliis.

Datum apud Lo[ZCHARNE (?) . . . . anno Domini] millesimo tricentesimo quintodecimo et eciam anno regni Regis EDWARDI filii domini EDWARDI octavo.

Seal, with parts of deed, consumed by rats.

Endorsed—'Reuroze.'

DCCCLXXIII.

LEASE FOR TWO LIVES BY SIR ROBERT DE PENRES TO MAURICE ADAM AND CRISTINA HIS WIFE OF TENEMENTS AT WENFROD, MEASURED BY THE LANDYMOR PERCH OF 22 FEET.

[MARGAM CHARTER.]

26 OCT. 9 EDW. II. 1315.

Hec est convencio facta inter dominum ROBERTUM de PENRES ex una parte et MAURICIUM ADAM et CRISTINAM uxorem ejus ex altera . videlicet quod idem ROBERTUS concessit et tradidit eisdem MAURICIO et CRISTINE ad terminum vite amborum omnia tenementa sua apud WENFROD tam terram arabilem quam pratum, gravam, et vastum cum pertinenciis suis. Habendum et tenendum omnia predicta tenementa predictis MAURICIO et CRISTINE dum vixerint de predicto domino ROBERTO et heredibus suis libere, quiete, bene et in pace. Reddendo inde annuatim predicto ROBERTO et heredibus suis de predictis MAURICIO et CRISTINE dum vixerint pro qualibet acra tam terre arabilis quam prati, grave, et vasti, per virgam de LANDYMOR viginti duorum pedum sexdecim denarios sterlingorum . videlicet ad festum Pasche et ad festum Sancti MICHAELIS equis porcionibus pro omnibus aliis serviciis. Salvis regali servicio tante terre pertinente et secta duarum curiarum per annum per rationabilem summonicionem et etiam secta molendini predicti ROBERTI. Et cum idem MAURICIUS obierit, dabit quinque solidos vel meliorem bestiam suam pro herieto suo in eleccione ipsius ROBERTI et heredum suorum. Et si dicta CRISTINA ante virum suum obierit nullum herietum dabit . set si eum supervixerit . plenum persolvet herietum in forma prenotata. Debent etiam sepedicti MAURICIUS et CRISTINA . supra predicta tenementa manere . nec licebit eisdem alicui terminum suum dare, vendere vel legare. Et predictus ROBERTUS et heredes sui omnia predicta tenementa cum pertinenciis suis predictis MAURICIO et CRISTINE contra omnes

gentes per predictum terminum warantizabunt et defendent. Et post obitum illorum MAURICII et CRISTINE omnia predicta tenementa cum pertinenciis predicto ROBERTO et heredibus suis integre revertentur. Concessit tamen dictus ROBERTUS quod heredes dictorum MAURICII et CRISTINE pro dicta terra emenda pre omnibus aliis sint propinquiores si tantum quantum aliquis alius dare voluerint. In cujus rei testimonium predicti dominus ROBERTUS et MAURICIUS presentibus scriptis indentatis sigilla sua alternatim apposuerunt. Hiis testibus . DAVID de la BEERE . ROBERTO de la MARE . JOHANNE VOYL . JOHANNE MEYRUC de LANDYMOR . HENRICO DAVY . et aliis.

Datum apud PENRES vicesimo sexto die Octobris anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI nono.

Seal gone.

Endorse—' Wenfrode . Landimore.'

The word C . I . R . O . G . R . A . F . U . M . cut across in the indenture at the top of the deed.

DCCCLXXIV.

GRANT BY PAGAN DE TURBERVILE TO JOHN ALGER AND MATILDIS, DAUGHTER OF HAMUND DE TURBERVILE, OF LAND AT HENRIESTON, NEAR EWENNY.

[FONMON MS.] CIRCA 1316.

Sciant presentes et futuri quod ego PAGANUS de TURBERVILE dominus de COYTIF filius et heres domini RICARDI de TURBERVILE dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi JOHANNI ALGER et MATILDI filie HAMUNDI de TURBERVILE consanguinee mee sex acras terre mee arabilis de HENRIESTON quas prius de me tenuit THOMAS JOVE ad voluntatem meam que quidem sex acre jacent a parte boreali pontis de EWENY in latitudine inter viam que tendit a dicto ponte versus HENRIESTON et parvum cursum aque que

currit a parte australi inter eandem terram et pasturam prioris de Eweny que vocatur Milleham in longitudine vero ipse sex acre se extendunt versus orientem ad predictam moram et ad pratum quod de me tenet Sely le Makere de Novo Castro. Predicta autem mora in latitudine jacet inter dictam viam que ducit versus Henrieston et pratum predicti Sely in longitudine vero versus orientem unum capud se extendit ad pratum quod quondam fuit Henrici de Turbervile et versus occidentem unum capud se extendit ad predictam terram. Habendum et tenendum predictas sex acras terre et moram predictam et cum aliis suis pertinenciis quibuscunque de me et heredibus meis vel assignatis in perpetuum. Reddendo inde annuatim michi et heredibus meis predictis Johanni et Matildi et heredibus vel assignatis eorum libere et quiete bene et in pace integre et jure hereditario meis vel assignatis meis duos solidos argenti pro omnibus serviciis et consuetudinibus secularibus et demandis. Salvis michi et heredibus meis vel assignatis meis duobus sectis tantum faciendis per annum ad curiam meam de Coytif per rationabilem summonicionem una scilicet ad primam curiam quam teneri contingat post festum beati Michaelis et alia ad curiam primo tenendam post la Hokedaye. Ego vero predictus Paganus vel heredes mei vel assignati mei predictas sex acras terre cum mora predicta predictis Johanni et Matildi et eorum heredibus vel assignatis contra omnes mortales warantizabimus acquietabimus et defendemus in perpetuum. In cujus rei testimonium hanc cartam meam presentem sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . Philippo Purbygge . Alano Dhedeneck . Johanni Denys . Willelmo filio Hamundi de Turbervile . et Roberto de Cantelow . tunc senescallo meo et multis aliis.

Henrieston is now known by the more appropriate, and probably more correct name of Heronston, and is a farmhouse about three-quarters of a mile above Ewenny Bridge, and quarter of a mile from the right bank of the Ewenny river. Milleham is the meadow attached to the large mill which is still standing near the bridge. La Hokedaye is the second Tuesday after Easter. The land granted lay opposite and a little below the Abbey, on the other side of the river.

Pagan or Payn de Turbervile, of Coyty, son of Richard and grandson of Gilbert, had charge of the Honour of Glamorgan, the accounts for which during his charge were rendered by Gwenllian, his widow, and are in the Pipe Roll, 10 Ed. II., 1316-17. He probably died 1316, since he was alive at the partition of Earl Gilbert de Clare's estates and held Coyty and Llanharry. Payn was succeeded by Gilbert his son and heir.

Matilda, who married John Alger, was daughter of Hamund de Turbervile, and sister of William. According to the Welsh Pedigrees, Sir Richard had a second son, Wilcock, father of Hamund, and therefore, grandsire of William and Matilda Alger, so that Matilda was the grandniece of Payn. This is perfectly possible for Wilcock may have married as early as 1270.

Robert de Cantelow was probably Cantelope of Cantelupeston or Cantleston, at the mouth of the Ogmore.

Abstract of Turbervile settlement 10-11 May, 1803.

1. John Richard Turbervile Turbervile, late Richard Turbervile Picton, of Ewenny House, Esq., and Elizabeth his wife, late Elizabeth Powell, spinster. 2. William Gibbon, of Newton, Esq., and Samuel Richardson, of Hensol Castle, Esq., conveys Ewenny House and lately disparked Park, 600 acres, etc., in Manor and Parish of Ewenny, also in perpetuity Rectory and tythe of Ewenny, and tenements in St. Brides Major, and advowsons of Ewenny, St. Brides Major, Wick, Llandefodwg, and Waterton Farm in Coyty and Coychurch.

Also tenements in Coyty, Coychurch, and Colwinston; garden, etc., in Newcastle; lands in St. Brides Minor, Llangonoyd, Bettws, Tythegston, and Llanharran, late the estate of Philip Lougher, Esq., of Henbreaven deceased; and land in St. Brides Minor called Gwain-y-fynnon, late estate of Rev. John Gamage, fellow of Emmanuel College, Cambridge (cites release between Elizabeth Turbervile, widow, and Richard T. T., late Picton, William Vaughan, gent., John Wood, gent., and George Venables, Lord Vernon, and Thomas Mansel Talbot, Esq.).

Also Marcross Manor freehold, and lands in Gelligarn, Lysworny, Michaelston, Marcross, Newcastle, Llantrisant, St. Brides Minor, St. Fagans, and Ystradyfodwg.

Cites also an indenture, 7 April, 1802, between R. T. T. and Elizabeth his wife, Rev. Robert Rickards, John Harvey Olney, Esq., and Joanna his wife, Sir George Glyn, Bart., John Rice, Esq., and Thomas Weaver, Esq., and Margaret Powell, spinster; mentions also the Rev. Robert Rickards, Edmund Traherne, Esq., John Picton, Esq., Edward Thomas, Esq.

There is a schedule of Welsh estates, and among the tenants are William Jones, Esq., Rev. William Picton, and Henry Knight, Esq.; in Michaelston, Rev. Powell Edwards.

Indenture, 11 May, 1803.—R. T. T. and Elizabeth his wife, Rev. Robert Rickards, of Llantrisant; Edmund Traherne, of Castleton; John Picton, of Poynton, Lieut.-Col. 12th Regiment; Edward Thomas, of Tregross, Esq.; William Gibbon, of Newton, Esq.; Samuel Richardson, of Hensol Castle, Esq.

Sir George Glyn's wife Dame Catherine seems concerned.

Indenture, 8 December, 1827.—Sale of Forch Clydach and Gelliwyon to Thomas Henry Richardson, of Buckland Abbey, county Devon; Richard Turbervile, of Ewenny House; Thomas Thomas, of Pencerrig; Rev. George Thomas, of Ystrad.

Joanna, daughter of Rev. Gervas Powell, deceased, married John Harvey Ollney, Esq.

Margaret Powell, a daughter of Rev. Gervas Powell.

Dame Catherine, daughter of Rev. Gervas Powell, married Sir George Glyn.

Elizabeth, daughter of . . . married R. Turbervile Picton.

Elizabeth, Joan, Margaret, and Catherine, were the four co-heirs of Gervas Powell. They had Milton, a manor, or reputed manor, etc.

Gervas Turbervile, second son of R. T. Turbervile.

DCCCLXXV.

ACKNOWLEDGMENT BY DOM. JOHN GIFFARD, OF BRIMNESFELD, WARDEN OF THE LANDS, ETC., OF GILBERT DE CLARE, LATE EARL OF GLOUCESTER AND HERTFORD, IN GLAMORGAN, TO DOM. PAGAN TURBERVILLE, LATE WARDEN OF THE SAME, OF RECEIPT OF SUNDRY SPECIFIED GOODS.

[H.M. Public Record Office. Miscellanea of the Exchequer $\frac{4}{3}$.]

20 April. 9 Edw. II. A.D. 1316.

Ista indentura testatur quod vicesimo die Aprilis anno regni Regis Edwardi nono Dominus Johannes Giffard de Brimnesfeld custos terrarum et tenementorum que fuerunt Gilberti de Clare quondam comitis Gloucestrie et Hertfordie in Glammorgan et Morgannon recepit de domino Pagano Turberville nuper custode ibidem omnia animalia et alia bona subscripta in partibus predictis inventa, videlicet in castro et manerio de Neeth i. quarterium et dimidium et i. hop' frumenti, xv. quarteria avene, ii. quarteria, i. bussell. et dimidium salis, ii. affros, ix. vaccas et iii. bovettos.

Item in manerio de Laniltwit j. quarterium frumenti, x. quarteria, vii. bussellos mixtillionis, xxviii. quarteria avenarum, ii. affros, et xxx. boves, cxiiij. acras j. rodam terre seminatas ad frumentum, iiij. acras terre seminatas ad fabas, iiij. acras j. rodam terre seminatas ad ordeum, et clviii. acras dimidiam seminatas ad avenas.

Item in manerio de Lanbleth' iiij. quarteria dim. frumenti iiij. quarteria iiij. bussellos et dim. mixtillionis, ii. affros, xviii. boves et iii. vaccas, liiij. acras j. rodam terre seminatas ad frumentum ii. acras et iii. rodas terre seminatas ad fabas, iiij. acras i. rodam terre seminatas ad ordeum et liiij. acras terre seminatas ad avenas.

Item in manerio de Raath vii. quarteria avenarum, iij. affros, xix. boves, i. taurum, viii. vaccas, ii. bovettos, ii. annales et iiij. vitulos, xiii. acras et dim. terre seminatas ad frumentum xxxvii. acras et dimidiam rodam terre seminatas ad fabas. ii. acras et dimidiam terre seminatas ad ordeum, et xxiiii. or acras ij. rodas et dim. terre seminatas ad avenas.

Item in manerio de Stowe j. affrum et viii. boves.

In cujus rei testimonium partes predicte huic indenture sigilla sua alternatim apposuerunt.

Data apud Kaerdif die et anno supradictis.

DCCCLXXVI.

ACCOUNTS OF JOHN GYFFARD OF BRYMMESFELD, WARDEN, ETC., AS ABOVE, OF THE ISSUES OF CERTAIN LANDS, 20 APRIL TO 29 SEPTEMBER.

[H.M. Record Office: Minister's Accounts $\frac{1202}{9}$.]

9 Edw. II. A.D. 1316.

Particula compoti Johannis Gyffard de Brymmesfeld de exitibus terrarum de Glamorgan et Morgannon de ultimo dimidio anno ix. regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi.

Compotus Johannis Giffard de Brymmesfeld custodis terrarum et tenementorum que fuerunt Gilberti de Clare, comitis Gloucestriæ et Hertfordiæ defuncti in manu domini Regis existentium in Glamorgan et Morgannon de exitibus eorundem a xx°. die Aprilis anno regni Regis Edwardi nono usque xxix$^{um.}$ diem Septembris proximo sequentem.

Membr. 1. Villa de Kaerdiff cum castro. Redditus assise, exitus Ville, exitus molendini, exitus piscarie, placita expensa.

2. Manerium de Raath.

3. Leecwith.

Album Monasterium.

Co. Glam.

4. Manerium de LANBLETHYAN cum patria et castro de TALUAN et LANHARY.
LANHARRY.
Villa de COUBRIG.
5. Manerium de LANILTWYT cum RUTHYN.
6. Villa de KENEFEG' cum castro.
Patria de LANGUNITH.
7. Villa de NEETH cum castro.
Manerium de NEETH.
KILTHIBEBILTH.
BRITTONE.
8. Patria de MISKYN et GLYNROTHENY.
Villa de LANTRISSAN cum castro.
Manerium de CLOUNE cum RUGOIS.
PENTIRGH.
RADUR.
9. Patria de SENGHENYTH.
Villa de KAERFILLY cum castro.
Manerium de KAERFILLY cum membris,
10. SUPRA-CAACH, MERTHYR, et EGLUSWLADUS.
11. SUBTUS-CAACH, LAUENDU'.
RETHERY.
Patria de WENTLOK.
12. Villa de NOVO BURGO cum castro.
Comitatus WENTLOK.
13. Manerium de STOWE.
14. Manerium de REMPNY.
15. DYUELEYS.
MAGHAY.
DEFFRENEBOTH.

DCCCLXXVII.

ROYAL WRIT 'AD QUOD DAMNUM,' AND ESCHEATOR'S RETURN THAT WILLIAM DE BREWOSA HOLDS THE BARONY OF GOWER IN CHIEF.

[P.R.O. Inq. ad Q.D., 9 Edw. II., 204.]

9 May. 9 Edw. II. 1316.

Inquisicio facta coram Johanne Waleweyn escaetore Domini Regis citra Trentam apud Brembre die Dominica proxima post festum Ascensionis Domini anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi nono per sacramentum Walteri le Fraunkelayn . Johannis de Pevenese . Roberti Michel . Ricardi le Glovyer . Willelmi de Klothale . Ricardi Serle . Johannis le Barbour . Roberti Wolgar . Willelmi le Duns . Henrici de Bukyngham . Mathei Swyft . Willelmi Josep' . Johannis Hereberd . et Willelmi Styward. Qui dicunt super sacramentum suum quod etc . . . . . . remanent eidem Willelmo de Brewosa ultra donacionem et concessionem predictas etc . . . . . . et Baronia de Gower in Wallia que de domino rege tenetur in capite per servicium unius feodi militis. Et valet per annum in omnibus exitibus ccc$^{li.}$ In cujus rei testimonium predicti jurati huic inquisicioni sigilla sua apposuerunt die et loco supradictis.

Addressed—'Dilecto clerico suo magistro Johanni Walewayn escaetori suo citra Trentam.'

Dated 'Teste meipso apud Westmonasterium ix. die Maii anno regni nostro nono.'

Per breve de privato sigillo.

DCCCLXXVIII.

GRANT IN TAIL BY WILLIAM DE BREWAS, LORD OF GOWER, TO WILLIAM HIS HUNTSMAN AND JOAN HIS WIFE, OF LIBERTY TO HUNT IN PENNARTH WARREN (THE RABBITTING IN THE SAND-BURROWS EXCEPTED), AND FREE TRADING IN GOWER.

[FRANCIS MS.]

[1]7 JUNE. 10 EDW. II. 1316.

Sciant presentes et futuri quod nos WILLELMUS de BREWAS dominus honoris de BREMBER et de GOUHERIA dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus WILLELMO venatori nostro et JOHANNE uxori sue et heredibus suis et assignatis de corporibus eorundem procreatis specialem et plenariam potestatem venandi ac omnimodam venationem cujuscunque generis animalium tam leporum vulpium et cuniculorum quam ceterorum animalium brutorum et volatilium in toto warannio nostro de PENNARTH cunicular io nostro de PENNARTH in la SANBORGHWYS singulis temporibus omnino excepto . . . . . . dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus eisdem WILLELMO et JOHANNE uxori sue heredibus suis et assignatis liberam et plenariam potestatem emendi vendendi ac omnia et singula mercimonia mercandizandi ac eisdem libere et pacifice prout sibi comodius fuerit fruendi et patiendi infra totum dominium nostrum de GOUHERIA. Habendum et tenendum omnes predictas libertates donationes et confirmationes ut premittitur predictis WILLELMO et JOHANNE uxori sue et heredibus suis et assignatis de nobis et heredibus nostris libere quiete bene et in pace jure hereditario imperpetuum. Et nos vero predictus WILLELMUS de BREWAS et heredes nostri omnes predictas libertates donationes et confirmationes stabiles ratas et inconcussas permanentes prenominatis WILLELMO et JOHANNI uxori sue et heredibus suis et assignatis contra omnes mortales warantizabimus et defendemus imperpetuum. Et si contingat nos aut heredes nostros aut aliquem

ballivorum aut ministrorum nostrorum predictos WILLELMUM aut JOHANNEM seu heredes seu assignatos de hujusmodi donatione nostra et concessione molestari perturbare aut aliqua arte vel ingenio aggravare attemptaverimus in futurum quod tunc volumus et concedimus pro nobis et heredibus nostris quod iidem WILLELMUS et JOHANNA uxor sua et heredes sui vel assignati adhereant et intendant cuicumque voluerint. Ita quod tenementum predictum domino nostro Regi ANGLIE et ejusdem intendacionem faciant de omnibus terris et tenementis que de nobis tenent in GOUHERIA. Reddentes eidem domino Regi et nulli[1] alio domino et facientes redditus et servicia que nobis pro tenementis suis predictis facere solebant absque aliqua calumpnia[2] seu contradictione nostrum aut heredum nostrorum. In cujus rei testimonium huic presenti carte nostre sigillum apposuimus. Hiis testibus . RICARDO HAKELUT tunc senescallo GOUHERIE . DAVID de la BEERE . ROBERTO de PENRES militibus . ROBERTO PENBRUGGE . JOHANNE TESTARD . ELIA de RAILI . PHILIPPO SCURLAG et aliis. Data apud HANNYS' septimo . . . . . . die Junii Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI decimo . . . . . .

(1) nullo, MS. (2) calumpnea, MS.

DCCCLXXIX.

ACQUITTANCE BY GRIFFITH AP MORGAN AP HOWEYN TO MARGAM ABBEY, FOR AN ARREAR OF TWO SHILLINGS RENT FOR THREE YEARS FOR THE LAND OF HAVOTHALOK.

[MARGAM CHARTER.]

TUESDAY AFTER ST. LUCY'S DAY. 14 DEC. 1316.

Universis CHRISTI fidelibus presentes litteras visuris vel audituris GRIFFITH' ap MORGAN ap HOWEYN . salutem in Dominis sempiternam.

Noverit universitas vestra quod de arreragiis duorum solidorum annui redditus pro tribus annis elapsis in quibus abbas et conventus de MARGAN michi fratribusque et avunculis meis pro terra de HAVOTHALOK tenebantur usque

ad diem confectionis presencium plenarie est satisfactum. Ita plane quod ego GRIFFITH' predictus . predictos abbatem et conventum de arreragiis predictis contra quoscunque immunes faciam et quietos. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus apposui. Et quia sigillum meum minus bene est cognitum sigillum domini LEISANI de AVENE apponi procuravi.

Datum apud MARGAN die Martis proxima post festum beate LUCIE virginis . anno Domini millesimo ccc$^{mo.}$ sextodecimo.

1. Seal, $\frac{7}{8}$in. diam., in red wax. A fleur-de-lis between two crescents.

'+ S . . . . MORG'.'

Second seal wanting.

DCCCLXXX.

GRANT BY MATILDIS, RELICT OF HUGH DE KARDYF, OF LAND IN THE MOOR OF TREIKIK, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

[Omnibus CHRISTI fidelibus presens scriptum] visuris vel audituris MATILDIS relicta HUGONIS de KARDYF eternam in domino [salutem].

Noverit universitas vestra me consilio et consensu CRISTINE sororis mee et aliorum amicorum nostrorum quitum clamasse et abjurasse, et hac presenti carta confirmasse Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem [Deo] servientibus totum clamium meum quod habuimus de mora de TREIKIK et totum jus quod dicebamus nos habere in eadem mora . ut habeant et teneant dicti monachi dictam moram libere et quiete et pacifice pro nobis et omnibus heredibus nostris qui sunt . et qui futuri sunt . et omnibus successoribus nostris imperpetuum . sicut ulla elemosina vel ullum tenementum liberius haberi potest vel teneri. Et nos . et heredes nostri warantizabimus dictis monachis dictam quitam clamationem contra omnes homines in perpetuum. Et sciendum quod affidavimus et super sacrosancta ecclesie de MARGAN juravimus quod omnia ista fideliter et sine dolo servabimus in perpetuum. Hiis testibus.

DCCCLXXXI.

GRANT BY RICHARD FLEMING OF A RENT OF TWELVE PENCE OUT OF THE LAND OF LIF OF CARDIFF TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris RICARDUS FLAMMANG . salutem.

Sciatis quod ego consensu heredum meorum dedi pro amore Dei et pro salute anime mee . et antecessorum et successorum meorum Deo et beate MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam . redditum xij[d.] quos solebam annuatim recipere a predictis monachis de terra LIF de KARD[IF]. Testibus.

Entitled—'Carta Ricardi Flamang de redditu xij[d.]'

DCCCLXXXII.

GRANT BY RICHARD AP DAVID TO JOHN, SON OF JOHN STYWARDE, AND ISABELLA, DAUGHTER OF ROGER LE SCOPARE, HIS WIFE, OF LAND AT LLANBLETHIAN.

[FRANCIS MS.]

MONDAY AFTER ST. MATHIAS' DAY. 10 EDW. II. 28 FEBRUARY. 1317.

Omnibus CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris RICARDUS ap DAVID salutem in Domino. Noverit universitas vestra me concessisse relaxasse et omnino pro me et heredibus meis seu assignatis imperpetuum quietum clamasse JOHANNI filio JOHANNIS STYWARDE [et] ISABELLE filie ROGERI le SCOPARE uxori sue totum jus meum et clamium quod habui vel habeo vel decetero habere potero in una dimidia acra terre arabilis cum suis pertinenciis continue jacente in

feodo de Landblethian apud Kerdifes-Doune in longitudine inter terram quam Ricardus dictus Randulf et Margeria uxor sua tunc tenuerunt ex parte orientali et terram quam Johannis Faber et Margareta uxor sua tunc tenuerunt ex parte occidentali in latitudine vero inter terram quam predicti Ricardus Randulf et Margeria uxor sua tunc tenuerunt ex parte australi et terram Henrici le Machoun ex parte boriali. Habendam et tenendam dictam dimidiam acram terre arabilis cum suis pertinenciis de capitali domino feodi de Landblethian qui pro tempore fuerit predictis Johanni filio Johannis Stywarde Isabelle filie Rogeri le Scopare uxori sue et heredibus seu assignatis dicti Johannis filii Johannis Stywarde libere quiete integre bene et in pace jure hereditario per redditus et servicia inde debita et consueta imperpetuum. Ita videlicet quod ego dictus Ricardus ap David seu heredes mei seu assignati seu aliquis vel aliqua per me pro me seu nomine meo seu nomine heredum meorum seu assignatorum nullum jus aut clamium in dicta dimidia acra terre cum suis pertinenciis decetero exigere habere aut reclamare poterimus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . Johanne Longo . Alexandro dicto Priore . Ricardo filio Stephani clerici . Henrico le Nerberd . Henrico le Machoun . et aliis.

Datum apud Coubrugg die Lune proxima post festum Sancti Mathie apostoli anno regni Regis Edwardi filii Edwardi Regis decimo.

A lump seal in green wax; broken. The device seems to have been four ermine spots in cross, or a star rayed; and the legend, 'S. RICA. . . . . .'

This Charter, also dated, and relating to Llanblethian, contains but one Welsh name, Richard ap David; and one county name, Henry le Nerberd.

DCCCLXXXIII.

QUIT-CLAIM BY HOWEL AND THOMAS, SONS OF WILLIAM AP HOWEL, TO SIR ROBERT DE PENRES, OF LAND AT REUROZ IN LANDEMOR FEE.

[MARGAM CHARTER.]

10 MAR. 10 EDW. II. 1317.

Pateat universis per presentes quod nos HOWEL et THOMAS filii WILLELMI ap HOWEL remisimus relaxavimus et omnino pro nobis et heredibus nostris quietum clamavimus imperpetuum domino ROBERTO de PENRES heredibus suis et assignatis totum jus nostrum et clamium quod habemus vel aliquo modo habere poterimus in omnibus terris et tenementis que WILLELMUS ap HOWEL quondam tenuit apud REUROZ in feodo de LANDEMOR. Ita videlicet quod nec nos nec heredes nostri nec aliquis per nos vel pro nobis aliquid juris vel clamii decetero in dictis terris et tenementis exigere vel clamare debemus nec poterimus set per presens scriptum simus exclusi imperpetuum. Et si contingat nos heredes nostros vel aliquem per nos vel pro nobis quod predictum dominum ROBERTUM vel heredes ipsius vel aliquem alium qui dicta tenementa ex assignacione dicti domini ROBERTI vel heredum suorum tenuerit in quacumque curia implacitare voluerimus . concedimus quod dictus dominus ROBERTUS habeat de bonis nostris viginti marcas sterlingorum puri debiti solvendas eidem domino ROBERTO vel suo attornato infra mensem post hujusmodi litis inchoacionem. Ad quam quidam solucionem obligamus nos . heredes nostros . et executores et omnia bona nostra mobilia et immobilia districcioni domini GOUHERIE ut nos possit distringere per omnia bona nostra et catalla mobilia et immobilia vel per incarceracionem pro voluntate predicti domini ROBERTI donec eidem domino ROBERTO de predicta pecunia fuerit satisfactum. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Datum apud Penres decimo die mensis Marcii anno regni Regis Edwardi decimo. Hiis testibus . Johanne de Penres . Ricardo de Penres . Willelmo de la Mare . Philippo Scorlage . Roberto Manxel et aliis.

Pierced for two seals; now wanting.

Endorsed—'Apud Revroz,' and 'Rewrowgh in feodo de Landimore.'

Howel.
|
William.
|
Howel. — Thomas.

The fee of Landimor included a parish of that name and a church rated in 1291 at £5 per annum. The parish no longer exists, and the very site of the church is unknown, having possibly been swept away by the encroachments of the adjacent sea in the reigns of Henry VIII. and James I.

In the village of Landimor are seen the ruins of the castle of Bovehill. The fee was recovered from the Normans by the Welsh, and granted by Llewelyn ap Iorworth to Morgan Gam, whose daughter and heir conveyed it in marriage to Sir Gilbert de Turberville, whose descendants held it for some generations.

It is possible that Roch-fawr and Ryers Down are names derived from Revroz and Rewrowgh. A good account of Landimor is given in the excellent history of Gower by the Rev. J. D. Davies.

DCCCLXXXIV.

A DEED NEARLY SIMILAR TO THE FOREGOING, BUT WITH A FEW VARIANT EXPRESSIONS.

[Margam Charter.]

10 Mar. 10 Edw. II. 1317.

Pateat universis per presentes quod nos Howvel et Thomas filii Willelmi ap Houvel remisimus relaxavimus et dedimus pro nobis et heredibus nostris quietum clamavimus in perpetuum domino Roberto de Penres militi heredibus suis et assignatis totus jus nostrum et clamium quod habemus vel aliquo modo habere poterimus in omnibus terris et tenementis cum pertinentiis qui dictus Willelmus ap Houwel . quondam tenuit apud Reuroz in feodo de Landimor. Ita videlicet quod nec nos nec heredes nostri nec aliquis per nos vel pro nobis .

aliquid juris vel clamei decetero in dictis terris et tenementis exigere vel clamare debemus nec poterimus set per presens scriptum ab omni actione simus exclusi imperpetuum. Et si contingat nos vel heredes nostros vel aliquis per nos vel pro nobis dictum dominum ROBERTUM heredes suos vel assignatis vel aliquem alium qui dicta tenementa ex assignacione ejusdem domini ROBERTI vel heredum suorum seu assignatorum tenuerit in quacumque curia implacitare . extunc volumus et concedimus quod dictus dominus ROBERTUS vel heredes sui seu assignati cui vel quibus hujusmodi placitum per nos fuerit motum seu inchoatum habeat vel habeant de bonis nostris viginti libras sterlingorum puri debiti solvendas eidem domino ROBERTO heredibus suis vel assignatis vel eorundem certis attornatis in ecclesia B. M. de SWEYNESEYE infra proximum mensem post hujusmodi litis inchoacionem. Ad quam quidem solucionem tenore presencium obligamus nos et heredes nostros ac executores et omnia bona nostra mobilia et immobilia habita et habenda . in quorumque manus devenerint . districtioni domini GOUHERIE et alterius cujuscumque domini . in cujus dominio inventi vel inventa fuerimus vel fuerint ut nos possint distringere per omnia bona nostra antedicta vel per incarceracionem pro voluntate dicti domini ROBERTI vel heredum suorum seu assignatorum donec eidem vel eisdem de predicta pecunia plenarie fuerit satisfactum. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Hiis testibus . JOHANNE de PENRES . RICARDO de PENRES WILLELMO de la MARE . PHILIPPO SCORLAGE . ROBERTO MOXEL[1] . et aliis.

Datum apud PENRES decimo die mensis Marcii anno regni Regis EDWARDI filii domini EDWARDI decimo.

Two lump seals in white wax, much defaced.

1. St. John Baptist's head in a dish.

'+ CAPUD IOH . . . . . .'

2. A fleur-de-lis. Legend defaced.

Endorsed—'Quieta donacio de Reuroz in feodo de Landemor.'

(1) A variant form of Mansel. See the foregoing Charter.

DCCCLXXXV.

GRANT BY SIR WILLIAM DE BERKEROLE, KNT., TO ADAM DE BRIDEPORT, CHAPLAIN, OF MESSUAGES IN ST. ATHAN'S, BONEVILESTONE, AND LANDEFEY, IN THE FEE OF OGMORE, A WATER MILL, A FULLING MILL, ETC., FOR ONE HUNDRED POUNDS.

[Margam Charter.]

15 May. 10 Edw. II. 1317.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus de Berkerole miles dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino Adam de Brideport capellano quatuor messuagia in Sancto Tathan' Bonvelestone et in Landefey in feodo de Ogemore unum molendinum aquaticum et unum molendinum fullonicum quatuor carucatas terre viginti quinque acras et dimidiam prati sexaginta acras terre arabilis tres acras bosci quinquaginta sex acras pasture sexaginta acras vasti et novem libratas annui redditus unde domina Johanna de Bascarvile habet dotem in una carucata terre et in viginti solidis annui redditus quando adjecerit. Habendum et tenendum predicta quatuor messuagia unum molendinum aquaticum et unum molendinum fullonicum quatuor carucatas terre viginti quinque acras et dimidiam prati sexaginta acras terre arabilis tres acras bosci quinquaginta sex acras pasture sexaginta acras vasti et novem libratas annui redditus cum dote prenominata quando adjecerit et cum omnibus aliis pertinenciis predicto domino Ade capellano et heredibus suis et suis assignatis de capitalibus dominis feodorum per servicia que ad illa tenementa pertinent jure hereditario inperpetuum. Pro hac autem donacione concessione et presentis carte mee confirmatione dedit mihi predictus dominus Adam centum libras sterlingorum premanibus. Et ego dominus Willelmus heredes mei et mei assignati predicta quatuor messuagia etc. etc. predicto domino Ade capellano et heredibus suis et

suis assignatis contra omnes mortales warantizabimus et defendemus inperpetuum. Et ut hec mea donacio concessio et hujus presentis carte mee confirmacio rata et stabilis inperpetuum permaneat hanc presentem cartam meam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . dominis ROBERTO de GRENDONE tunc vicecomite GLAMORGANIE . WILLELMO le FLEMYNG . JOHANNE le NOREIS . ADAM le WALEIS . PHILLIPO le FLEMYNG militibus . RICARDO le NERBERD . JOHANNE JOUEL et aliis.

Datum apud ESTORCHARD quinto decimo die Maii anno regni Regis EDWARDI filii EDWARDI Regis decimo.

Endorsed—' Carta Willelmi le Berkerolles de terris in Estorchard Landefey et Ogmore.

Seal wanting.

DCCCLXXXVI.

ROYAL WRIT TO THE ESCHEATOR CITRA TRENTAM, TO DELIVER A SHARE OF GILBERT DE CLARE'S LANDS TO HUGH LE DESPENSER, JUNIOR, ETC., WITH THE SCHEDULE OF THE LANDS SUBJOINED.

[BRIT. MUS. COTTON MS. JULIUS B. XII., f. 169.]

15 NOV. 11 [EDW. II.] 1317.

Rex dilecto clerico suo magistro JOHANNI WALEWAYNE escaetori suo citra TRENTHAM salutem.

Cum nuper ceperimus homagium dilecti et fidelis nostri HUGONIS le DESPENSER Junioris qui ALIONORAM primogenitam sororem et unam heredum GILBERTI de CLARE nuper comitis GLOUCESTRIE et HERTFORDIE defuncti, et fidelitatem dilectorum et fidelium nostrorum HUGONIS de AUDELEYE Junioris qui

MARGARETAM alteram sororem et heredem ipsius comitis et ROGERI DAMORY qui ELIZABETHAM terciam sororem et heredem ejusdem comitis duxerunt in uxores de omnibus terris et tenementis que idem comes frater predictarum ALIANORE MARGARETE et ELIZABETHE tenuit de nobis in capite die quo obiit et eisdem HUGONI ALIANORE HUGONI et MARGARETE ROGERO et ELIZABETHE terras illa et tenementa reddiderimus simul cum feodis militum advocacionibus ecclesiarum domorum religiosorum hospitalium ac aliis quibuscunque ad terras et tenementa predicta spectantibus quoqu. modo ut est moris ac ad requisitionem dictorum HUGONIS ALIANORE HUGONIS MARGARETE ROGERI et ELIZABETHE concesserimus eis quod terre et tenementa predicta ut jus et hereditas ac liberum tenementum dictorum heredum et participum in custodia nostra remanerent quousque particio terrarum et tenementorum predictorum inter ipsos de eorum assensu facta esset de eisdem, et constituerimus quosdam fideles nostros custodes terrarum et tenementorum predictorum qui ad custodiam terrarum et tenementorum eorundem alios deputarent prout inter ipsos heredes et participes fuit concordatum qui eciam sic deputandi de exitibus terrarum et tenementorum illorum extunc provenientibus prefatis HUGONI ALIANORE HUGONI MARGARETE ROGERO et ELIZABETHE responderent, Jamque iidem HUGO ALIANORA HUGO MARGARETA ROGERUS et ELIZABETHA particionem terrarum tenementorum feodorum militum et advocacionum predictorum inter ipsos de eorum assensu factam nobis in cancellaria nostra liberaverunt eis juxta particionem illam per nos liberandorum, Nos particionem illam acceptantes vobis mandamus quod accepta securitate a prefatis HUGONE le DESPENSER et ALIANORA de rationabili relevio suo nobis reddendo ad scaccarium nostrum de proparte sua ipsos inde contingente eisdem HUGONI et ALIANORE de hiis que sunt in dominico de eadem proparte sua quam in quodam rotulo vobis mittimus sub pede sigilli nostri plenam seisinam habere faciatis salvo jure cujuslibet reversionem aliorum ei prout justum fuerit assignatorum.

Teste Rege apud WUD[1] xv. die Novembris anno regni sui undecimo.

Propars Hugonis le Despenser et Alianore uxoris ejus. Honoris Glocestrie.

Pro una proparte de terris et tenementis que fuerunt Gilberti de Clare quondam comitis Gloucestrie et Hertford. Assignantur terre et tenementa subscripta cum pertinentiis videlicet:—

Glamorgan.

Castrum de Kerdiff cum burgo molendinis patria de Kybur et Glynnogor cum pertinentiis	cxxiiij$^{li.}$	iij$^{s.}$	iij$^{d.}$	
Manerium de Rath cum pertinentiis	xlv$^{li.}$			
Manerium de Lekwith cum pertinentiis ...	xxij$^{li.}$			
Placita et perquisita comitatus Glanmorgan cum pertinentiis	lxxix$^{li.}$	v$^{s.}$	ij$^{d.}$	*ob.*
Castrum et manerium de Lambleth' et castrum et manerium de Taleuan cum patria de Taleuan et Lanhary cum pertinentiis ...	cxxvj$^{li.}$	xviij$^{s.}$	x$^{d.}$	
Burgus de Couuebrugge[2] cum pertinentiis ...	xx$^{li.}$	vj$^{d.}$		
Manerium de Lanyltwyt cum patria de Ruthyn et aliis cum pertinentiis	clx$^{li.}$	v$^{s.}$		
Castrum manerium et villa de Kenfeghe cum pertinentiis	xxxix$^{li.}$	xviij$^{s.}$		*ob.*
Patria de Tyriarleth cum pertinentiis	xlv$^{li.}$	xvj$^{s.}$	vij$^{d.}$	*quad.*
Castrum et villa de Neethe cum pertinentiis ...	x$^{li.}$	x$^{s.}$	iij$^{d.}$	*quad.*
Manerium de Neeth cum hamelettis de Kilthebebel et Brettone et patria de Nethe cum pertinentiis	cxx$^{li.}$	v$^{s.}$	ix$^{d.}$	*ob.*
Castrum et villa de Lantrissan cum patria de Glynrotheny cum pertinentiis	lxxij$^{li.}$	xij$^{s.}$	x$^{d.}$	*q.*

Manerium de Clonne cum patria de Meskyn cum pertinentiis	ccx$^{li.}$	ix$^{s.}$	v$^{d.}$
Hamelettum de Pentyrgh' cum pertinentiis ...	vij$^{li.}$	iiij$^{s.}$	vj$^{d.}$ *ob. q.*
Manerium de Radur cum pertinentiis	l$^{s.}$		
Castrum et villa de Kerfilly cum pertinentiis .	cviij$^{s.}$	vij$^{d.}$	
Manerium de Kerfilly cum patria de Senghenyth supra Cagh' Merthir et Egleswladovs cum pertinentiis	cviij$^{li.}$	viij$^{s.}$	vij$^{d.}$ *ob.*
Hamelettum de Rothery et Lamedon cum patria de Senghenyth subtus Cagh cum pertinentiis	cj$^{li.}$	vij$^{s.}$	viij$^{d.}$ *ob.*
Castrum et manerium Albi Monasterii cum pertinentiis	xv$^{li.}$		
West Wallia.			
Redditus assise in Aungle in comitatu Penbrochie cum pertinentiis	xvj$^{s.}$		

Summa mcccxix$^{li.}$ vj$^{s.}$ ix$^{d.}$ *quad.*

Inde subtrahende sunt de necessariis reprisis pro custodia castri de Kerfilly xliij[$^{li.}$] per annum.

Et remanent de claro mcclxxvj$^{li.}$ vj$^{s.}$ ix$^{d.}$ *quad.*

. . . .

De terris et tenementis que subscripti tenent ad terminum vite sue subscripta cum pertinentiis post eorum decessum. Habenda videlicet :–

. . . .

Glamorgan:

Manerium de Costyneston cum pertinentiis quod Willelmus de Caversham tenet ad terminum vite sue	xiiij$^{li.}$	viij$^{s.}$	ij$^{d.}$

Quedam tenementa in LANDYNEYS cum pertinentiis que HOWELL de RULLY tenet ad terminum vite sue	vij$^{li.}$	xxij$^{d.}$
Quedam terre et tenementa que DAVID ap GRENEGH' tenet apud LANNEDU in SENGH'...	viij$^{li.}$	ix$^{d.}$
Quedam tenementa in KERDIF cum pertinentiis que RICARDUS le BARBER tenet et que ad ...	iiij$^{s.}$	
Quedam tenementa ibidem cum pertinentiis que RICARDUS le KEU tenet et que ad	ix$^{s.}$	vij$^{d.}$
Quedam tenementa ibidem cum pertinentiis que HENRICUS le PORTER tenet et que ad ...	x$^{s.}$	vi$^{d.}$
Quedam tenementa ibidem cum pertinentiis que ROBERTUS le CARPENTER tenet et que ad ...	iiij$^{s.}$	
Quedam tenementa cum pertinentiis in SENGHENYTH que LEWELIN ap GRYFFYTH [tenet] et que ad	xxj$^{s.}$	vj$^{d.}$

Summa xxiiij$^{li.}$ viij$^{s.}$ iiij$^{d.}$ *ob.*

. . . .

WALLIA.

De feodis militum que fuerunt prefati comitis in WALLIA ffeoda subscripta videlicet :—

Tria feoda et medium feodum unius militis in DYNASPOWYS que JOHANNES de SOMERY tenet	lx$^{li.}$
Duo feoda militum in COGAN que JOHANNES COGAN tenet et que, etc., ad	xx$^{li.}$
Medium feodum unius militis in WRENCHESTONE quam JOHANNA de RALEY tenet et que ad ...	x$^{marc.}$
Feodum unius militis in SULLEY quod WILLELMUS de BREHUSE tenet et quod, etc., ad ...	c^{s}

Duo feoda militum in WOMFO que WILLELMUS de FLEMEMCK tenet et que, etc., ad	x li.
Feodum unius militis in COYCHURGH quod PAGANUS TURBERV[I]LLE tenet et quod, etc., ad	c s.
Tria feoda militum in Sancto NICHOLAO que WILLELMUS CORBET tenet et que, etc., ad ...	xxx li.
Quatuor feoda militum in PENMARK que HENRICUS de UMFRAVYLLE tenet et que ad ...	LX li.
Medium feodum unius militis in LANRIRID que IVETTA que fuit uxor WILLELMI KAERDIF tenet et que ad	x li.
Feodum unius militis in Sancto FAGANO quod heredes BOGONIS le VEEL tenent et quod etc., ad	xx li.
Medium feodum unius militis in LANHARY quam MATILDA que fuit uxor JOHANNIS de TURBERVYLLE tenet et que, etc., ad	XL s.
Medium feodum unius militis in LYSTELBOND quam WILLELMUS MAILOK tenet et que, etc., ad	XL s.
Medium feodum unius militis in Sancto HILLARIO quam TH' BASSET tenet et que, etc., ad	x li.
Medium feodum unius militis in LANCOVYAN quam RICARDUS de NERBERT tenet et que, etc., ad	LX s.
Medium feodum unius militis in PE[N]DYUELYN quam WYLYM ap PHILIP tenet et que ad ...	c s.

Decima pars feodi unius militis in NOVO CASTRO quam PAGANUS TURBERVYL tenet et que ad...	x^marc.
Feodum unius militis in LANDOGH' quod heredes JOHANNIS WINTONE tenet et quod, etc. ...	xx^li.
Due partes feodi unius militis in LAMMEYS quas WILLELMUS de BREHUSE et ELIZABETHA uxor ejus tenent et que, etc.	xx^li.
Duo feoda militum in PENTHLYN et LAMYHANGELLE que JOHANNES le NOREES tenet et que, etc., ad	L^li.
Feodum unius militis in LANGDOGHE et Seint MARYCHURCH quod ADAM le WALEYS tenet, etc.	xxx^li.
Feodum unius militis in Sancto DONATO quod EDWARDUS de STRADLING tenet et quod, etc.	xx^li.
Quatuor feoda militum in OGEMORE que HENRICUS de LANCASTRE et MATILLIS uxor ejus tenent et que, etc., ad	LX^li.
Feodum unius militis in MA[R]THELMAUR quod REGINALDUS de SOMERTON tenet et quod, etc.	xv^li.
Medium feodum unius militis in MARCROSSE quam JOHANNES de la BERE tenet et que, etc.	x^mar.
Meod' [*i.e.*, medium] feodum unius militis in MARCROSSE quam MARGARETA que fuit uxor JOHANNIS de ANNE tenet et que, etc. ...	x^li.
Feodum unius militis in LANGHEWY[3] quod abbas de MORGAN tenet et quod, etc., non extenditur quia in puram elimosinam tenetur.	

Tria feoda militum et medium feodum unius militis in Sancta TATEHANA que WILLELMUS de BERKROLES, JOHANNES le NORREYS, ADAM le WALEYS, PHILIPPUS le FFLEMYNG, et JOHANNES JUELL tenent et que, etc. ... xL li.

Medium feodum unius militis in Sancta TATEHANA quam RICARDUS de NERBERT tenet et que, etc. ... ... LX s.

Feodum unius militis in LYSWRYNY quod PETRUS le VEEL tenet et quod .. .. xv li.

Sexta pars feodi unius militis in LANYLTWYT quam MICHAEL TUSARD tenet et que, etc. ... xx s.

Seriantia quam PAGANUS TURBERVYLE tenet apud COYTIF assignatur hic pro quatuor feoda.

Seriantia quam LEYCENCIUS de AVENE tenet apud AVEVENE (*sic*) assignatur hic pro tribus feodis.

Summa dictorum feodorum in WALLIA cum septem feodis pro duabus seriantiis ... ... XLVJ. feoda vJ a. pars et LX a. pars.

. . . .

Pro advocacionibus de GLANMORGAN.

WALLIA.

De advocacionibus ecclesiarum que fuerunt prefati comitis in WALLIA advocaciones subscripte . videlicet :—

Advocacio ecclesie de LANTRISSAN in MESKYN que ad ... ... LX [illegible]

Advocacio ecclesie de MERTHIR que ad ... c s.

Advocacio ecclesie de THAW que ad .. ... c s.

Advocacio ecclesie de KYLTHGAY[illegible] que ad .. x [illegible]

Advocacio ecclesie de LANGUYNYTH que ad ... xx$^{marc.}$

Advocacio ecclesie de NETHE que ad ... ... xx$^{marc.}$

Advocacio ecclesie de LANHARY que ad... ... v$^{marc.}$

De advocacionibus domorum religiosorum que fuerunt ipsius comitis in ANGLIA . advocaciones subscripte . videlicet :—

Advocacio abbacie de MORGAN.

Advocacio abbacie de NETHE.

. . . .

Memorandum quod juxta istas particiones . comitatus GLANMORGAN isti preparti assignatur. Ita quod decetero comitatus ille seu homines terre aut tenementa infra eundem comitatum existentes sint omnino separati a comitatu de WENTHLOOK' et quod eidem comitatui de WENTHLOK' in nullo subjaceant seu intendant set solomodo corone imperpetuum.

Entitled—'Breve escaetori citra Trentham directum pro terris et tenementis Hugoni le Despenser liberandis.'

(1) 'Wud'' MS., but the King was at Windsor, 15 November, 11 a.r. Probably the MS. should read *Wind.*'

(2) For Cowbridge.

(3) Llangiwc, Langawi, Langewyed is a parish of above 12,500 acres, in the Hundred of Llangyfelach, and on the North and East abuts upon the Counties of Carmarthen and Brecknock. It was held in 1317 by the Abbot of Margam, and was included in the division of the Lordship allotted to Alienor de Clare and her husband.

On the division of the De Clare estates between the sisters of the last Earl of Gloucester and Hertford, Wentllwch and with it Newport, fell to the share of Margaret, the second sister, who married, as mentioned above, Hugh de Audley, as her second husband, who was on her account created Earl of Gloucester in 1337. Their daughter and heir, Margaret, married Ralph Stafford, Earl Stafford, so created 1351, and who died 1372, leaving Wentllwch and other estates to Hugh his son and successor, who died at Rhodes 1386. His son Thomas, the 3rd Earl, died 1392, whose brother William, 4th Earl, died 1395, leaving a third brother Edward 5th Earl, who died 1403, leaving a son Humphrey, the 6th Earl, who came of age in 1420, and granted a Charter to Newport in 1427.

As in this partition the whole of the Glamorgan estates fell to the elder sister, this schedule, though containing a third part only of the property, is complete as regards the Lordship of Glamorgan, and is specially interesting as giving the names of all the tenants who held in capite of the Lord.

DCCCLXXXVII.

QUIT-CLAIM BY ADAM CANAN AND OTHERS TO JOHN VOYL, OF LAND IN THE FEE OF LANDIMOR.

[FRANCIS MS.]

18 OCT. 12 EDW. II. 1318.

Pateat universis per presentes quod nos ADAM CANAN . ROBERTUS CANAN . JOHANNES CANAN . et DAVYD COC : remisimus relaxavimus et omnino pro nobis et heredibus nostris imperpetuum quietum clamavimus JOHANNI VOYL et heredibus suis ac assignatis totum jus nostrum et clamium quod habemus vel habuimus seu alio modo habere potuimus vel poterimus in octo acris terre cum pertinentiis in feodo de LANDIMOR quas idem JOHANNES habuit de dono nobilis viri domini WILLELMI de BREWOS' domini GOUHERIE et quas PHILIPPUS CNAYT faber quondam tenuit juxta aquam de BORRY in parte australi absque ullo retenemento. Ita videlicet quod nec nos dicti ADAM ROBERTUS JOHANNES et DAVYD nec heredes nostri nec aliquis per nos vel pro nobis seu nomine nostro aliquid juris vel clamii in predictis terris cum pertinentiis decetero exigere vel clamare seu vendicare debemus aut poterimus imperpetuum set per presentes ab omni actione et demanda simus exclusi imperpetuum. In cujus rei testimonium presentibus sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . domino ROBERTO de PENRES milite . ELIA le ROYLEY clerico . WILLELMO de la MARE . ADA de la BEER' . JOHANNE de la MARE . HENRICO DAVYD de LANDYMOR . JOHANNE MEURIC . et aliis.

Datum apud WELB' octavo decimo die Octobris anno regni Regis EDWARDI filii domini EDWARDI duodecimo.

DCCCLXXXVIII.

LEASE FOR LIVES BY SIR ROBERT PENRES, KNT., TO WILLIAM PERET AND ISOTA HIS WIFE, OF THE LANDS LATELY BELONGING TO ANDREW SCORLAG IN CONSTABLESDON, AT A YEARLY RENT OF TWELVE PENCE PER SHORT PENRICE ACRE.

[FRANCIS MS.]

15 FEB. 12 EDW. II. 1319.

Hec est convencio facta inter dominum ROBERTUM de PENRES militem ex parte una et WILLELMUM PERET et ISOTAM uxorem ejus ex altera parte ita videlicet quod dictus dominus ROBERTUS dedit concessit et hoc presenti scripto suo confirmavit eisdem WILLELMO et ISOTE terciam partem omnium terrarum et tenementorum que dictus dominus ROBERTUS habuit de ANDREA SCORLAG filio et herede THOME SCURLAG apud CONSTABLESDON in feodo de OSTREMUE que quidem tenementa dictus ANDREAS tenuit in dominico suo. Habendum et tenendum omnia predicta tenementa prefatis WILLELMO et ISOTE tota vita ipsorum WILLELMI et ISOTE de dicto domino ROBERTO heredibus suis et assignatis libere quiete bene et in pace. Reddendo inde annuatim pro qualibet acra mensurata per virgam feodi de PENRES uno pede deducto de eadam virga duodecim denarios ad duos anni terminos videlicet ad Pascham et festum Sancti MICHAELIS equis porcionibus pro omni servicio seculari exaccione et demanda. Salvis regali servicio . redditu parci de BRUZ' donis communibus in patria contingentibus tanto tenemento pertinentibus . sectis curie de PORTEYNON bis in anno per rationabilem summonicionem . secta molendini dicti domini ROBERTI heredum suorum et assignatorum . et quinque solidis vel meliori bestia in obitu dictorum WILLELMI et ISOTE pro herieto suo in electione dicti domini ROBERTI heredum suorum et assignatorum. Si tamen dicta ISOTA ante dictum WILLELMUM virum suum moriatur nullum solvet herietum sed si ipsum supervixerit predictum solvet herietum. Et

dicti WILLELMUS et ISOTA erunt stenenefre in molendino dicti domini ROBERTI heredum suorum et assignatorum post illos qui fuerint stenenefre in eisdem molendinis ante confectionem presencium. Ita tamen quod dicti WILLELMUS et ISOTA totum bladum in hospicio suo expendendum molant ibidem. Debent eciam dicti WILLELMUS et ISOTA super dicta tenementa cohabitare dum vivant. Nec liceat eisdem dicta tenementa aliquibus dare vendere seu quoquomodo a se ipsis alienare. Et dictus dominus ROBERTUS heredes sui et assignati omnia predicta tenementa dictis WILLELMO et ISOTE dum vixerint contra omnes gentes warentizabunt et defendent. In cujus rei testimonium huic presenti scripto indentato sigilla dictorum domini ROBERTI et WILLELMI alternatim sunt apposita. Hiis testibus . PHILIPPO SCORLAG . ROBERTO MONEL . HENRICO WILHAM . ELIA clerico . THOMA de LANDEWY et aliis.

Datum et confectum quinto decimo die Februarii anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI duodecimo.

DCCCLXXXIX.

GRANT BY ROGER AP IEVAN, OF LYSTALYBONT, NEAR CARDIFF, TO THOMAS MORYAN, OF LAND IN OVERHAM AND NITHERHAM.

SUNDAY BEFORE ST. MARK'S DAY. 12 EDW. II. 24 APRIL. 1319.

Sciant presentes et futuri quod ego ROGERUS ap IEVAN de LUSTELBONT dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi THOME MORYN dimidiam acram terre novem virgis deficientibus cum pertinenciis in OVERHAM inter terram RICARDI de LUSTELBONT in parte orientali et terram KENEWREK ap IEVAN in parte occidentali, Unam rodam decem virgas et tria quarteria unius virge terre cum pertinenciis in NITHERHAM inter terram JOHANNIS DOBIN in parte australi et terram KENEWREK ap IEVAN in parte boreali pro una summa pecunie michi premanibus pacata. Habendum et tenendum predictam

terram cum pertinenciis predicto THOME et heredibus suis vel assignatis de capitali domino feodi illius per servicia inde debita et consueta. Reddendo inde annuatim dictus THOMAS et heredes sui vel assignati domino capitali unum obolum argenti ad festum Sancti ANDREE apostoli pro omnibus serviciis secularibus et demandis. Et ego vero dictus ROGERUS et heredes mei vel assignati predictam terram dicto THOME et heredibus suis vel assignatis contra omnes mortales warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus . HUGONE de RAATH . RICARDO ELYS tunc prepositis ville de KAERDIF . JOHANNE ODYN . ANDREA aurifabro . JOHANNE GILBERT . KENEWREC ap IEVAN . et RICARDO de LUSTELBONT . et multis aliis.

Datum apud KAERDIF die Dominica ante festum Sancti MARCI evangeliste anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI duodecimo.

Llystalybont is a manor upon the Taff, a little above Cardiff Castle. Two of the names, Roger ap Jevan and Kenewrek ap Jevan, are Welsh. Odyn is of a Norman family, occurring early in the east end of the county, and giving name to "Odyn's Fee" in Penmark. Raath is Roath, a suburb of Cardiff. We have also Richard Elys or Ellis, prepositus of that town. Overham and Netherham are lost.

The manor was held temp. Henry III by the Welsh family of Mayloc, or Maylor.

DCCCXC.

GRANT BY PHILIP DAVY OF LANDIMOR, TO SIR ROBERT DE PENRES, KNT., FOR SIX MARKS, OF LAND AT LANHELEN, WHICH HE HAD ACQUIRED FROM LORD WILLIAM BREWOSA.

[MARGAM CHARTER.]

14 JULY. 13 EDW. II. A.D. 1319.

Sciant presentes et futuri quod ego PHILIPPUS DAVY de LANDIMOR dedi concessi et hac p. c. m. confirmavi domino ROBERTO de PENRES militi totam terram meam cum libertatibus suis aysiamentis et pertinentiis omnimodis quam habui de dono domini WILLELMI de BREWOS' domini GOUHERIE apud LANHELEN

in feodo de LANDIMOR . per easdem metas et bundas per quas MADOCUS ap RIRID eam melius et plenius de dicto domino WILLELMO de BREWOS' tenuit, excepta una acra terre quam vendidi THOME ROBOT ante confectionem presentis carte. Habendum et tenendum totam predictam terram cum omnibus libertatibus aysiamentis et pertinentiis suis, excepta acra memorata, dicto domino ROBERTO, heredibus suis et assignatis libere, quiete, bene, pacifice, jure hereditario de capitali domino feodi illius per servicia inde debita et de jure consueta in perpetuum. Et ego vero dictus PHILIPPUS et heredes mei ac assignati totam predictam terram cum om. libert. aysiam. et pertin. suis, excepta acra terre antedicta prefato domino ROBERTO hered. suis et assign. contra omnes gentes warentizabimus et defendemus. Pro hac autem donacione concessione et hujus presentes carte confirmacione dedit mihi dictus dominus ROBERTUS sex marcas argenti premanibus. In cuj. rei testim. hanc presentem cartam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus . WILLELMO de LAMARE de LANGENYTH . JOHANNE de PENRES . PHILIPPO SCORLAG . ROBERTO MOXEL . JOHANNE SELEWOLD . THOMA de LANDEWY . DAVID le COYTIF et aliis.

Datum quarto decimo die mensis Julij anno regni Regis EDWARDI filii domini EDWARDI tercio decimo.

Of the names appended to this deed, David le Coytif is the only one not elsewhere found. De la Mare and Penres were members of well-known Gower families. Robert Moxel occurs in company with the other witnesses as Moxel, and as Robert Mansel, of which the other was probably one of the many variations. John Selewold occurs in a Charter of 1304, Thomas de Landewy in one of 1319, and Philip Davy as a Bishopston landowner in 1327

DCCCXCI.

GRANT BY JOHN DAVY, OF LANDIMOR, TO SIR ROBERT DE PENRES, KNT., OF LAND AT LANHELEN IN THE FEE OF LANDIMOR.

[MARGAM CHARTER.]

14 JULY. 13 EDW. II. 1319.

Sciant p. et f. quod ego JOHANNES DAVY de LANDIMOR dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino ROBERTO de PENRES militi totam terram meam cum omnibus libertatibus aysiamentis et pertinenciis suis quam habui de dono domini WILLELMI de BREWOSA domini GOUHERIE apud LANHELEN in feodo de LANDIMOR per easdem metas et bundas per quas MADOCUS ap RIRID eam melius et plenius de dicto domino WILLELMO de BREWOSA quondam tenuit . excepta una acra terre ibidem quam vendidi THOME ROBOT ante confectionem presentis carte. H. et t. totam predictam terram cum omnibus libertatibus aysiamentis et pertinenciis suis excepta acra terre memorata de domino capitali GOUHERIE et heredibus suis prefato domino ROBERTO heredibus suis et assignatis, in lege ANGLICANA libere quiete bene et in pace jure hereditario in perpetuum. Reddendo inde annuatim domino capitali GOUHERIE et heredibus suis predictus dominus ROBERTUS heredes sui et assignati unum denarium argenti ad festum Sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis secularibus exactionibus et demandis. Et ego vero predictus JOHANNES heredes mei et assignati totam predictam terram cum omnibus libertatibus aysiamentis et pertinenciis suis excepta acra terre antedicta prefato domino ROBERIO heredibus suis et assignatis contra omnes gentes warantizabimus et defendemus in perpetuum. Pro hac autem donacione concessione et hujus presentis carte confirmacione dedit michi dictus dominus ROBERTUS sex marcas argenti premanibus. In cujus rei testimonium hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . WILLELMO de

Lamare de Langenyth . Johanne de Penres . Johanne Scorlage . Roberto Moxel . Johanne Selewold . Thoma de Landewy . David le Coytif . et aliis.

Datum quartodecimo die mensis Julii anno regni Regis Edwardi filii domini Edwardi terciodecimo.

Seal wanting.

Endorsed—'Llanhellyn in feodo de Landimore.'

DCCCXCII.

LETTER FROM HUGH LE DESPENSER, JUNIOR, TO JOHN INGGE, SHERIFF OF GLAMORGAN.

[Brit. Mus. Cotton MS. Vespasian F. VII., fol. 6.]

21 Sept. 1319.

Hughe le Despenser le fuitz a nostre cher et bien amee bachelier mounsieur Johan Ingge nostre viscounte de Glamorgan salutez. Nous resceumes voz lettres a Noef Chastelle sur Tyne le xxii. iour de Septembre les queles nous auoms bien entendues en toutz poyntz. Et endroyt de ceo qe vous nous mercyez taunt de ceo qe nous voudrioms volentiers penser del auauncement vostre frere, sachez qil ne couyent ia qe vous le facez, car nous desirroms son auauncement pur lamour de vous autre taunt come vous meymes faites et cel desir mettroms en effect al ayde de Dieu le plus tost qe nous purroms. Et depuis qe cel eglise la quele le Roy dona nadgueres a notre requeste a vostre dit frere est de si petite value qe le chauncelier y ad presente, sachez qe nous le monstreroms au Roy et procureroms deuers luy par toutes les voyes qe nous purroms coment vostre frere auera la prymere bone eglise qe le Roy puisse doner et si a nous meymes en eschiece nule de value, nous penseroms de luy en tieu manere qe vous vous tendrez a payez. Endroit de vostre estat meymes sachez qe si tost come nous pooms trouer chose pur vous qe couenable seyt nous y mettroms tiel eyde

en lieu et en temps qe vous vous en payerez si Dieu plest . Mout vous mercioms de ceo qe vous nous auez maunde lestat de noz busoignes si entendauntment come vous auez, sauue en taunt qe vous ne nous auez mie maunde a queux termes et iours nous deuoms estre payez des mille liures qe demoerent a payer, des treys mille liures apres cest Seynt MICHEL, par quoy vous maundoms qe a plus tost qe vous purrez certifier par voz lettres a quel iour nous nous puissoms asseurer de les auoir, et mettez peigne de les fere leuer, au plus en haute come hom puet sauntz trop graunt greuaunce faire a noz gentz. Et endroit des deaux mille liures qe nous deuoms auoyr en notre tresorye de KAERDYF tost apres cest Seynt MICHEL vous maundoms et pryoms qe les plus tost qe vous purrez en bonne manere, mettez peigne coment la dite summe deux mille liures soit sauuement carriez iusqe a la tresorie de TEUKESBURE et illoeq' en sauue garde mys et ceo par bone ordynaunce. Et pur ceo qe nous sauoms bien sicome auaunt ces houres vous auoms dit meyme qe vous voudriez volonters oyer noueles des parties ou nous sumes, sachez qe notre seigneur le Roy vynt deuant la ville de BERREWYK, le VII. iour de Septembre, et illoeqe assegea la ville od tout soun houste par mer et par terre et deuaunt qil auoit demoree VIII. iours luy vyndrent nouelles qe les ESCOTZ estoient entrez sa terre DENGLETERRE et par le procurement et le compassement le counte de LANCASTRE fist taunt le dit counte qe le Roy se remua dilloeqe od tout soun host et ceo a graunte hounte et greuouse damage de nous toutz, de quoi nous nous dotums qe les busoignes ne se taillent mye si bien entre nous come busoign fust par quoi nous vous maundoms et chargeoms en la foi qe vous nous deuez et desicome nous ent fioms entierement en votre loialtee et penybletee, qe vous prenez bone garde et bone surueue sur toutes noz busoignes en celes parties, et hastez taunt qe vous poez bonement le redressement et les ouraignes de noz chasteux et qe eaux soyent vitailliez en couenable manere et de tieles vitailles qe lem puisse renoeuelir, ou vendre, un de ceux iours, si chaunce aueigne, qe eles ne soient despendues, sauntz damage de nous. Et eiez toutz iours le oel au bois en toutz pointz, parmy votre baillie, en tutes auentures pur

cheaunces qe poount auenir, en pensaunt coment les gentz de celes parties sount souent de legiere volente et de fole enpryse, et eiez noz busoignes entierement au cuer en toutes choses come vous auez toutz iours bien contynue iusqe a ore, et desicome tote nostre affiaunce en est en vous. Nous vous enuoyoms la lettre sealee de nostre seal quele vous nous maundestes touchaunte ROGER de SEYNTMOR. Et vous pryoms et chargeoms sur la foy qe vous nous deuez, qe le dit ROGER greuez et ennuyez par totes les voyes qe vous sauerez et purrez qar il ad tout temps este contrariaunt a nostre seignurye. Endroyt de la femme LEWELYN BREN et ses enfauntz tastez toutz iours si vous purrez plus auoir outre la summe dount vous nous auez auaunt ces houres dit et maundee. kar sachez quil nous ad este dit par gentz creables, qe ele meymes tendyst a mestre JOHAN WALEWEYN puis le oure qe ele nous fist le prymer offre cent liures plus qe ele ne tent ore et sur ceo eiez auysement. Nous vous enuoioms noz lettres, a sire ROBERD de CHEUYNGTON par les queles nous luy maundoms quil se haste, vers voz parties, si tost come il poet apres cest Seynt MICHEL pur les acountes oyr, la quele lettre luy faites auer si tost come vous poez. Endroit del abbe de GLASTYNGBURE contynuez toutz iours deuers luy ceo qe vous auez comencee issint qe nous puissoms venir a nostre entente sicome auaunt ces houres vous auoms maundee, issint qe le dit abbe puisse sentir qe nous auoms poair de luy greuer. Endroit des busoignes touchauntes Sire WILLIAM de BREHOUSE dount vous nous auez maundee par voz lettres mettoms en vostre ordenaunce cele busoigne et toutes autres qe nous touchent et qe vous ent facez en toutz pointz sulonc ceo quil vous semble qe soit a nostre profit et honur, et qe nous puissoms atteyndre a nostre entente et desir, un de ceux jours, et ceo pur vostre aide. A Dieu qe vous gard. Escrit a NOEF CHASTELT sur TYNE, le XXI. iour de Septembre.

The King was before Berwick, 13 Edward II., 1319 (Hartshorne's 'Itinerary.')

DCCCXCIII.

INQUEST RESPECTING THE LANDS ALIENATED BY WILLIAM DE BREWOSA, LORD OF GOWER, Etc.

[P.R.O. Inq. P. M. 13 Edw. II. No. 32.]

Sat. after St. Denis's Day. 13 Edw. II. 1319.

Inquisitio capta apud Cremelyn in marchia de Gower die Sabbati proxima post festum Sancti Dionisii anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi xiii^{o} coram Johanne Ingge et Roberto de Melleie justiciariis domini Regis ad inquirendum quas terras et que tenementa Willelmus de Brewosa dominus de Gower et predecessores sui temporibus dicti domini Regis Anglie nunc et progenitorum suorum in dicta terra de Gower alienaverunt et quibus quo tempore . . . . tenementa illa de domino Rege teneantur in capite, tunc per quod servicium et qualiter et quomodo et quantum valeant per annum in . . . . le Mey, Philippi Braghan, Johannis Scurlage, Meurici Warr', Lewelin ap Meuric, David ap Meurdon, Gruff Pr . . . th . . . . , Roberti le Porter, Willelmi Bletch, Galfridi Randolf' et Johannis Teilon. Qui dicunt per sacramentum suum quod predictus . . . . alienavit et dedit terras et tenementa subscripta, videlicet, Petro de Alta Ripa Turrym de Talebont xxiiij. acras terre . . . . gurgitem tempore Regis Edwardi patris Regis nunc et valent per annum x$^{s.}$

Item, Johanni Yweyn villam de Logherne cum pertinentiis tempore Regis Edwardi patris Regis [nunc et valent per annum] . . . . xx$^{s.}$

Item, Johanni de Landymor totam terram de Aberwassa cum molendino tempore Regis Edwardi patris Regis nunc quas Johannes de la Mar' de L . . . valet per annum dimidiam marcam.

Item, Ricardo de Pedertone cx. acras terre in subbosco et in Landymor et duo molendina aquatica in suprabosco tempore Regis Edwardi patris Regis nunc et valet per annum xx$^{s.}$

Item, WILLELMO le WALISHE unum mesuagium LX. acras terre X. acras prati in subbosco tempore Regis nunc et valet per annum . . . . . .

Item, HENRICO de PENEBRIGGE LX. acras terre in subbosco tempore Regis nunc et valent per annum v^s.

Item, WILLELMO de LANGETON XX. acras terre in subbosco . . . . . . EDWARDI Regis nunc et valent per annum xx^d.

Item, JOHANNI de la BEERE VJ. solidatas et XJ. denariatas redditus et servicium JEVAN GOGH de subbosco tempore Regis nunc.

. . . . IIIJ^d. de redditu servicii LEWELINI ap DAVID ibidem et eodem tempore.

Item, DAVID de la BEER VIIJ^s. IIIJ^d. de redditu et servicium ADE VACHAN tempore Regis nunc.

[Item] JOHANNI de SUTTON C. acras terre et quartam partem unius molendini tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc et valent per annum XIIJ^s. IIIJ^d.

Item, PHILIPPO DAVID de LANDYMOR unum mesuagium VIIJ. acras terre tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc quas ROBERTUS de POURES nunc tenet et valent per annum IIIJ^s.

Item, eidem ROBERTO de POURES VIJ. (?) acras terre apud LANELYN tempore Regis nunc et valent per annum IJ^s.

Item, PETRO de ALTA RIPA VIIJ. acras terre in LANRIDYAN tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc et valent per annum IJ^s.

Item, GILLETE et AGNETI uxori ejus XV. acras terre . IIIJ. acras prati in subbosco apud OYSTREMUTH' et ENESKETTI cum quadam . . . . apud . . . . . . tempore Regis nunc et valent per annum dimidiam marcam.

Item, JOHANNI de HORTON villam de IBOWITESTOUN cum pertinentiis et C. acris terre in subbosco . . . . . . et mineria carbonum maris juxta la CLUN cum molendino aquatico de la BLAKEPULLE tempore Regis nunc et valet per annum C^s.

Item, ... in LANDYMOR et manerium de ROSSULBY cum pertinentiis tempore Regis nunc et valet per annum xx^li.

Item, STEPHANO BARE manerium de . . . . . terram apud KILVRON tempore Regis nunc et valent per annum c^{s.}

Item, WILLELMO de ARUNDEL unum mesuagium XIJ. acras terræ cum pertinentiis . . . . quas JOHANNES TESTARD' nunc tenet et valent per annum dimidiam marcam.

Item, JOHANNI TESTARD IIJ. mesuagia XIX. acras terre tempore . . . . . .

. . . . . . THOME GRUTYN unum mesuagium et XL. acras terre in LANDYMOR tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc et valent per annum XX^{s.}

Item, J . . . . . . acras terre in LANDYMOR tempore Regis nunc et valent per annum XVIIJ^{s.}

Item, JOHANNI VOIL IX. acras terre tempore Regis EDWARDI patris Regis EDWARDI . . . . . .

. . . . tenet duas acras terre et construxit unum molendinum aquaticum et unum molendinum fullonicum et valent per annum IIJ^{s.}

Item, WILLELMO le HUNT unum mesuagium . . . . . . cum pertinentiis in PENNARTH' tempore Regis nunc et valet per annum X^{s.}

Item, ROBERTO de la CHAUMBRE unum mesuagium XIJ. acras terre cum pertinentiis in P . . . . . . ROBERTUS de WESTON' nunc tenet et valent per annum IIJ^{s.}

Item, JOHANNI de BERKHAM unum mesuagium unam carucatam terre apud DURLAN tempore . . . . . . per annum dimidiam marcam que DAVID de la BERE nunc tenet.

Item, RICARDO de WESTON' et JOHANNI de la BEDDE unum mesuagium et unam carucatam terre . . . . . EDWARDI patris Regis nunc que JOHANNES OWEIN nunc tenet et valent per annum XX^{s.}

Item, ELYE de ROILLY unum mesuagium et unam carucatam terre in OISTREMUTHA . . . . . . et VIJ. acras terre in LANMADOC tempore Regis nunc et valet per annum XX^{s.}

Item, PHILIPPO WILYM J. mesuagium XXIIIJ. acras terre in OISTREMUTHA tempore Regis nunc et valent per annum IIJ^{s.}

Item, WARYN unum mesuagium XXIIIJ. acras terre in OISTREMUTHA tempore Regis nunc et valent per annum IIJ^s.

Item, BONENCOUNTRE unum mesuagium XXIIIJ. acras terre in OISTREMUTHA et ENESKETTI tempore Regis nunc et valent per annum IIJ^s.

Item, GRUFF' ap LEWELIN unum mesuagium L. acras terre in ENESKETTI tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc de quibus JOHANNES YWEYN tenet terram de KARNGBIS et unam acram terre juxta terram quondam HOWELI ap THOMAS et valent per annum IJ^s.

Item, HOWELO ap THOMAS unum mesuagium XIJ. acras terre in ENESKETTI tempore Regis nunc quas JOHANNES YWEYN nunc tenet et valent per annum IJ^s.

Item, WILLELMO VAUR J. mesuagium XIJ. acras terre in ENESKETTI tempore Regis nunc et valent per annum IJ^s.

Item, PHILIPPO de SWEINESEIE XXIIIJ. acras terre in ENESKETTI tempore Regis nunc et valent per annum IJ^s.

Item, DAVID ap MADOC XX. acras terre in subbosco tempore Regis nunc et valent per annum XX^d.

Item, NICHOLAO BRAGHAN VIJ. acras prati apud CROWODE tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc quas PHILIPPUS BRAGHAN nunc tenet et valet per annum XIJ^d.

Item, dicunt quod WILLELMUS de BREWOSA pater predicti WILLELMI de BREWOSA domini nunc dedit HENRICO le MARESCHAL unum mesuagium juxta arenam maris tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc et valet per annum VJ^d.

Item, dicunt quod predictus WILLELMUS de BREWOSA dominus nunc dedit RICARDO HAKENUT quatuor molendina iuxta SWEYNESEIE tempore Regis nunc, et valent per annum X. marcas.

Item, dedit ROBERTO de SENGELTONE V. acras terre apud BRYNNEMISKIL tempore Regis nunc et valent per annum X^d.

Item, ROBERTO CRONEWEN dimidiam virgatam in SWEYNESEIE tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc et valet per annum VJ^d.

Item, dedit THOME WRENCH' tres acras terre in SWEINESEIE tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc de quibus RICARDUS de PEDERTON tenet duas acras et AGNES uxor JOHANNIS le STOKER tenet unam acram et valent per annum XIJ^d.

Item, JOHANNI RUSSEL tres acras terre tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc et valent per annum XIJ^d.

Item, dicunt quod WILLELMUS de BREWOSA pater domini nunc dedit SARRE le BRIT unum mesuagium tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc et valet per annum VJ^d.

Item, WILLELMUS de BREWOSA dominus nunc dedit JOHANNI le KNOIL unam placeam in SWEINESEIE tempore Regis nunc et valet per annum J^d.

Item, JOHANNI le SHARP unum mesuagium tempore Regis nunc et valet per annum VJ^d.

Item, GILLET' le FAUCONER unum mesuagium quod JOHANNES TESTARD nunc tenet tempore Regis nunc et valet per annum VJ^d.

Item, PETRO de la BEERE IX. mesuagia XIIIJ. acras terre et medietatem unius gurgitis in SWEINESEIE tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc et valent per annum XX^s.

Item, JOHANNI COGH duo mesuagia tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc et valent per annum XIJ^d.

Item, BONEACUNTRE unum mesuagium et tres acras terre in SWEINESEIE tempore Regis nunc et valent per annum XII^d.

Item, JOHANNI de HORTON IIJ. mesuagia et dimidium in SWEINESEIE tempore Regis nunc et valent per annum VJ^d.

Item, LEISSANO ap MORGAN unam placeam tempore Regis nunc et valet per annum J^d.

Item, dicunt quod WILLELMUS de BREWOSA pater domini nunc dedit ADE KNOIL XIIIJ. acras terre tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc quas SIBILLA KNOIL nunc tenet et valent per annum IIIJ^d.

Item, idem WILLELMUS de BREWOSA pater dedit ROGERO ap MAEB et fratribus suis XL. acras terre in ENESKETTI tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc de quibus JOHANNES BATY tenet terciam partem et valent per annum XIIJ$^{s.}$ IIIJ$^{d.}$

Item, idem WILLELMUS pater domini nunc dedit ROBERTO RINGILTH unum mesuagium XX. acras terre duas acras prati cum pertinentiis in ENESKETTI tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc et valent per annum XIIJ$^{s.}$ IIIJ$^{d.}$

Item, dicunt quod JOHANNES de BREWOSA unus antecessorum WILLELMI de BREWOSA domini nunc dedit MORGANO GAM villam de LEISSANESTON et villam de KUTEHULLE cum pertinentiis tempore Regis HENRICI avi Regis nunc et quas DAVID de la BERE nunc tenet et valent per annum XL^{s}

Item, WILLELMUS de BREWOSA pater domini nunc dedit WILLELMO le HONTE unum mesuagium XXIIIJ. acras terre in PENNARTH tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc quas GILLE HORI nunc tenet et valent' per annum X$^{s.}$

Item, dicunt quod WILLELMUS de BREWOSA pater domini nunc dedit WALTERO le PECAR' quandam portam borialem ballii forinseci castri de SWEINESEIE cum duabus turribus adjacentibus tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc et valet per annum VJ$^{d.}$

Item, WILLELMUS de BREWOSA dominus nunc dedit JOHANNI RUSSEL forestario turrim qui vocatur DONELESTOUR tempore Regis nunc et valet per annum . . . . .

Item, JOHANNI YWEYN J. turrim qui quondam fuit THOME de SENGLETON in SWEINESEIE tempore Regis nunc et valet per annum IJ^{s}

Item, WILLELMUS de [BRE]WOSA pater domini nunc dedit WILLELMO ap ITHEL portam australem ballii predicti tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc et valet per annum VJ$^{d.}$

Item, ... domini nunc dedit WALTERO de WESTON unum mesuagium . et XXX. acras terre tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc quas ROBERTUS de . . . . . . IJ$^{s.}$

Item, WILLELMUS de BREWOSA dominus nunc dedit HENRICO de NEWENHAM duas acras terre et dimidium cum passagio de SWEINESEIE . . . . . . valent per annum X^{s}

Item, idem dominus nunc dedit JOHANNI IWEYN unum mesuagium in SWEINESEIE tempore Regis nunc et valet per annum . . . . . .

[Item]. WILLELMUS de BREWOSA pater domini nunc dedit THARN ap COGAN et fratri suo XXX. acras terre apud ENESTANESOK tempore Regis EDWARDI patris Regis . . . . . . IJ^s.

Item. WILLELMUS de BREWOSA dominus nunc dedit HOWEL ap IEUAN IJ. mesuagia XIJ. acras terre in suprabosco tempore dicti Regis et valet per [annum] XIJ^s.

[Item]. WILLELMUS de BREWOSA pater domini nunc dedit WILLELMO ap ITHEL XL. acras terre in suprabosco tempore Regis EDWARDI patris Regis EDWARDI et valent per annum X^s.

Item. WILLELMUS de BREWOSA dominus nunc dedit WILLELMO VAUR XXIIIJ. acras terre tempore Regis nunc et valet per annum XIJ^d.

Item. idem dominus nunc dedit magistro ADE BARET totam terram de NEDENEW tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc quam RICARDUS le WOLF nunc tenet, et valet per annum dimidiam marcam.

Item. idem dominus nunc dedit HOWELO ap GRUFF' et fratribus suis TRAENMEYBONMEURIC tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc et valet per annum IIIJ^s.

Item, WILLELMUS de BREWOSA pater domini nunc dedit GRUFF' ap CADUGAN terram apud VEHEUDR' tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc et valet per annum XX^s

Item, idem W. de BREWOSA pater dedit JOHANNI de L . . . . . . totam terram de TREWTHEWA tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc quam ROBERTUS de PENBRUGGE nunc tenet et valet per annum XX^s.

Item, W. de BREWOSA dominus nunc dedit JOHANNI IWEYN totam terram del CADELE tempore Regis nunc et valet per annum IJ^s.

Item, idem dominus nunc dedit servicium de LOTE . . . . . . de PENEVILLER tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc quam PETRUS de la BERE nunc tenet, et valet per annum IJ^s.

Item, idem dominus nunc dedit [EY]NON XX. acras terre in suprabosco tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc quas EYNON VACHAN et fratres sui tenent et valent per annum . . . . . .

[Item, WILLELMUS] de BREWOSA pater domini nunc dedit JEVAN MOYA et fratribus suis IIJ. mesuagia CCC. acras terre prati et vasti tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc [et valent per annum] dimidiam marcam.

Item, idem dominus pater domini nunc dedit MADOCO ap WYN J. mesuagium et C. acras terre tempore Regis EDWARDI patris Regis nunc et valent per annum XL. . . .

[Item, WILLELMUS] de BREWOSA dominus nunc dedit JEVAN ap EYNON et fratribus suis CLX. acras terre in suprabosco tempore Regis EDWARDI patris Regis EDWARDI patris Regis nunc et vale[nt per annum] . . . . . .

Item, WILLELMUS de BREWOSA pater domini nunc dedit GRUFF' VAAB CC. acras terre in suprabosco et valent per annum v^s.

Idem W[ILLELMUS de BREWOSA] dominus nunc dedit PHILIPPO HAROLD unum curtillagium in SWEINESEIE tempore Regis nunc et valet per annum IJ^d.

Item, idem dominus nunc . . . . . . mesuagium in SWEINESEIE tempore Regis nunc et valet per annum IIIJ^d.

Item, idem dominus nunc dedit WILLELMO CURTEIS de BRISTOLL u . . . . . . SWEINESEIE tempore Regis nunc et valet per annum J^d.

Item, idem dominus nunc dedit NICHOLAO BRAGHAN unum curtillagium tempore Regis EDWARDI p[atris Regis nunc] quod JOHANNES de la MARE nunc tenet et valet per annum VJ^d.

Item, idem dominus nunc dedit ROBERTO CUT' unum mesuagium in SWE[INESEIE tempore] Regis nunc et valet per annum J^d.

Item, dicunt predicti jurati quod omnes terre et tenementa supradicta sunt particule [terre de GOWER] que quidem terra de GOWER integra tenetur de domino Rege ANGLIÆ in capite per servicium unius feodi militis.

Et [dicunt quod terre et tenementa] predicta alienata sunt in feodo et perquisita in omnibus ut predictum est, tenenda de predicto WILLELMO de BREWOSA domino de G[OWER] . . . . licentia dicti domini Regis ANGLIE nunc aut aliquorum progenitorum suorum per quod servitium ignorant.

In cujus rei testimonium . . . . sigilla sua apposuerunt. Datum apud CREMELYN die et anno supradictis.

(1) Coh may be derived from Coch, a very common Welsh name, and if so it is an early instance of its adoption as a surname. It is sometimes written Cogh and Choch, in which form Res Choch witnessed a Charter ante 1200. Res Coh or Res Choc witnessed a Kilfeculm Charter in 1198, and granted to Margam land formerly belonging to Kethereche, in the territory of Newcastle [CCCLXIX.], also Res Coh and his brothers Regan, Cradoc, Ketherech, and Wronu, granted to Margam land between the Garw and the Ogmore, probably inherited from Kenerech, the brother of the father of Res. The Newcastle grant was confirmed by Morgan ab Cradoc, the overlord. And there was an arbitration between Res Coh and Margam as to land on the Garw [CCCCXCVI.] Some of the land given to Margam was in Corneli, and there was a meadow called Coh in the marsh of Aven [CCXCIV.] Res Coh had a son, Res Coh Vachan, who in 1234 was Res Coh junior [CCCCXC.], and whose brothers were Griffin, Res, and Meuric [CCCLXXII.] Besides them occur Walter Coh, and Margery his wife, and Robert their son [CCCLXXXVI.], also in 1249 Barth Coh [DXXXVII.], and Philip Coh, 1267 [DCXXXIV.] Also in 1319, a John Cogh, who holds two messuages [DCCCXCIII.]

DCCCXCIV.

LETTER OF HUGH LE DESPENSER 'LE FILS' TO THE SHERIFF OF GLAMORGAN.

[ORIGINAL CHARTER INLAID IN COTTON MS. NERO C. III., fol. 181.]

1312—1320.

HUGHE le DESPENSER le ffuiz a nostre cher et bien ame bachiller monsieur JOHAN nostre viscounte de GLAMORGAN saluz.

Nous resceumes voz lettres a CYRENC[ESTRE] le xx. iour de MARZ, les queles nous auoms bien entendues en touz poinz. Mult nous plait que lenqueste est passee a EXCESTRE pur monsieur HERBERT du MARAYS, endroit del Ile, et coe pur le droit que nous entendoms quil auoit, et pur lesperance que nous auons de purchacier le meisme Lyle. Nostre seignur le Roy ad maunde querre par ses lettres le dit monsieur HERBERT, et sire JOHAN de COGHAM son menor qeux

vignent a luy a Gloucestre le plus en haste qeux purront. Nous sumes en bon espoir que nous y ateindrions bien, et a ce faire, le Roy y mettra tut son poer. Nous vous sauons mult grant gre de la diligence que vouz auez mys que les besoignes le dit monsieur Herbert alassent bien. Moult nous plait de ce que noz gentz sont en bone quiete par tute nostre seignurie, et du grondilement de Breghenok nous ne donoms force, par issint que nous gentz facent tute voirs lur deuoir deuers nous, a quele chose faire . vous mandons que vous mettez tute vostre peine, des . xxiiij. ' de noz ' galeys que vous auez esluz des plus grant de nostre terre . pur nous enueir et demorer oue nous un temps . nous plait bien, mes nous ne voloms auoir nul a chiual en nule manere, einz voloms qeux soient touz a pie, et touz as ouelles gages, et en ceste fourme . les nous enuoiez, et des gages come eux sont acoustumez de prendre nous les ferons seruir prestement pur tant come eux demoront. De ce que vous nous mandez que Dauyd ap Grono est et touz iours ad este mult propis en noz besoignes . nous ne creumes unqes aultre, ne crere ne poroms quil se vosdreit mesfaire deuers nous al sent et lauisement que nous entendoms en luy. De ce que vous auez entendu que le counte de Herford est mornes et pensifs plus quil ne soleit . nest mye meruaille sil est, quar il se ad si portez en contenances deuers son lige seignour que mult de biens et de honurs luy ad fait quil endeit bien auoir grant pensee. Endroit de ce que sire Hughe Daudele manace de greuer les bones gentz que nous ont tenuz lieu, en pais de Tornbury . ne doutez que lui ne nul de ses allies ne aueront ia le poer de greuer nul ' des noz ' quar nous les defendrons bien alaide de Dieu, ne ia ne couient quil se asseure trop en leide sire Henry le Espigornel quar nous ne porions crere que le dit sire Henry vosdreit estre encontre nous ne ' contre ' nul de noz amys et sur ce luy auons maunde noz lettres mult especiales. De ce que vous auez eu deuant vous les plus auauntz de noz galeys denquerre lur volente si nous poions affier en eux ou noun . et de enquerre si nostre seignurie fust assez fort de contreester la malice de ceux de Breghenok et de Cantre-baghan . nous plait mult, et lur respouns auxint. Et quant a ce queux doutent

charge de gentz darmes . ne couient ia doter, par issint que nous en feussons garniz en temps quar nous auoms gentz darmes et auerions assez pur nous garder de noz nusours de dit counte et dautres. De ce que vous auez ordine de faire gaiter noz villes et chasteaux de noyt . et de iour, est bien fait, et de caddeus que sont ordinez a garder nostre marche par entre nous et Breghenok est bien ordene par issint que noz gentz ne comencent nule riote de suys eux en nule manere qele chose nous desplereit mult . come auaut vous auoms maunde, et pur ascunes resons que nous vous diroms plusplenement de bouche. Qant a ce que vous nous auez maunde quil vous semble pur le meillour que bon serreit que nous vous enuoiassons xij. homs darmes et demorier une piece en nostre seignurie . sachez que auxi tost que nous vendrioms a Glouc[estre] nous nous en auiserons, et en ferons solonc ce quil nous semblera que serra pur le meillour. Nous vosdrions moult vostre venue a nous apres vostre tourn tenuz si sanz damage et peril de noz aultres besoignes le puriez faire. A dieu que vous gard. Escript a Circestre le xxj. iour de Marz.

Endorsed—‘Pur la venue le visconte a Glouc[estre].’

DCCCXCV.

LETTER WRITTEN BY THE SAME HAND, PROBABLY FROM THE SAME TO THE SAME, OR FROM ONE IN THE TRAIN OF DESPENCER.

[Original Charter inlaid in Cotton MS. Nero C. III., fol. 229.]

1312—1320.

A son treschir et especial compaignoun, et amy si li plait saluz et treschers amistetz.

Sire endroit des lettres que mon seignour vous enuoye vous pri et counsail en bone foi que de riens que deins seit . ne vous donetz anguisce ne malencolie a vostre coer en nul point, salue en mettaunt vostre peine et diligence de bien faire

ses busoignes et profitablement pur li et honourablement pur vous, et pour dieu mettez peine coment il feust seruiz destre a mille liures les queles li sount arrere de v$^{ml.}$ dount bien sauetz quar iamays deuaunt qil les eit vous ne moy naueriomes per de li, et entendez sire de certein qil vous eime et prise des taunt plus qil ne fait le semblaunt, et qe hardement poietz dire et pensir en vostre coer que unqes chiualier meillour seignour nauoit que vous nauetz, quar seiez seur que graunt bien et honur vendra a vous et a votz de son seruise et que entre nous serrioms touz auauncietz par my li en grauntz biens et chescun solome sa deserte, quar dieu merci le bien et le honour de li encrest chescun iour et ces maneres amendent chascun iour plus que aultre par issint qil eust tresor en son pouer cheskes a la summe que son coer desire de la quele vous et moy auoms souent parle que namounte mesque xx$^{ml.}$ liueres, et laquele summe, si dieu li done vie, et entre nous en son seruice oue leide de dieu a coe ateindroms nous en breif temps. Ceste lettre seit consail quar ele nest mye deuer a touz. Ioe vous ai achate votre liueree sicome vous me auetz par votz lettres maunde, meis ioe nen poie auoir nul iour et me coueneit cheuir les deners et paier les meintenaunt come Braibrok vous seit dire cest assauoir iij. draps des clercs, pris de la piece lxvi$^{s.}$ viij$^{d.}$ et iiij. draps desquiers, dount ij. blues, et ij. reyes pris de la piece lx$^{s.}$ xx$^{d.}$ et j. drap pur gentz de mestiere e de garcon j. pur la cause que le dit Braibrok vous dirra, et est la summe de voz draps xxiiij$^{li.}$ xiij$^{s.}$ iiij$^{d.}$ de la quele ioe vous pri vous enrendetz a sire Thomas de Steingraue xx$^{li.}$ que ioe resceu de li par une aquitaunce sealle de mon seall. en aultre les mm$^{l.}$ dount il auoit garraunt de mon seignour, et cele aquitaunce reperuetz deuer vous et la me aportez a vostre venue a mon seignour et du remenaunt acompteroms bien aultrefoitz entre vous et moi. Ioe vous ferrai moillir et retundre votz draps les queux serrount prestz a vostre maundement de deliuerer la ou il vous plerra. Sire ioe vous eusse enuoie autres lettres mes Braibrok vous en sauera dire tut mon estat de bouche. A dieu sire que vous domt bone vie et longe, et me domt bones nouelles de vous oir.

DCCCXCVI.

GRANT IN TAIL BY THOMAS DE PENEBRYGGE, TREASURER OF HEREFORD, TO SIR ROBERT DE PENRES, KNT., AND BOURGE, HIS WIFE, OF THE MANOR AND ADVOWSON OF OXYNEWYCHE WITH SPECIFIED REMAINDERS.

[MARGAM CHARTER.]

12 JAN. 13 EDW. II. 1320.

Sciant presentes et futuri quod ego THOMAS de PENEBRYGGE thesaurarius HEREFORDIE dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino ROBERTO de PENRES militi et BOURGE uxori ejus manerium de OXYNEWYCHE simul cum advocacione ecclesie ejusdem manerii ac homagiis et serviciis liberorum hominum ac villanorum in illo manerio tenencium et eorum sequelis pratis pascuis pasturis boscis gravis vastis molendinis releviis redditibus escha[e]tis et omnibus aliis pertinenciis ad predictum manerium quoquomodo spectantibus. Habendum et tenendum eisdem domino ROBERTO et BOURGE et heredibus suis de corpore suo adinvicem procreatis de capitali domino feodi illius libere quiete bene et in pace jure hereditario per servicia debita et de jure consueta inperpetuum. Et si contingat quod predicti dominus ROBERTUS et BOURGE obierint sine herede de corpore suo adinvicem procreato . tunc post decessum ipsorum domini ROBERTI et BOURGE predictum manerium cum pertinenciis et advocacione ecclesie predicte integre remanebit RICARDO fratri predicti domini ROBERTI et heredibus masculis de corpore suo procreatis . Tenendum de capitali domino feodi illius per predicta servicia sicut predictum est inperpetuum. Et si contingat quod predictus RICARDUS obierit sine herede masculo de corpore suo procreato . tunc post decessum ipsius RICARDI predictum manerium cum pertinenciis et advocacione ecclesie antedicte remanebit JOHANNI fratri ejusdem RICARDI et heredibus masculis de corpore suo procreatis . Tenendum de capitali domino feodi illius per predicta servicia sicut predictum est inperpetuum. Et si contingat quod pre-

dictus JOHANNES obierit sine herede masculo de corpore suo procreato . tunc post decessum predicti JOHANNIS predictum manerium et advocacio ecclesie antedicte cum pertinentiis integre remanebit ALICIE sorori ejusdem JOHANNIS et heredibus masculis de corpore suo procreatis . Tenendum de capitali domino feodi illius per predicta servicia sicut predictum est inperpetuum. Et si contingat quod predicta ALICIA obierit sine heredibus masculis de corpore suo procreatis tunc post decessum predicte ALICIE predictum manerium et advocacio ecclesie antedicte cum pertinentiis integre remanebit SIBILLE sorori ejusdem ALICIE et heredibus masculis de corpore suo procreatis . Tenendum de capitali domino feodi illius per predicta servicia sicut predictum est inperpetuum. Et ego vero predictus THOMAS et heredes mei warentizabimus eisdem domino ROBERTO et BOURGE et heredibus suis predictis, et eciam eidem RICARDO et heredibus suis predictis si predicti dominus ROBERTUS et BOURGE obierint sine herede de corpore suo adinvicem procreato . et eciam eidem JOHANNI et heredibus suis predictis si predictus RICARDUS obierit sine herede masculo de corpore suo procreato . et eciam eidem ALICIE et heredibus suis predictis si predictus JOHANNES obierit sine herede masculo de corpore suo procreato . et eciam eidem SIBILLE et heredibus suis predictis si predicta ALICIA obierit sine herede masculo de corpore suo procreato . predictum manerium et advocacionem ecclesie predicte cum pertinenciis sicut predictum est contra omnes gentes inperpetuum. Et si contingat quod predicta SIBILLA obierit sine herede masculo de corpore suo procreato . tunc post decessum ipsius SIBILLE predictum manerium et advocacio ecclesie predicte cum pertinenciis integre revertentur ad predictum dominum ROBERTUM heredes suos et assignatos quiete de aliis heredibus ipsorum RICARDI JOHANNIS ALICIE et SIBILLE . Tenendum de capitali domino feodi illius per servicia que ad illud manerium pertine[n]t in perpetuum. In cujus rei testimonium presentem cartam indentatam et triplicatam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus . domino DAVID de LABERE milite . ROBERTO de PENEBRYGGE . JOHANNE de LANGETON' . WILLELMO de LAMARE de LANGEWYTH . PHILIPPO SCORLAG' . ROBERTO MOXEL . ADA de LABERE et aliis.

Datum duodecimo die Januarii anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI terciodecimo.

Oval seal, red wax, ⅞in. by ⅝in. Our Lord, standing, with nimbus, and a rectangular plaque in the right hand, appearing to St. Thomas, who is kneeling before him with hand outstretched: in a canopied niche.

'[S'. THOME.] DE. PENEBRYGGE.'

DCCCXCVII.

GRANT BY JOHN BLONCAYNEL TO ROBERT MONSEL, SON OF HENRY MONSEL, OF LAND IN THE FEE OF PENMAYN.

[FRANCIS MS.] CIRCA 1320.

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES BLONCAYNEL dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi ROBERTO MONSEL filio HENRICI MONSEL xx. duas acras et dimidiam terre arabilis in feudo de PENMAYN pro servicio suo quarum septem acre cum pertinenciis jacent in campo australi tendentes in longitudine a via communi in VELIS que ducit apud OXMEWYCH ex parte orientali usque ad fontem que dicitur LANGEDICH ex parte occidentali jacentes in latitudine a terre ADE HERING ex parte australi usque ad terram meam propriam quam DAVID WRENCH tenet ex parte boriali et unam acram que jacet in STEDWORLANGO in parte zepheri cujus unum capud tendit ad ALTUM BUSCHE ex parte orientali aliud capud usque ad ELLES ex parte occidentali et unam acram et dimidiam que jacet in WORLANGO ville in parte occidentali et superiori et duas acras et dimidiam que jacent juxta terram ecclesie in WORLANGO que dicitur RICROFTE in parte boriali vie que ducit ad SWEYNESE. Et novem acras et dimidiam que jacent juxta novam foveam in campo orientali a via que tendit ad SWEYNESE ex parte boriali usque ad viam viridem que ducit ad fontem beate MARIE de PENNARD ex parte australi. Et unam acram que dicitur BUTTESACRE

que tendit a via viridi predicta ex parte boriali usque ad terram que vocatur WOTLOND ex parte australi. Habendum et tenendum sibi et heredibus suis de me et heredibus meis libere et quiete honorifice et in pace. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ipse et heredes sui ad festum Pasche octo denarios sterlingorum pro omni servicio et seculari demando salvo servicio regali tante terre pertinente. Et ego vero JOHANNES BLONCAYNEL et heredes mei predicto ROBERTO MONSEL et heredibus suis totam predictam terram pro redditu predicto contra homines et feminas inperpetuum warantizabimus. Item ego JOHANNES BLONCAYNEL dedi predicto ROBERTO MONSEL unum messuagium in villa de PENMAYN in quo mansit JOHANNES GIBELOT et ortum et aliud messuagium in quo mansit THOMAS LARGUS et ortum sub eadem libertate qua ei predictam terram concessi. Et unum molendinum quod faciemus inter me et predictum ROBERTUM habendum sibi et heredibus suis dimidietatem illius molendini diebus meis et totum post dies meos. Et ut hac mea donacio rata stet et stabilis huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . PHILIPPO de NETH tunc senescallo GOHERIE . WALTERO MONSELL tunc constabulario de GOUHER . MARTINO clerico tunc scriptore castri . ROBERTO de PENRIS . JOHANNE de WYLERS militibus . HUGONE PURBIC . RICARDO de BARRI . HENRICO MONSEL . HENRICO de WODIET et multis aliis.

Seal wanting.

With apparent accuracy called Circa 1420, in Francis's Album of Orig. Documents.

DCCCXCVIII.

GRANT BY WILLIAM DE BREUSA OF FREE TRADING IN HIS LAND TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] CIRCA 1320.

Sciant presentes et futuri quod ego WILLELMUS de BREUSA consensu heredum meorum pro salute anime mee et omnium antecessorum et

successorum meorum et pro salute anime AGNETIS uxoris mee dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus plenam perpetuam libertatem ad emendum et vendendum per totam terram meam quicquid sibi placuerit ac sibi viderint utile aut necessarium libere et quiete sine omni tallagio et sine omni consuetudinaria demanda. Et ego et heredes me hanc libertatem iisdem warantizabimus in perpetuum. Et ut hec libertas rata et stabilis perseveret in perpetuum presentis scripti attestacione et sigilli mei impressione eam roboravi. Hiis testibus . domino ROBERTO de PENRYS . domino JOHANNE de VILERS . HENRICO SCURLAG' . PHILIPPO de NETH . magistro JOHANNE de SWEINES' . ADA CNOYL et aliis.

Small round seal in green wax. The device a wolf's or lion's head.

Legend—'[+ S'] DNI WILL'MI DE BREUS . . . . .'

Endorsed—'Carte Domini de Brehaus.'

The grantor of this Charter appears to have been William de Braose of Gower, who succeeded his father of the same name, 19 Edward I., and had livery of his inheritance at once. His mother had Gower in dower, but exchanged it with her son against a charge upon lands in Sussex. He married a daughter of Thomas de Moulton, usually called Aliva, but here Agnes. 14 Edward II., 1320-1, William contracted to sell Gower to the Earl of Hereford, having previously settled it upon his own daughter, Olivia, upon her marriage with John de Mowbray, with remainder, failing the heirs of their body, to the Earl. This transaction gave rise to great scandal, during which Hugh le Despencer, then in the ascendant, contrived to obtain the lordship by an enforced purchase. Of the witnesses, the Lord Robert de Penrys was of Penrice Castle, in Gower, and Philip de Neth was seneschal of Gower, witnessing a Blonegynel deed without date, in company with Penrice. John de Vilers does not appear elsewhere; but he was, no doubt, of the family of Henry de Vilers, who witnesses many Gower deeds a little earlier. Various members of the Scurlage family, of Scurlage Castle, in Gower, witness Gower and Margam Charters; but this is the only appearance of Adam Cnoyl and John de Sweynese. The date of this Charter probably lies between 1291 and 1320.

In the Spenser Survey, 1320, the abbot of Margam held one fee in Langwith or Langewydd, therefore not extended. (Meyric, p. 23.)

DCCCXCIX.

QUIT-CLAIM BY SIR WILLIAM CORBETH, KNT., TO ST. PETER'S ABBEY, GLOUCESTER, OF RIGHT TO A MESSUAGE IN LANCARVAN.

[CARTUL^m. S^ti. PETRI GLOUC. CCCCXLVII.] CIRCA 1320.

Notum sit omnibus presens scriptum visuris vel audituris quod ego WILLELMUS CORBETH miles relaxavi et quietum clamavi pro me et heredibus meis in perpetuum abbati et conventui Sancti PETRI GLOUCESTRIÆ totum jus et clamium quod habui vel habere potui in quodam mesuagio cum omnibus suis pertinentiis in villa de LANCARVAN de quo mesuagio eos implacitavi in comitatu de CAIRDIF per breve de ingressu. Pro hac autem mea relaxatione et quieta clamatione dederunt mihi predicti abbas et conventus tresdecim marcas argenti. Et quia volo quod hec mea concessio et quieta clamatio stabilis et firma in perpetuum perseveret presenti scripto sigillum meum apposui, etc.

DCCCC.

BREVIATE OF A GRANT BY LLEWELYN, PRINCE OF NORTH WALES, TO MORGAN GAM, OF LAND IN LANDYMOR; AND OF A PETITION TO THE CROWN BY THE TENANTS THEREOF.

[P.R.O. BREVIA REGIS J.] 1320.

1. Know all men etc. I LLEWELYN PRINCE of NORTH WALES have granted to MORGAN GAM and his heirs all the land of LANDYMORE with its appurtenances to hold by the service of one knight's fee. Also all the land on the east side of the TAWY as that water falls into the sea. Testibus . MADOC filio GRIFFITH . MAYLOUR . MEREDITH filio ROBERTI . ETHENWIT . EYNON filio WALKENEY . MADOC filio RIRID . MAELGON filio RESI CRIK . RES filio GRIFFINI.

2. Petition to our Lord the King from the tenants of our Lord the PRINCE in LANDIMOR and KILVEY in WALES. They state that LLEWELYN PRINCE of WALES gave to MORGAN GAM the said lands which were held by the said Prince as of the Lordship of KERMERDYN till JOHN de BREWIS then Lord of GOWER by duresse and coercion etc etc . . . . the Earl of WARWICK now in seizin of GOWER. They request that the Prince's chancery may be instructed to direct his ministers to enquire whether LANDIMOR and KILVEY do not appertain to the Lordship of CAERMARTHEN.

DCCCCI.

RELEASE BY ALICE PERUATH, WIDOW OF JOHN PERUATH, OF KENEFEG, OF A MESSUAGE IN KENEFEG, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] 15 FEB., 1320 [1321].

Universis CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit ALICIA PERUATH relicta JOHANNIS PERUATH de KENEFEG salutem in domino sempiternam. Noveritis me die confectionis presencium in pura viduitate mea omnino dimisisse et quietum clamasse pro me et heredibus meis et assignatis inperpetuum . abbati de MARGAN et ejusdem loci conventui et eorundem successoribus unum messuagium cum curtilagio in villa de KENEFEG juxta vicum qui appellatur vicus monachorum quod de dictis . . abbati et conventu tenui. Et jacet inter grangiam dictorum . . abbatis et conventus et terram WILLELMI KETHEREK, una cum messuagio et curtilagio uno in eadem villa de KENEFEG juxta vicum predictum que jacent in longitudine et latitudine cum suis pertinentiis inter predictam grangiam et terram quam THOMAS GRAMUS tenuit . que predictus JOHANNES PERUATH quondam maritus meus et ego ALICIA ex dono et concessione domini WILLELMI capellani filii KETHEREK nobis et heredibus nostris et assignatis

habuimus . prout in carta inde confecta et penes dictos . . abbatem et conventum remanente plenius continetur. Ita quod nec ego dicta ALICIA nec aliquis heredum meorum sive assignatorum aliquid juris, vel clamii, aut calumpnie in illis predictis messuagiis et curtilagiis cum pertinenciis aliquo modo vendicare poterimus in eternum. Pro hac autem dimissione mea et quieta clamacione concesserunt et dederunt unanimi assensu et voluntate communi predicti .·. abbas et conventus mihi singulis diebus quoad vixero unum panem conventualem, et unam lagenam cervisie potus eorundem prout in quadam littera inde confecta et penes me remanente plenius continetur. Quam quidem litteram super hujusmodi confectam heredes mei sive assignati aut executores mei cum de me humanitus contigerit sine altercacione aliqua predictis . . abbati et conventui et eorum successoribus tenebuntur restituere per presentes. Et ego vero dicta ALICIA et heredes mei et assignati dictam dimissionem ac quietam clamacionem dictis . . abbati et conventui et eorum successoribus contra omnes mortales warentizabimus acquietabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui. Et quia sigillum meum pluribus est incognitum sigillum commune burgensium de KENEFEG' apponi procuravi. Hiis testibus . JOHANNE LOUEL . WILLELMO de CORNELY . WILLELMO de MARLE . THOMA de MARLE . THOMA BURGEYS . PHILIPPO STIWARD . HENRICO MONTFORT . JOHANNE COHC' . WALTERO BEGAN . HENRICO COLYN . JOHANNE TEXTORE . et multis aliis.

Datum apud MARGAN quinto decimo die mensis Februarii. Anno domini millesimo ccc$^{mo.}$ vicesimo.

Two seals, red wax.

1. 1in. diam. A rosette.

‘ + S’ ALICIE P’UA’.’

2. 1¼in. diam. An ornamental cross between four pellets.

‘ + S’ . COMUNE . [DE] . KENEF’.’

DCCCCII.

RELEASE BY ALICE PERUAT, WIDOW OF JOHN PERUAT, OF LAND IN MULLEMANNISLOND, KENFIG, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] CIRCA, 1321.[1]

Universis CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit ALICIA PERUAT relicta JOHANNIS PERUAT de KENEFEG salutem in domino sempiternam. Noveritis me die confectionis presencium in libera viduitate mea pro salute anime mee concessisse relaxasse et omnino quietum clamasse pro me et heredibus meis et assignatis religiosis viris domino . . abbati de MARGAN et ejusdem loci conventui eorumque successoribus unam acram terre arabilis que jacet in campo quod vocatur MULLEMANNISLOND inter terram THOMA TYNEKARE in parte orientali . et terram THOME POULYN in parte occidentali, et extendit se in longitudine a stangno molendini usque ad pratum HENRICI VOT. Ita quod nec ego predicta ALICIA nec heredes mei aut assignati aliquid juris, clamii, vel calumpnie a predicta acra terre vendicare poterimus in perpetuum. Et ego predicta ALICIA et heredes mei et assignati predictam concessionem, relaxacionem, et omnimodo quietam clamacionem predictis . . abbati et conventui de MARGAN eorumque successoribus contra omnes mortales warantizabimus, acquietabimus et defendemus in perpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui. Et quia sigillum meum pluribus est incognitum . sigillum commune burgensium de KENFEG apponi procuravi. Hiis testibus . JOHANNE LOVEL . PHILIPPO STIWARD . DAVID MARESCHALLO . WILLELMO TERRY . HENRICO COLYN et multis aliis.

Two seals, red wax.

1. Oval, 1¼in. by 1⅛in. A rude fleur-de-lis.

Legend—' + s' ALICIÆ . PERUAT.'

2. 1⅜in. diameter. An ornamental cross between four pellets.

Legend—' + S. COMUNE . DE . KENEF'.'

(1) See preceding release.

(2) This seal is a remarkable example of the seal of a corporation in the Lordship, rudely designed after the type of private seals of small landowners.

DCCCCIII.

EXTRACTS RELATING TO GLAMORGANSHIRE FROM THE CHRONICON LANDAVENSE.

[Brit. Mus., Cotton MS. Nero A. IV,] A.D. 1321.

[*f.* 2 *b.*] . . . .

De prima construccione et edificacione ecclesie Landavensis. Anno incarnacionis Domini ccccxlvij^o. missi fuerunt duo venerandi viri Germanus Altisiodorensis episcopus et Lupus Triacessine[1] civitatis a partibus Gallie in Britanniam ad dictam heresim (*i.e.* Pelagianam) extirpandam et confundendam qua dictorum virorum disputacionibus et predicacionibus omnino deleta et destructa preceperunt assensu et consensu Mauricii filii Toudrici tunc regis Morgannuc edificare de novo et construere unam sedem metropolitanam super rippam Taaf in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli. Et post completum opus rex eam diversis territoriis privilegiis et redditibus honorifice dotavit sicut in graffo Sancti Theleay plenarie reperitur in eam dicti religiosi viri Dubricium virum sanctum et famosum doctorem et archiepiscopum et dextralis Britannie primatem consecraverunt.

[*f.* 3 *b.*] . . . .

Anno incarnacionis Domini dvj^to. Dubricius archiepiscopus Landavensis coronavit Arturum[2] regem famosissimum in civitate Circestrie, anno etatis sue xv^o. Et postquam fama largitatis et probitatis illius per extremos mundi cardines divulgata esset ac sibi diversas naciones diris preliis et fatigacionibus subjugasset archiepiscopos episcopos reges principes et duces sibi subditos ad Urbem Legionum unanimiter fecit convocare et ibidem magnam festivitatem Pentecostes venerabiliter celebrare quibus accersitis et completis vocantur cuncti qui ei propter honores obsequium prestabant singulos singulis possessionibus honorifice dotavit et sic licencia petita et optenta omnes et singuli ad propria cum gaudio remearunt. Dubricius vero senciens se senio gravatum salutatis fratribus sese ab archiepi-

scopali sede deposuit quandam insulam infra mare HIBERNICUM sitam que distat a terra per quinque miliaria cambrice vocatam ENYS ENLLY anglice vero BARDESEY infra quam viginti milia corpora sanctorum sunt humata. Ibique in vigiliis et orationibus usque ad extremum diem vite sue heremiticam vitam duxit et post vite hujus cursum ibidem honorifice sepultus et inter sanctos primus connumeratus DCXIJ°· anno incarnacionis Domini migravit ad dominum. Et M°· XX°· anno translatus est ab insula ENLLY per URBANUM LANDAVENSEM episcopum ad ecclesiam suam LANDAVENSEM X. Kl'. mensis Junii. Post vere dictum DUBRICIUM illustris sacerdos THELYAUS in pastorem et episcopum ecclesie LANDAVENSIS est sublimatus cujus mores et actus laudabiles reddunt historie.

[*f.* 6 *b.*] . . . .

Anno Domini MCCLXXX. et XVJ$^{to.}$ fuit guerra MORGANI vap MEREDUTH cambrice vero dicta RYUEL VORGAN. In qua omnes WALLENSES universaliter surrexerunt et fuit eis valde utilis. Anno Domini M°· CCC°· XV°· fuit Guerra LLEWELLINI BREN inter ipsum et GLAMORGANENSES suscitata que fuit particularis et non duravit nisi per novem septimanas.

. . . .

Anno Domini MCCCXVJ. ffuit guerra regine cambrice vero dicta RYUEL YURENINES in qua captus fuit EDWARDUS rex cognomine KAYRNARVAN cum HUGONE de SPENSER et aliis multis magnatibus apud LLANYTRISEIN ym MEISKEN qui ducti fuerunt per diversas partes ANGLIE et ibidem exterminati.

. . . .

[*Another series.* *f.* 48 *b.*]

Anno Domini MCCXCV. Depredata fuit abatia de STRETFLUR per regem ANGLIE tunc omnes WALLICI venerunt ad pacem ejus.

[*f.* 53 *b.*] . . . .

Anno Domini MCCCXXJ. Contigit, ut in octavo anno preterito intitulatur quod GILBERTUS de CLARE comes GLOVERNIE in SCOCIA interfectus erat tunc comitatus ejus qui extenditur ad XV. milia libras tribus filiabus suis dividebatur

quarum unam HUGO le DESPENCER junior, secundam ROGERUS DAMMORY et terciam HUGO DAUDELEY junio[r] duxerant in uxores. Cum autem ille HUGO le DESPENCER paranimphus esset regis terras dictorum ROGERI et HUGONIS ex regia concessione vi abstulerat quasi cupiens omnes porciones trium sororum sibi usurpare et sic comes GLOVERNIE vocari gliscebat. Dicti igitur ROGERUS et HUGO auxilium ex magnatibus regni pecierunt. Tunc UMFRIDUS de BOUN comes HERFORDIE ROGERUS de MORTIMER de WIGGEMORE et ROGERUS de CHIRKE avunculus ejus moverunt se cum exercitu versus SOUTH WALLIAM Ceperuntque CAERDIF CAEFILLY et alias villas cum castris, terras vero duarum sororum que jure hereditario possiderant tunc tempus restituebant, etc.

(1) Tricassine, Titus D. XXII., f. 24. St. Lupus, Bishop of Troyes (Tricasses) A.D. 427, is here intended.

(2) Arthurum, *id.*

DCCCCIV.

CONFIRMATION BY CRISTINA [ALINC], DAUGHTER OF DAVID DE LA MORE, TO THOMAS, SON OF MAURICE CLEMENT, OF A BURGAGE IN CARDIFF.

[MARGAM CHARTER.]

1 MAR. 14 EDW. II. 1321.

Sciant presentes e. f. q. e. CRISTINA filia DAVID de la MORE dedi c. e. h. p. c. m. confirmavi THOME filio MAURICII CLEMENT de KAERDIVIA unum burgagium cum pertinentiis in SCHIPMANSTRETE extra portam australem ville de KAERDIF quod in longitudine jacet unum caput versus occidentem super TOF' aliud vero caput tendit versus orientem super vicum regale . ex parte vero australi jacet burgagium quod quondam fuit HENRICI filii STEPHANI . ex parte vero boriali jacet burgagium HAMONIS DUOLE de AXE. Habendum et tenendum dictum burgagium cum pertinentiis dicto THOME et heredibus suis sive assignatis de

domino capitali dicte ville per servicia inde debita et consueta libere quiete bene et in pace jure hereditario in perpetuum. Et ego vero dicta CRISTINA et heredes mei totum dictum burgagium cum pertinentiis dicto THOME et heredibus suis sive assignatis contra omnes mortales warentizabimus et defendemus in perpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus . HUGONE de RAATH . JOHANNE filio suo . JOHANNE ODYN . JOHANNE filio NICHOLAI de la MORE . RICARDO filio ELIE . ROGERO le POLICER . WILLELMO de GRASMER et multis aliis.

Datum apud KAERDIF primo die mensis Martis anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI xiiij°.

Seal in red wax, 1⅛in. diam. A star with four main and twelve subordinate rays.

Legend—' + S' CRISTIANE ALINC.'

DCCCCV.

INQUISITIONS 'AD QUOD DAMNUM' AND 'POST MORTEM' OF JOHN IWAYN, OF THE COUNTY AND CITY OF HEREFORD, AND THE LORDSHIP OF GOWER.

[P.R.O. INQUIS. AD QUOD DAMNUM, 15 EDW. II., No. 75.]

27 FEB., ETC. 15 EDW. II. 1322.

EDWARDUS Dei gratia Rex ANGLIE dominus HIBERNIE et dux AQUITANIE vicecomiti HEREFORDIE salutem.

Supplicavit nobis ALICIA filia WILLELMI ROKULF junioris, quod cum JOHANNES IWAYN consanguineus ipsius ALICIE, cujus heres ipsa est, jam defunctus, fuisset seisitus in dominico suo ut de feodo, die quo obiit, de diversis terris et tenementis cum pertinentiis in comitatu predicto, et eadem ALICIA post mortem predicti JOHANNIS terras et tenementa predicta ingressa fuisset et ea jure hereditario diu

tenuisset, ac terre ille et tenementa certis de causis jam capta sint in manum nostram, velimus eidem ALICIE quod justum fuerit fieri in hac parte, nos super premissis certiorari volentes tibi precipimus quod, et cet.

Teste me ipso apud WARREWYK' XXVIJ. die Februarii anno regni nostri quinto decimo. [A.D. 1322.]

Per ipsum Regem.

Inquisicio terrarum et tenementorum de quibus JOHANNES IWAYN fuit seisitus die quo obiit, facta coram vicecomite HEREFORDIE et JOHANNE de LYNGAYNE milite fideli domini Regis die sabbati proxima ante festum Sancti GREGORII Pape anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI quintodecimo, per sacramentum RICARDI de BRIGYNDEN, ROGERI GOUTHMOND, ADE de MALMESHULL', GILBERTI MARTYN, WILLELMI de SCOUTEMULL', WILLELMI ABRAHAMES, HENRICI de BRUNSHOPE, WILLELMI GHERNOUNS, EGIDII ESEBERN, WILLELMI le BRUT, RICARDI de MYNERS, et HENRICI MORISCE.

Qui dicunt per eorum sacramentum quod JOHANNES IWAYN defunctus fuit seisitus die quo obiit in villa de WERHAM in hundredo de GRYMESWROSNE de uno mesuagio cum pertinentiis quaterviginti et septem acris terre arrabilis quatuor acris prati et una placea pasture cum pertinentiis que valent per annum in omnibus exitibus quadraginta et unum solidos et sex denarios.

Dicunt eciam quod idem JOHANNES IWAYN tenuit predicta tenementa de episcopo HEREFORDIE in feodo et non alio modo.

Dicunt etiam quod ALICIA filii WILLELMI ROKULF junioris terras et tenementa predicta post mortem predicti JOHANNIS, ut consanguinea et heres ejus ingressa fuit die MERCURII in vigilia Ascensionis domini anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI quartodecimo et seisinam suam inde continuavit a die MERCURII predicto usque ad diem JOVIS proximam post festum Purificacionis beate MARIE anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI quintodecimo.

Dicunt etiam quod predicta ALICIA propinquior heres predicti JOHANNIS IWAYN est et de etate quinque annorum.

Dicunt etiam quod predicta terre et tenementa sunt in manu domini Regis per preceptum suum sub privato sigillo vicecomiti Herefordie directum.

Dicunt etiam quod terre et tenementa predicta tenentur de episcopo Herefordie per servicium undecim solidorum et unius denarii et unius oboli per annum et per servicium homagii fidelitatis sectarum curie et scutagii quantum ad predicta tenementa pertinet quando currit.

In cujus rei testimonium sigilla predictorum juratorum presentibus [sunt] appensa.

Inquisicio capta in civitate Herefordie coram ballivis ejusdem et Thoma de la Barre eis assumpto virtute returni cujusdam brevis domini Regis die Veneris proxima post festum Sancti David episcopi anno regni Regis Edwardi quintodecimo, per sacramentum Johannis Momword, Willelmi de Clehungre, Willelmi de . . . . . . , Rogeri de Ledebury, Simonis le Bruyn, Johannis filii Rogeri Iwayn senioris, Roberti de Clifford, Johannis le Gurdlere, Rogeri de la Wythe, Willelmi le Barber, Johannis le Barber, et Johannis de Hepe.

Qui dicunt per sacramentum suum quod Johannes Iwayn fuit seisitus in dominico suo, die quo obiit, de quatuor mesuagiis et duobus curtilagiis in civitate Herefordie in suburbio ejusdem ville, que tenentur de domino rege in liberum burgagium, pro quibus mesuagiis et curtilagiis reddit per annum civibus Herefordie qui habent villam predictam ad feodi-firmam de domino rege vij$^{s.}$ pro omni servicio tantum. Et valent per annum iiij. marcas v$^{s.}$ iiij$^{d.}$ in omnibus exitibus.

Item dicunt quod idem Johannes Iweyn fuit seisitus, die quo obiit, de uno mesuagio et de uno curtilagio in suburbio civitatis predicte que tenentur de episcopo Herefordie per servicium xviij$^{d.}$ per annum pro omni servicio et valent per annum iiij$^{s.}$ in omnibus exitibus.

Item dicunt quod idem Johannes fuit seisitus, die quo obiit, de xv$^{s.}$ ix$^{d.}$ annui redditus in eadem villa que tenentur de domino rege in liberum burgagium ut supra et valent per annum ut patet.

Item dicunt quod idem Johannes fuit seisitus, die quo obiit, de sex acris et tribus partibus unius acre terre in suburbio civitatis predicte, que tenentur de priore Lantonie Prime in Wallia per servicium viij$^{d.}$ et ob. quad., et sectam ad curiam ejusdem prioris una cum ward' et maritagio cum acciderit, et valet quelibet acra per annum iiij$^{d.}$ in omnibus exitibus.

Item dicunt quod idem Johannes Iweyn tenuit omnes terras et omnia tenementa predicta in feodo et non alio modo.

Et dicunt quod Alicia filia Willelmi Roculf junioris ingressa fuit in terris et tenementis predictis ut consanguinea et heres predicti Johannis Iwayn, et seisinam suam continuavit a vicesimo primo die Maii anno regni Regis Edwardi quartodecimo usque ad iiij. diem Februarii anno regni ejusdem Regis Edwardi quintodecimo.

Item dicunt quod eadem Alicia est propinquior heres ipsius Johannis Iweyn. Et dicunt quod eadem Alicia est de etate iiij$^{or.}$ annorum.

Item dicunt quod omnes terre et tenementa predicta modo in manum (*sic*) domini Regis existunt per capcionem ballivorum civitatis Herefordie virtute returni cujusdam brevis domini Regis de privato sigillo eisdem ballivis directi.

In cujus rei testimonium sigilla Philippi le Worrour ballivi libertatis Herefordie et Thome de la Barre sibi assumpti una cum sigillis predictorum juratorum huic inquisicioni sunt appensa.

Inquisicio capta apud Herefordiam coram vicecomite Herefordie et Johanne de Lyngayne fideli domini Regis eidem vicecomiti virtute brevis domini Regis assumpto die Lune proximo ante festum Sancti Gregorii Pape anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi quintodecimo per sacramentum Gervasii de Lanwaran, Willelmi de Kari, Johannis Coly, Philippi ap Henri, Seycelli ap Roelf', Yoruardi ap Wasdewy, Yevani ap Hauy, David ap Griffith', Johannis Vincent, David ap Sthevene, Stephani ap Ady, et David Rugge.

Qui dicunt per eorum sacramentum quod JOHANNES IWAYN defunctus fuit seisitus die quo obiit in comitatu predicto in villa de DEWESWALLE scilicet in hundredo de WORMELOWE de uno mesuagio triginta acris terre et tribus acris pasture cum pertinentiis que tenentur de JOHANNE de BADDESHAUE per fidelitatem [et] sectam curie, et per servicium septem solidorum et quatuor denariorum annui redditus pro omni servicio et faciendo annuatim episcopo HEREFORDIE unum obolum. Et valent per annum decem solidos et tres denarios in omnibus exitibus.

Item dicunt quod idem JOHANNES IWAYN fuit seisitus die quo obiit de uno mesuagio et duodecim acris terre cum pertinentiis in eadem villa que tenentur de WILLELMO de la CALEWE per fidelitatem et sectam curie, et per servicium duorum solidorum annui redditus pro omni servicio. Et valent per annum quatuor solidos et sex denarios in omnibus exitibus.

Item dicunt quod idem JOHANNES IWAYN fuit seisitus die quo obiit de uno mesuagio uno molendino ventritico et sexdecim acris terre cum pertinentiis in eadem villa que tenentur de JOHANNE de BRIDENEPORT per fidelitatem et sectam curie, et per servicium duorum solidorum et octo denariorum pro omni servicio. Et valent per annum quinque solidos et sex denarios et duas summas bladi in omnibus exitibus.

Item dicunt quod idem JOHANNES IWAYN fuit seisitus die quo obiit de duabus partibus duarum acrarum terre cum pertinentiis in eadem villa que tenentur de JOHANNE DANYEL per fidelitatem, et per servicium sex denariorum per annum pro omni servicio. Et valent per annum duos denarios in omnibus exitibus.

Item dicunt quod idem JOHANNES IWAYN fuit seisitus die quo obiit de tresdecim solidatis et quatuor denaratis annui redditus et medietate unius acre terre cum pertinentiis in villa de WOTTON que tenentur de dominis de GAREWY per fidelitatem et sectam curie et per servicium sex solidorum et octo denariorum per annum pro omni servicio. Et valent per annum sex solidos et decem denarios in omnibus exitibus.

Item dicunt quod idem Johannes Iwayn fuit seisitus die quo obiit de triginta tribus solidis et quatuor denariis annui redditus cum pertinentiis in eadem villa que tenentur de Alano Plukenet per fidelitatem et sectam curie et per servicium quarte partis feodi unius militis. Et valent per annum viginti sex solidos et octo denarios in omnibus exitibus.

Dicunt eciam quod idem Johannes Iwayn tenuit omnes predictas [terras] et tenementa predicta in feodo et non alio modo.

Et dicunt quod Alicia filia Willelmi Roculf' junioris post mortem predicti Johannis Iwayn, ut consanguinea et ejus heres, omnes predictas terras et tenementa cum pertinentiis in villa de Deweswalle ingressa fuit die Mercurii in vigilia Ascencionis domini anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi quartodecimo et seisinam suam inde continuavit usque ad diem Jovis proximum post festum purificationis beate Marie anno regni Regis Edwardi predicti quintodecimo, set tamen tenementa predicta in villa de Wotton' ingressa non fuit.

Dicunt eciam quod predicta Alicia propinquior heres predicti Johannis Iwayn est . Et de etate quinque annorum.

Dicunt eciam quod omnes predicte terre et omnia predicta tenementa cum pertinentiis sunt in manu domini Regis per preceptum suum sub privato sigillo vicecomiti Herefordie directo.

In cujus rei testimonium sigilla predictorum juratorum huic inquisicioni sunt appensa.

DCCCCVI.

INQUISITIONS POST MORTEM OF JOHN IWAYN.

[P.R.O. Inquisicio ad quod damnum, 15 Edw. II., No. 90.]

27 Feb., etc. 15 Edw. II. 1322.

I

Edwardus Dei gratia Rex Anglie dominus Hibernie et dux Aquitanie dilecto sibi Ricardo Wrothe, custodi terre de Gower in manu nostra quibusdam de causis existentis, salutem.

Supplicavit nobis Alicia filia Willelmi Rokulf' junioris, ut cum turbacione nuper in predicta terra mota, Johannes de Moubray et sibi adherentes, odio et malicia excogitata, Johannem Iwayn consanguineum predicte Alicie cujus heres ipsa est, vi et armis cepissent et postmodum interfecissent, et post mortem suam diversa terras et tenementa de quibus idem Johannes Iwayn fuit seisitus [in] dominico suo ut de feodo, die quo obiit et que ad ipsam Aliciam jure hereditario pertinent ingressi fuissent, et ea diu injuste occupassent, que quidem terre et tenementa in manum nostram quibusdam de causis jam sunt capta, velimus eidem Alicie quod justum fuerit fieri in hac parte, vobis mandamus quod, etc.

Teste me ipso apud Warrewyk. xxvij. die Februarii anno regni nostri quinto decimo. [1322.]

Per ipsum Regem.

Inquisitio capta apud Sweyneseyam die Sabbati in septimana Pasche anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi quintodecimo coram Ricardo Wrothe custode terre de Gouher et domino Roberto de Penres milite sibi per breve domini Regis associato ad inquirendum de quibus terris et tenementis Johannes Iwayn obiit seisitus in dominico suo tam in feodo in terra de Gouher quam alio modo, et qua causa Johannes de Mounbray et ejus adherentes terras et tenementa predicta post mortem predicti Johannis Iwayn ingressi fuerunt et per quantum tempus ea ocuparunt et qualiter in manu domini Regis nunc

existunt et a quo tempore et si ALICIA filia WILLELMI ROCULF junioris propinquior heres ejusdem JOHANNIS IWAYN sit et cujus etatis sit. et de quo vel quibus terras et tenementa predicta teneantur et per quod servicium, et quantum valeant in omnibus exitibus per annum, per WILLELMUM de la MARE, ROBERTUM de PENEBRUGGE, PHILIPPUM SCORLAGE, JOHANNEM de LANGETONE, ADAM de la BEERE, HAMOND de TURBERVYLE, JOHANNEM TESTARD, DAVID CARMAN, ROBERTUM MANXEL, JEUAN LOYD, THOMAM de LANDEWY, et CADERAUD ap LEWELYN, juratores, qui dicunt super sacramentum suum quod JOHANNES IWAYN obiit seysitus de castro et villa de LOCHARNE cum pertinentiis que valent per annum in omnibus exitibus quinque marcas.

Item de terris et tenementis que quondam fuerunt GRUFFINI VAGHAN apud PENNEDON in montes, et valent per annum in omnibus exitibus quinquaginta solidos.

Item de duodecim acris terre apud GATDELE et valent per annum in omnibus exitibus tres solidos.

Et de sexaginta acris terre apud MAIELES que valent per annum in omnibus exitibus quindecim solidos.

Item de terra de ENESKETTY videlicet duodecim acris terre et valent per annum in omnibus exitibus iij$^{s.}$

Item de terra de EGLISTOUR que valet per annum in omnibus exitibus iij$^{s.}$ viij$^{d.}$

Item de terra de KILTYNLEAVCH que valet per annum in omnibus exitibus iiij$^{s.}$

Item de terra apud VAIRDRE que valet per annum in omnibus exitibus iiij$^{d.}$

Item de terra de KILTIONNEN que valet per annum in omnibus exitibus xvj$^{d.}$

Et dicunt quod terre et tenementa predicta tenentur de dominio de GOUHER, quod quidem dominium WILLELMUS de BREWOSA, dominus de GOUHER, dedit JOHANNI de MOUNBRAY qui post mortem ejusdem JOHANNIS IWAYN terras et tenementa predicta ingressus fuit et tenuit a mense Maii anno quartodecimo regni Regis nunc, quo tempore predictus JOHANNES de MOUNBRAY predictum

Johannem Iwayn interfecit, usque festum purificacionis beate Marie proximum sequens quo tempore dominus Rex nunc per Resum ap Gruffut predictum dominium de Gouher una cum predictis terris et tenementis que fuerunt predicti Johannis Iwayn in manum suam seisivit per rebellionem predicti Johannis de Mounbray dominum regem contrariantis et in manu domini Regis adhuc existunt.

Dicunt eciam quod Alicia filia Willelmi Roculf junioris propinquior heres ejusdem Johannis Iwayn est, et dicunt per que servicia predicta tenementa tenuit omnino ignorant.

Dicunt eciam quod predicta Alicia est etatis quinque annorum.

In cujus rei testimonium huic inquisicioni predicti juratores sigilla sua apposuerunt.

II.

A similar writ, dated: Teste me ipso apud Eboracum xviij. die Maii anno regis nunc quintodecimo. [1322.]

Inquisicio capta apud Suenesseye coram Ricardo Wrothe custode terre de Gower et domino Roberto de Penres, fideli domini Regis eidem custodi virtute brevis domini Regis assumpto, die Veneris proxima post festum Sancte Trinitatis anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi quintodecimo per sacramentum Willelmi de la Mare, Roberti de Penebruge, Johannis Langeton, Johannis Testard, Adæ de la Bere, Philippi Scorlage, Walteri Madokes, Johannis de la Bere, Philippi ap David Delozur, Griffini Veyt, Cradoci ap Morgan, et Jeuan ap Howel Vaham, qui dicunt per eorum sacramentum quod Johannes Iwayn defunctus habuit die quo obiit in feodo omnes terras et tenementa subscripta, videlicet castrum et villam de Locharne cum pertinentiis. Et de terris et tenementis que quondam fuerunt Griffini Vaughan apud Pennedon in montes, et de duodecim acris terre apud Gaddeleye, et de sexaginta acris terre apud Mareles, et de terra Enesketti, videlicet duodecim acras terre, et de terra de Eglestour, et de terra de Kyltinleavch', et de terra apud Vairdre, et de terra de Kiltionen.

Dicunt eciam quod omnes terre et tenementa predicta tenentur de domino de Gower per soccagium, preter castrum et villam de Locharn', que tenentur de eodem domino de Gower per servicium unius nisi sor[i] pro omni servicio faciendo annuatim dicto domino et non alio.

Item dicunt quod Willelmus de Brewosa nunquam dedit predictas terras et tenementa Johanni de Moubray, set idem Johannes le Moubray cepit dictum Johannem Iwayn et felinater occidit, et habuit et tenuit terras suas et tenementa cum suis pertinenciis, quousque predicte terre et tenementa predicta cum suis pertinentiis fuerunt capta in manu domini Regis.

[1]Dicunt eciam quod Alicia filia Willelmi Rokoulf junioris est consanguinea et propinquior heres predicti Johannis Iwayn et de etate quinque annorum et non multum ultra.

[1]Dicunt eciam quod predicta Alicia est filia Dionisii filii Nicholai Iwayn patris ipsius Johannis Iwayn.

In cujus rei testimonium huic inquisicioni sigilla nostra apposuimus simul cum sigillis juratorum.

(1) The pedigree of this heiress is confused in these two paragraphs. The error no doubt arises from a misreading of 'Dionisii filii' for 'Dionisie filie.' The following is the more probable version :—

```
          Nicholas Iwayn= . . . . .            William Rokulf= . . . .
   _______________|_______________              ______|
   |                              |             |
John Iwayn,                  Dionisia=William R., junior.
 ob. s. p.                            |
                                    Alicia
```

```
              Nicholas Iwayn= . . . . .
   ____________________|____________________
   |                                        |
John= . .  . .                        Dionisius= . . . . .
 s. p.                                        |
                                            Alicia.
```

DCCCCVII.

ROYAL LICENCE TO HUGH LE DESPENSER THE YOUNGER AND ALIANORA, HIS WIFE, TO EXCHANGE THE MANORS OF SWANSEY, OYSTERMOUTH, ETC., WITH ELIZABETH, WIDOW OF JOHN DE BURGO, FOR OTHER MANORS.

[ROT. PAT. 16 EDW. II., PART I., MEMBR. 33.]

10 JULY. 16 EDW. II. 1322.

Pro ELIZABETH que fuit uxor JOHANNIS de BURGO de escambio facto cum HUGONE le DESPENSER' juniore et ALIANORA uxore ejus de quibusdam maneriis in WALLIA.

Rex omnibus ad quos, etc., salutem.

Sciatis quod gracia nostra speciali concessimus et licenciam dedimus pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est dilecto et fideli nostro HUGONI le DESPENSER juniori et ALIANORE uxori ejus nepti nostre carissime quod ipsi de castris et maneriis de SWAYNESEYE, OSTREMUTHE, PENNARD, LOGHERN', et LIMAN cum pertinentiis et advocacionibus ecclesiarum de SWAYNESEYE, TALBONT et OYSTREMUTH' et prioratus de LANGUYNYTH' in GOWER que de nobis tenentur in capite ut dicitur feoffare possint dilectam neptem nostram ELIZABETHAM que fuit uxor JOHANNIS de BURGO. Habendum et tenendum eidem ELIZABETHE et heredibus suis de nobis et heredibus nostris per servicia inde debita et consueta imperpetuum in escambium pro castris et maneriis de USK, TREGRUK', et KAERLION, et pro maneriis de LYSWYRY, parva TYNTERNE, NOVA GRANGIA, parva LANTRISSAN, TRILLEK', TROYE, LAMCOM et WOUNDY cum pertinentiis et advocacionibus ecclesiarum de TREYDENANTH', LANDISSAY, TROYE, TREGRUK, PENTEK, KEMEYS et LANDEGEWYTH, abbatie de KAERLION, prioratus de USK', capelle de KANCARUAN . et hospitalis de USK', eisdem HUGONI et ALIANORE et heredibus ipsius HUGONIS in feodo per prefatam ELIZABETHAM dandis et concedendis . Et eidem ELIZABETHE quod ipsa predicta castra et

maneria de SWAYNESEYE, OSTREMUTH', PENNARD, LOGHERN, et LIMAN cum pertinentiis et predictas advocaciones ecclesiarum de SWAYNESEYE, TALBONT et OSTREMUTH', et prioratus de LANGUYNITH' a prefatis HUGONE et ALIANORA recipere possit et tenere sibi et heredibus suis de nobis et heredibus nostris per servicia supradicta imperpetuum in escambium predictum sicut predictum est tenore presencium similiter licenciam dedimus specialem nolentes quod predicti HUGO et ALIANORA vel heredes ipsius HUGONIS aut predicta ELIZABETHA vel heredes sui racione premissorum per nos vel heredes nostros justiciarios escaetores vicecomites aut alios ballivos seu ministros nostros quoscumque occasionentur molestentur in aliquo seu graventur. In cujus, etc. Teste Rege apud EBORACUM x. die Julii . per ipsum Regem.

DCCCCVIII.

ORIGINAL LETTER FROM HUGH LE DESPENSER, JUNIOR, TO JOHN INGGE, SHERIFF OF GLAMORGAN.

[BRIT. MUS. COTTON MS. VITELLIUS C. X., f. 164.]

CIRCA 1322-1323.

HUGHE le DESPENSER le fuiz a nostre cher et bien ame bachelier sire JOHAN INGGE notre visconte de GLAMMORGAN salutz.

Nous auoms bien ententuz les lettres qe vous nous maundastes par THOMAS de SHIRIGGE et les poinz contenuz en la bille qe vous nous maundastes par lui. Et endroit de ceo qe vous nous auez certefie qe les noz se portent sarreement et meurement deuers nous . vous nous auez mult ese de ouer, et le rettoms mult a vostre avisement et a vostre bon port entre eaux . et qe vous les menez ensint par resoun, regardant touz iours nostre profit . quils ne ount reson de eux pleindre mes toutes voies qe pur ceo qe quaunt hom quide estre plus seur, o plus en quiete et en pees, dont se doit hom mielz auiser et mielz garnir contre les maux et perils qe porront sourdre . vous auisoms enchargeant sur la foi qe vous nous deuez qe si

unqes pressez bone garde a noz seignuries et a notre profit faire et honur sauuer . qe vous le facez ore, et qe vous facez si vitailler et garnir noz chasteux . quils ne soient surpris, ne qe nous ne receuoms vilaynie, ne damage, qe entendez surement, qe si tiele vileinie ou damage nous auiegne . nous nous prendroms de tot a vous desicome nous vous auoms si souent garny et auoms auxint maunde a nostre Receuour quil vous troffe resnables coustages par vostre comandement, et par endenture faite entre vous testmoignante ceo quil payera dount nous ne voloms receiure nul excusacion de vous, de defaute darmures ne de nule autre chose desicome nous auoms si auaunt charge notre Receuour de vous paier ceo qe mester serra, sulonc vostre ordenance et vostre auis, ia tardes quaunt nous purroms estre de leisir de mander a LOUNDRES . nous enpenseroms des armures ensint qe oue ceux qe vous ore puruerrez, pur seurete de noz chasteux . vous en aurez plus qe assez. Et sachez qe de tauntque nous fioms plus en vous . de taunt vous garnissoms le plus souent, car nous harrioms mult dauer nule enchesont de quoi nous dussoms estre en volente de vous greuer en nul point, ou par quoi nous dussoms alaschir de la bone volente qe nous auoms vers vous. Dautre part vous mandoms qe si ROBERT le EWER, et autres malueis eiont fait nule cuillette de gentz ensemble en mal de mon seignur nostre pierre et de nous qe ne puet estre si ensint soit forsque a deshonur du Roi et a damage du Roialme qe vous auez tout nostre poair de GLAMORGAN et de toutes noz autres seignuries, mettez entier peigne et loial qe les ditz maueis soient pris et destruyts et lour malice anyentie, et sur cel la auoms mande a mestre JOHAN WALEWEYN quil vous soit en eide, oue tout le poair et auisement quil poet, et a nostre Receuour quil vous troeffe les coustages solonc voz auisementz. Et pur ceo qe nostre seignur le Roy ad baille sa commission, au conte DARUNDEL a monsieur GILBERT TALEBOT a monsieur ROBERT de SAPY et a monsieur THOMAS le BLOUNT et chescun de eux a prendre et a destruyre les ditz maluois et toutz lour aerdantz . voloms qe vous, oue tout nostre poair les soiez en eide, quel houre qe vous soiez garni par eux, et ensint toutes voies qe vous ne lessez mie vostre baillie ensint desgarny de poair,

ne noz chasteux de bones garnistures qe eux fuissont en peril ne qe nous puissoms resceiure vileynie par la. Et si vous puissez par vostre auisement et nostre poair ceo ditz maueis prendre et debareccer, ou par vous meismes, ou par aide des autres susditz . vous auriez fait chose si plesant au Roy, qe vous auriez ' de lui ' gueredon, pur vous et pur les voz a touz iours, et nous nous aforcerioms de la nostre part . qe vous tendrez vostre trauail bien enploye. Et ceste chose voloms et vous chargeoms en la fiance, qe nous auoms en vous, qe vous ne lessez pur nul costage qe vous puissez mettre, les queux nous voloms qe vous soient pleignement allowez, qe vous ne mettez loiale ' peyne ' et entiere diligence, qe la chose en soit faite et mis en oeure en la forme susdite. Et si lour poair soit si grant, qe vous ne puissez la besoigne a ore parformer par les noz, toutes voies arrayez noz gentz et nostre poair en tiele forme qe vous et eux soiez prestz au mandement nostre seignur le Roi et nostre quel houre quil viegne, oue ' son ' poair pur les ditz maueys distrure et lor malice abatre de venir adressement et arraiement, ou qe vous soiez mande de par nous. Et endroit de ceo qe vous nous auez certefie de M[l]. M[l]. miere berbitz qe les gentz de Gower nous ont grante . vous mandoms qe vous hastez quantque vous pourrez qe nous les eussoms et qe vous facez nostre profit des chateux et biens ' moebles ' en la dite terre de Gower sulonc ceo qe nous vous auoms auant mande par noz lettres, car nous auoms grante[1] qe la dame de Burgh' aura la dite terre. Et endroit de Norices la dame . sumes requis quils fuissont translate hors des terres de Usk' tauntque a Gower, ou aillours, et nous lauoms grante et voloms qe ensint soit. Endroit des terres de Iskenny o de Briggewauter nous ensouendra bien et auoms pris la remembrance deuers nous. Et endroit du manoir de Dunheued nous auoms bien entenduz la copie de la fin qe vous nous auez enuoie, et auoms la fin retenuz deuers nous et voloms qe vous parlez deuers les heirs si vous puissez en nule auer manere de eux reles ou quiteclamance en la seisine nostre seignur le Roi, ou en la nostre, si nous preignoms la garde deuers nous du Roi, et auxint voloms qe vous facez du manoir de Aston' et qe vous en parlez celuy qe droit en ad. Endroit de nostre tresorier nous luy

auoms mande noz lettres sulonc ceo qe vous nous auisastes et sil ne se voille par tant chastier, nous y mettroms meismes hastif remide et couenable. Endroit des M^1^·M^1^·M^1^· berbitz de les gentz de BREGHENNOK, vous mandoms qe si plus ne puissez auoir qe vous les preignez a plus en haste qe vous purrez, et enquergez queux ont este destorbours et nous certefiez, et del houre qe nous sauroms la certeinete nous les rendroms lour trauail solonc ceo qe il ont deserui deuers nous. Endroit de iour de marche de la terre de BREGHENNOK, nous voloms qu vous la tenez, en la manere qe auant ces houres lauez tenuz et nous enpenseroms a plus tost qe nous purroms de mettre la chose en certeyn et de faire final issue en la besoigne. Endroit de deux charues de terre qe vous nous auez purchace, sulonc ceo qe SHIRIGGE nous ad mostre, vous en sauoms bon gre et voloms qe vous assaiez l'abbe de TYNTERNE par vous . ceo quil verra faire pur nous, et ia du meyns nous vous ferroms auoir muet un par temps a lui la lettre notre seignur le Roi de priere sur la dite besoigne . . . . . .

. . . .

The rest is wanting,

(1) See Dugdale, *Baronage*, Vol. I., p. 392, col. 2, about 16 Edw. II., 1323.

DCCCCIX.

QUIT-CLAIM BY ROBERT DE PENRES TO WILLIAM DE LA LAKE, RECTOR OF OXWICH, OF HIS GOODS AND CHATTELS IN OXWICH MANOR.

[MARGAM CHARTER.]

18 MAY. 16 EDW. II. 1323.

Pateat universis per presentes quod ego ROBERTUS de PENRES concessi remisi et relaxavi et omnino pro me et heredibus meis ac assignatis inperpetuum quietum clamavi domino WILLELMO de la LAKE rectori ecclesie de OXYNWYCH' heredibus suis et assignatis totum jus meum et clameum quod habeo habui vel

ratione alicujus juris habere potui in omnibus bonis et catallis mobilibus in manerio de OXYNWYCHE die confectionis presencium existentibus. Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis per nos pro nobis seu nomine nostro in predictis bonis et catallis aliquod juris vel clamii decetero exigere poterimus seu vendicare set per presens scriptum ab omnimoda accione in perpetuum simus exclusi. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus apposui. Hiis testibus . RICARDO SCURLAGE . RICARDO MANXEL . ROBERTO de la MARE . HENRICO WILLIAM . WILLELMO HENRY . SIMONE HENRY . DAVID BENET et aliis.

Datum apud PENRES octodecimo die Maii, anno regni Regis EDWARDI filii domini EDWARDI sextodecimo.

Seal, red wax, $\frac{7}{8}$in. diam. A shield of arms, per pale indented, PENRICE, between three sprigs of foliage.

Legend—' + S' ROBERTI DE PENRES.'

Endorsed—' A release of graunte from Roberte Penrice, Kt., to William de la Lake, clerk, of the manor of Oxwich, 18°. Maii anno Edwardi II. 16°. '

DCCCCX.

QUIT-CLAIM BY ROBERT DE PENRES TO WILLIAM DE LA LAKE, RECTOR OF OXWICH, OF THE WATER-MILL OF BURRY, LOZHARN POOL, REWROZ, THE FULLING-MILL OF BURRY, ETC.

[MARGAM CHARTER.]

19 MAY. 16 EDW. II. 1323.

Pateat universis per presentes quod ego ROBERTUS de PENRES remisi rel. et omn. p. m. et her. m. et ass. imp. q. c. domino WILLELMO de la LAKE rectori ecclesie de OXYNWYCHE, her. suis et ass. totum jus meum et clameum quod habeo

habui vel ratione alicujus juris habere potui vel potero in molendino aquatico de BURRY cum omnibus tenementis et pertinentiis suis eidem molendino quoquomodo spectantibus et in uno gurgite sito juxta aquam de LOZHARN apud POULZMOR in feodo de LANDYMOR . ac eciam in omnibus terris et tenementis de REUROZ . GOUDOU . WYNFROYD . et molendino fullonico juxta aquam de BURRY cum pertinentiis et omnibus serviciis et redditibus PHILIPPI le DEUENYSSE et ELENE uxoris ejus . GRIFFINI IEAGO et ALICIE uxoris ejus . WILLELMI ROBYN . WILLELMI LONG' et MARGERIE uxoris ejus . MADOCI ap MEURIC' et MARIOTE uxoris ejus . MAURICII ADAM et CRISTINE uxoris ejus . HENRICI filii PETRI DOBBE et PHILLIPI OUWEN simul cum reversione dictorum tenementorum de REWROZ . GOUDOU . WYNFROYD . et molendino fullonico de BURRY. Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis per nos pro nobis seu nomine nostro in predictis molendinis gurgite terris et tenementis cum pertinentiis serviciis et redditibus antedictis aliquid juris vel clamii decetero exigere poterimus seu vendicare . set per presens scriptum ab omnimoda accione imperpetuum simus exclusi. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus apposui. Hiis testibus . RICARDO SCURLAGE . RICARDO MANXEL . ROBERTO de la MARE . HENRICO WYLLYAM . WILLELMO HENRY . SIMONE HENRY . DAVID BENET . et aliis.

Datum apud PENRES nonodecimo die Maii anno regni Regis EDWARDI filii domini EDWARDI sextodecimo.

Small seal, $\frac{7}{8}$in., red wax. A shield of arms, per pale indented, PENRICE, between three sprigs.

'+ S' ROBERTI . DE . PENRES.'

Endorsed—'Terra de Landimor cum molendino fullonico.'

DCCCCXI.

QUIT-CLAIM BY ROBERT DE PENRES TO WILLIAM DE LA LAKE, RECTOR OF OXWICH, OF THE MANOR AND ADVOWSON OF OXWICH.

[MARGAM CHARTER.]

19 MAY. 16 EDW. II. 1323.

Pateat universis per presentes quod ego ROBERTUS de PENRES concessi remisi relaxavi et omnino pro me et heredibus meis ac assignatis imperpetuum quietum clamavi domino WILLELMO de la LAKE rectori ecclesie de OXYNWYCHE heredibus suis et assignatis totum jus meum et clameum quod habeo habui vel ratione alicujus juris habere potui vel potero in manerio de OXYNWYCHE et advocacione ecclesie ejusdem manerii cum omnibus pertinentiis ad dictum manerium et advocacionem pertinentibus. Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis per nos pro nobis seu nomine nostro in predicto manerio et advocacione ecclesie ejusdem manerii cum omnibus pertinenciis aliquid juris vel clamii decetero exigere poterimus seu vendicare set per presens scriptum ab omnimoda accione imperpetuum simus exclusi. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus apposui et ad majorem declaracionem futuris temporibus faciendam sigilla testium subscriptorum apponi procuravi. Hiis testibus . RICARDO LUPO . RICARDO SCURLAGE . RICARDO MANXEL . ROBERTO de la MARE . HENRICO WILLYAM . SIMONE HENRY . DAVID BENET et aliis.

Datum apud PENRES, nonodecimo Maii, anno regni Regis EDWARDI filii domini EDWARDI sextodecimo.

Eight seals, in red wax, about an inch diameter, with the name in an original hand written upon the label of each seal.

1. DAVID BENET. A quatrefoil flower "of love."

Legend—' + [LEL . A]MI . AUET.'

2. RICHARD MANXEL. I . H . S.

Legend—' PRIUE . SU.'

3. RICHARD SCURLAG. Seal wanting.

4. (ROBERT de PENRES). Shield of arms of PENRICE, as above.

5. RICHARD LUPUS. An eagle displayed.

Legend—' + PRIUE . SU.'

6. ROBERT de la MAR. Two lions passant in pale.

Legend—' + S' . . . . . . E . LA . MARA.'

7. HENRY WYLLIAM. Resembles an oak bough.

Legend—' + S' HENR' . FIL' . WILL'I.'

8. SIMON HENRY. Two hands clasped, above them a trefoil branch.

Legend—' + TENPEIUAI.'

Endorsed—'A graunte of the manor of Oxwich from Robert Penrice, kt., to William de la Lake, clerk.'

DCCCCXII.

NOTIFICATION BY ROBERT DE PENRES TO HIS TENANTS OF OXWICH, THAT HE HAS ASSIGNED THEIR RENTS AND SERVICES TO WILLIAM DE LA LAKE, RECTOR OF THE SAME.

[MARGAM CHARTER.]

ROBERTUS de PENRES omnibus et singulis tenentibus suis de OXYNWICH' liberis et aliis salutem.

Cum nos redditus et servicia vestra de omnibus terris et tenementis cum pertinentiis que de nobis tenetis in villa predicta domino WILLELMO de la LAKE rectori ecclesie ejusdem loci assignaverimus . vobis precipiendo mandamus quatinus eidem de fidelitate redditibus et serviciis predictis sitis intendentes pariter et respondentes secundum vim formam et effectum cujusdam carte mee eidem domino WILLELMO inde confecte. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus apposuimus.

Seal wanting.

Endorsed—'Oxmuche.'

DCCCCXIII.

NOTIFICATION BY ROBERT DE PENRES TO PHILIP LE DEVENYSSE AND OTHERS, THAT HE HAS ASSIGNED THEIR RENTS AND SERVICES IN REUROZ, ETC., TO WILLIAM DE LA LAKE, RECTOR OF OXWICH.

[MARGAM CHARTER.]

ROBERTUS de PENRES PHILIPPO le DEUENYSSE, GRIFFINO IEAGO, WILLELMO ROBYN, WILLELMO LONGO, MADOCO ap MEURIC', MAURICIO ADAM, HENRICO filio PETRI DOBBE, et PHILIPPO OUWEN fulloni salutem.

Cum nos redditus et servicia vestra de omnibus terris et tenementis cum pertinentiis que de nobis tenetis in REUROZ, GOUDOU, WYNFROYD et juxta aquam de BURRY, domino WILLELMO de la LAKE rectori ecclesie de OXYNWYCHE assignaverimus . vobis precipiendo mandamus quatinus eidem de fidelitate redditibus et serviciis predictis sitis intendentes pariter et respondentes secundum vim formam et effectum cujusdam carte mee eidem domino WILLELMO inde confecte. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus apposuimus.

Seal wanting.

DCCCCXIV.

QUIT-CLAIM BY WILYM AP CADOGAN AND OTHERS TO SIR ROBERT DE PENRES, KNT., OF LAND IN REUROZ IN THE FEE OF LANDIMOR.

[MARGAM CHARTER.] [1323 ?]

Pateat universis per presentes quod nos WILYM ap CADOGAN ap GRIFFYTH MEURIC ap ELYDYR ap CADOGAN heres MEURIC COYG' ap JERUART . JEVAN ap WILYM ap CADUGAN et eciam JEVAN ap WILYM ap CADOGAN frater ejus THOMAS ap WILYM ap CADOGAN et MORGAN ap WILYM ap CADOGAN remisimus relaxavimus et omnino pro nobis heredibus nostris et assignatis quietum-clamavimus

domino ROBERTO de PENRES militi heredibus suis et assignatis in perpetuum totum jus et clamium nostrum quod habemus vel habuimus seu aliquo modo habere poterimus in tota terra illa quam MEURIC COYG' ap JERUART aliquo tempore melius et plenius habuit et tenuit in REUROZ in feodo de LANDIMOR et eciam in omnibus boscis, pratis, pascuis, pasturis, planis, vastis, libertatibus, liberis consuetudinibus et quibuscunque aliis pertinentiis suis eidem terre quoquo modo spectantibus . et eciam in decem acris terre cum pertinentiis que insimul jacent in eodem feudo inter PENMUNYTH et PANTGLAS ita videlicet quod nec nos dicti WILYM, MEURIC, JEUAN, JEUAN, THOMAS et MORGAN, nec heredes nostri nec assignati nec aliquis per nos vel pro nobis seu nomine nostro aliquid juris vel clamii in prefatis terris, boscis, pratis, pascuis, pasturis, planis, vastis, libertatibus, liberis consuetudinibus cum omnibus aliis pertinentiis suis decetero exigere, clamare, vel vendicare poterimus set per presens scriptum ab omni accione simus exclusi in perpetuum. Et si contingat nos dictos WILYM, MEURIC, JEUAN, JEUAN, THOMAS, et MORGAN vel aliquem nostrum heredum nostrorum vel assignatorum, per nos, pro nobis seu nomine nostro quod presentem remissionem, relaxacionem et quietamclamacionem quacunque arte vel ingenio quocunque tempore in futuro violare seu adnichilare presumpserimus vel presumpserint, predictum dominum ROBERTUM, heredes suos vel assignatos de prefatis terris vel aliqua parte illius cum pertinentiis in quacunque curia inplacitando seu litem movendo . extunc obligamus nos et heredes nostros atque executores per presentes et unumquemque nostrum in solidum qui contra premissa aliquid fecerit et eciam omnes terras et tenementa nostra ac omnia alia bona et catalla nostra mobilia et immobilia ubicunque fuerint inventa et ad quorumcunque manus imposterum devenerint, antedicto domino ROBERTO, heredibus suis seu illis qui predicta tenementa ex assignacione ejusdem domini ROBERTI tenuerint, in viginti libris argenti bone et usualis monete, nomine puri debiti, distringendis et levandis de bonis nostris antedictis et etiam solvendis in ecclesia beate MARIE de SWEYNESEYA infra mensem proximo sequentem post

hujusmodi placiti seu litis inchoacione. Volumus insuper et concedimus pro nobis et heredibus nostris quod dominus capitalis GOUHERIE habeat de bonis nostris viginti solidos, senescallus GOUHERIE decem solidos, et bedellus comitatus ANGLICORUM quinque solidos, et hoc quandocunque et quocienscunque per nos vel aliquem nostrum contra presenti[s] scripti tenorem aliquid factum fuerit vel attemptatum. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigilla nostra duximus apponenda. Hiis testibus, DAVID de LA BERE, JOHANNE de LA BERE, RICARDO de PENRES, JOHANNE de PENRES, WILLELMO de LAMARE, AMUNDO de TURBERVYLE, ROBERTO MOXSEL, JOHANNE SELEWOL, ADA CAUAN et aliis.

Endorsed—'Carta Roberti de Penris,' and 'Reuerouze, in feodo de Landymore.'

Six seals wanting.

DCCCCXV.

PROCESS WHEREBY ROBERT DE PENRES AND BURGA, HIS WIFE, RECOVER FROM WILLIAM DE LA LAKE, CHAPLAIN, THE MANOR AND ADVOWSON OF OXENEWYCH, AND MESSUAGES, LANDS, ETC., IN LANDIMOR AND LANRIDYAN, WITH SETTLEMENT IN TAIL AND SPECIFIED REMAINDERS IN TAIL MALE.

[MARGAM CHARTER.]

14 AND 30 MAY. 16 EDW. II. [1323.]

ROBERTUS de PENRES et BURGA uxor ejus tulerunt breve suum de convencione versus WILLELMUM de la LAKE capellanum de manerio de OXENEWYCH' in hec verba:—

ELIZABETHA de BURGO domina HONORIS de CLARE et de GOUHERIA senescallo suo GOUHERIE vel ejus locum tenenti salutem. Precipe WILLELMO de la LAKE

capellano quod juste et sine dilacione teneat ROBERTO de PENRES et BURGE uxori ejus convencionem inter eos factam de manerio de OXENEWYCH' cum pertinentiis et de advocacione ecclesie ejusdem manerij. Et nisi fecerit . et predicti ROBERTUS et BURGA fecerint te securum de clamio suo presenti . tunc summone per bonos summonitores predictum WILLELMUM quod sit coram te ad proximum comitatum nostrum apud PENNARD ostensurum quare non fecerit. Et habeas ibi summonitores et hoc breve.

Datum apud SWEYNESEYAM per manus cancellarij nostri XIIIJ. die Maii . anno . regni . Regis . EDWARDI . sextodecimo.

Virtute cujus brevis preceptum fuit ballivo quod summoneret predictum WILLELMUM quod esset ad prefatum comitatum tentum apud PENNARD die Lune . tricesimo . die Maij . anno . supradicto. Ad quem diem partes predicte venerunt et de licencia concordati sunt sub hac forma. Scilicet quod dictus ROBERTUS recognovit predictum manerium . et advocacionem predictam cum pertinentiis esse jus ipsius WILLELMI . u[t illa] que idem WILLELMUS habet de dono dicti ROBERTI. Et pro hac recognitione fine et concordia idem WILLELMUS concessit dictis ROBERTO et BURGE predictum manerium cum pertinentiis et advocacionem predictam et illa eis reddidit in eodem [comitatu . Habendum et] tenendum eisdem ROBERTO et BURGE et heredibus quos idem [ROBERTUS de corpore] ipsius BURGE procreaverit de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illud manerium et advocacionem predictam pertinent imperpetuum. [Et si contin]gat quod predictus ROBERTUS obierit sine herede de corpore ipsius BURGE [procreato] . tunc post decessum ipsorum ROBERTI et BURGE predictum manerium cum pertinentiis et advocacio predicta integre remanebunt RICARDO de PENRES fratri ejusdem [ROBERTI et heredi]bus masculis de corpore suo procreatis . Tenendum de capitalibus [dominis feodi] illius per servicia que ad illud manerium et advocacionem predictam pertinent inperpetuum. Et si contingat quod dictus RICARDUS obierit sine herede masculo [de corpore suo] procreato . tunc post decessum ipsius RICARDI predictum m[anerium cum pertinentiis et a]dvocacio

predicta integre remanebunt JOHANNI de PENRES fratri ejusdem RICARDI . et heredibus masculis de corpore suo procreatis . Tenendum de capitalibus [dominis] feodi illius per servicia que ad illud manerium et advocacio [nem predictam pertinent [inp]erpetuum. E[t si contingat quod dictus JOHANNES obierit sine herede masculo de corpore suo procreato . tunc post decessum ipsius JOHANNIS predictum manerium cum pertinentiis et advocacio predicta integre remanebunt ALICIE de LANGETON' sorori [ejusdem] JOHANNIS et heredibus masculis de corpore suo procreatis . Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illud manerium et advocacionem predictam pertinent inperpetuum. Et si contingat quod dicta ALICIA obierit sine [herede] masculo de corpore suo procreato . tunc post decessum ipsius ALICIE predictum manerium cum pertinentiis et advocacio predicta integre remanebunt ROBERTO fr[atri WIL]LELMI de la MARE et heredibus masculis de corpore suo procreatis . Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illud manerium et advocacionem predictam pertinent inperpetuum . Et si contingat quod dictus ROBERTUS obierit [sine he]rede masculo de corpore suo procreato . tunc post decessum ipsius ROBERTI predictum [ma]nerium cum pertinentiis et advocacio predicta integre remanebunt SIBILLE de PENRES sorori predicte ALICIE et heredibus masculis de corpore suo procreatis . Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illud manerium et advocacionem predictam [pertinent inperpetuum. Et] si contingat quod dicta SIBILLA obierit sine herede masculo de corpore suo procreato . tunc post decessum ipsius SIBILLE predictum manerium cum pertinentiis . et advocacio predicta integre remanebunt ISABELLE de PENRES sorori [predicte ALICIE et heredibus] masculis de corpore suo procreatis . Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illud manerium et advocacionem predictam pertinent inperpetuum. Et si contingat quod dicta ISABELLA obierit sine herede masculo de [corpore suo procreato] . tunc post decessum ipsius ISABELLE predictum manerium cum pertinentiis et advocacio predicta integre remanebunt . rectis heredibus dicti ROBERTI de PENRES . Tenendum de capitalibus dominis feodi

illius per servicia que ad illud manerium [et advocacionem pre]dictam pertinent inperpetuum.

Idem ROBERTUS et BURGA uxor ejus tulerunt breve suum de convencione versus eundem WILLELMUM in hec verba :—

ELIZABETHA de BURGO domina HONORIS de CLARE et de GOUHERIA se-[nescallo suo GOUHERIE] vel ejus locum tenenti salutem. Precipe WILLELMO de la LAKE capellano quod juste et sine dilacione teneat ROBERTO de PENRES et BURGE uxori ejus convencionem inter eos factam de septem messuagiis sexaginta . et duodecim acris terre . . . . duobus molendinis et uno gurgite cum pertinenciis in LANDIMOR . et LANRIDYAN. Et nisi fecerit et predicti ROBERTUS et BURGA fecerint te securum de clamio suo presenti . tunc summone per bonos summonitores predictum WILLELMUM quod sit coram te ad proximum comitatum nostrum apud PENNARD ostensurum quare non fecerit. Et habeas ibi summonitores et hoc breve.

Datum apud SWEYNESEYAM per manus cancellarii nostri . XIIIJ. die Maij . anno regni Regis EDWARDI sextodecimo[1]

Virtute cujus brevis preceptum fuit ballivo quod summoneret predictum WILLELMUM quod esset ad prefatum comitatum tenendum apud PENNARD die LUNE . tricesimo die MAII . anno supradicto. Ad quem diem partes predicte venerunt et de licencia concordati sunt sub hac forma. Scilicet quod predictus ROBERTUS recognovit predicta tenementa cum pertinentiis esse jus ipsius WILLELMI . ut illa que idem WILLELMUS habet de dono predicti ROBERTI. Et pro hac recognitione fine et concordia idem WILLELMUS concessit predictis ROBERTO et BURGE . unum molendinum . et unum gurgitem predictorum tenementorum cum pertinentiis et illa eis reddidit in eodem comitatu. Habendum et tenendum eisdem ROBERTO et BURGE et heredibus de corporibus ipsorum procreatis de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent. Preterea idem WILLELMUS concessit pro se et heredibus suis quod unum . messuagium tresdecim . acre et dimidia et una roda terre predictorum

tenementorum cum pertinentiis que Ph[ilippus] Deuenyssche et Elena uxor ejus tenent ad terminum vite sue, et quod unum messuagium tresdecim acre et dimidia . et una roda terre predictorum tenementorum que Willelmus le Longe et Margeria uxor ejus [tenent ad terminum] vite sue, et quod unum messuagium tresdecim acre et dimidia et una roda terre dictorum tenementorum [cum pertinentiis] que Madocus ap Meuric et [Mari]ota uxor ejus tenent ad terminum vite sue, et quod unum . . . . predictorum tenementorum cum pertinentiis que Gruffuth Yago et Alicia uxor ejus [tenent ad terminum vite] sue, et quod . . . . acre et dimidia terre predictorum tenementorum cum pertinentiis que Willelmus [Robyn] tenet ad terminum vite sue, et quod unum messuagium . undecim acras terre predictorum tenementorum cum pertinentiis que Mauricius Adam [et Cristina uxor ejus] tenent ad terminum vite sue, et quod unum messuagium . sex acras et dimidia terre predictorum tenementorum cum pertinentiis que Henricus Peris tenet ad terminum vite sue, et quod unum molendinum fullerect' predictorum tenementorum cum pertinentiis quod Phillipus Owen tenet ad [terminum] vite sue die quo hec concordia facta fuit . et que quidem tenementa cum pertinentiis post decessum predictorum Philippi et Elene, Willelmi et Margeria, Madoci et Mariote, Griffini et Alicie, Willelmi, Mauricii et Cristine, Henrici, et Philippi, ad predictum Willelmum et heredes suos debuerunt reverti, integre remaneant predictis Roberto et Burge et heredibus suis de corporibus ipsorum exeuntibus . Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent. Et si contingat quod predictus Robertus et Burga obierint sine herede de corporibus ipsorum procreato . tunc post decessum ipsorum Roberti et Burge predicta tenementa cum pertinentiis integre remaneant Ricardo de Penres fratri predicti Roberti et heredibus ma[sculis] de corpore suo procreatis . Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent. Et si contingat quod predictus Ricardus obierit sine herede masculo de corpore suo procreato, tunc post decessum

ipsius [ROBERTI predicta] tenementa cum pertinentiis integre remaneant JOHANNI de PENRES fratri predicti RICARDI et heredibus masculis de corpore suo procreatis . Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent. Et si contingat quod predictus JOHANNES obierit s[ine herede masculo de corpore] suo procreato . tunc post decessum ipsius JOHANNIS predicta tenementa cum pertinentiis integre remaneant ALICIE de LANGETON' sorori predicti JOHANNIS et heredibus masculis de corpore [suo procreati]s . Tenendum de capitalibus [dominis feodi illius per] servicia que ad illa tenementa pertinent. Et si contingat quod predicta ALICIA obierit sine herede masculo de corpore suo procreato, tunc post decessum ipsius ALICIE predicta tenementa cum per[tinentiis inte]gre remaneant ROB[ERTO fratri WILLELMI] de la MARE de LANGENYTH' de KATERINA sorore predicte ALICIE procreato et heredibus masculis de corpore suo procreatis . Tenendum de capitalibus dominis feodi illius [per servicia que ad ill]a tenementa [pertinent. Et si contingat quod] predictus ROBERTUS obierit sine herede masculo de corpore suo procreato . tunc post decessum ipsius ROBERTI predicta tenementa cum pertinentiis integre remaneant SIBILLE de PENRES [sorori predi]cte A[LICIE et heredibus masculis de corpore] suo procreatis . Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent. Et si contingat quod predicta SIBILLA obierit sine herede masculo [de co]rpore s[uo prōcreato . tunc post decessum ipsius S]IBILLE predicta tenementa cum pertinentiis integre remaneant rectis heredibus predicti ROBERTI de PENRES quiete de aliis heredibus predictorum RICARDI, JOHANNIS, ALICIE, ROBERTI, et SIBILLE . Ten[endum de capitalibus] dominis feo[di illius per servicia] que ad illa tenementa pertinent imperpetuum.

In cujus rei testimonium presentibus sigillum cancellarie predicte domine ELIZABETHE de GOUHERIA, sigilla JOHANNIS FRELOND tunc temporis senescallo [ejusdem can]cellarie . DAVID de la B[EARE] . . . . [de P]ENEBRUGGE . PHILIPPI SCORLAG . ADE de la BEARE . ROBERTI MANXEL . JOHANNIS de LANGETON' . JOHANNIS SELEWOLD . THOME SLOGER . THOME de LANDEWY .

WILLELMI de la MARE de LANGENYTH . JOHANNIS de la MARE fratris ejus et WILLELMI de [HELP]ISTON' sunt appensa.

Only one seal remains, red wax, $\frac{3}{4}$in. diam. A shield of arms, three bars.

'+ IE SU SEL DE AMOUR LEL.'

This deed is very much decayed, and the parchment is eaten away in holes in several places.

(1) 'Regis Edwardi' usually indicates Edward I., Edward II. being described as 'Rex Edwardus filius Regis Edwardi,' but the connection with other deeds and the names of the witnesses shew this deed to belong to the reign of Edward II., whose designation as above is very rare. See also DCCCLXXXIII and DCCCLXXXIV., the date of which should be 10 Edward II., 1317.

Pedigree as set forth in the above concord, and in DCCCXXXI., the latter being subsequent to the birth of John and the second marriage of Robert de Penres, A.D. 1327 :—

de Penres.
- Burga=Robert=Isabella.
  - John de Penres.
- Richard.
- John de Langeton.=Alicia
- William de la Mare.=Katherine.
  - Will. de la Mare.
  - Robert de la Mare.
- Sibilla
- Hamund=Isabella Turbirvyle.

It appears here and from MVI., that the signory of Gower had a Court or Comitatus of its own sitting on Monday at Swansea, under the authority of the Lord of Gower, as that of Glamorgan did at Cardiff.

In 1323, Elizabeth de Burgo, usually called Isabel, held both Gower and Glamorgan. She was the third daughter of William, Earl of Gloucester, and wife, first, of John, Earl of Moreton; next, of William, Earl of Essex; and thirdly, of John de Burgh. She had obtained a footing in Gower by an exchange with her sister's husband, Hugh le Despenser, junior. She is called Lady of the Honour of Clare [Gloucester] and Gower, and the Court is summoned by her writ 'of precipe' addressed to the seneschal of Gower. One of the sittings of the Court was at Pennard, also on a Monday, so that although this day of the week was adhered to, the Court, like that of Glamorgan, was ambulatory. Charter MVI., 1352, gives John de Mounbray as Lord of Gower, Roger de Hewyk as seneschal, and the names of six great land-owners, who with others comprised the Court. Both records relate to civil suits.

DCCCCXVI.

GRANT IN TAIL BY WILLIAM DE LA LAKE TO SIR ROBERT DE PENRES AND BURGA HIS WIFE OF THE MANOR OF OXWICH, Etc.

[Margam Charter.]

1 June. 16 Edw. II. 1323.

Sciant p. et f. q. e. Willelmus de la Lake rector ecclesie de Oxynewyche dedi concessi et h. p. c. m. confirmavi domino Roberto de Penres militi et Burge uxori ejus manerium de Oxynewyche simul cum advocacione ecclesie ejusdem manerii ac homagiis et serviciis liberorum hominum ac villanorum in illo manerio tenencium et eorum sequelis pratis pascuis pasturis boscis gravis vastis molendinis releviis redditibus eschaetis et omnibus aliis pertinenciis ad predictum manerium quoquomodo spectantibus. Habendum et tenendum eisdem domino Roberto et Burge et heredibus de corporibus ipsorum domini Roberti et Burge exeuntibus de capitali domino feodi illius libere quiete bene et in pace jure hereditario per servicia debita et de jure consueta inperpetuum. Et si contingat quod predictus dominus Robertus obierit sine herede de corpore ipsius Burge procreato tunc post decessum ipsorum domini Roberti et Burge predictum manerium et advocacio predicta cum pertinenciis integre remanebunt Ricardo fratri ejusdem domini Roberti et heredi masculo de corpore suo procreato tenendum de capitalibus dominis feodi illius per predicta servicia sicut predictum est inperpetuum. Et si contingat quod predictus Ricardus obierit sine herede masculo de corpore suo procreato tunc post decessum ipsius Ricardi predictum manerium et advocacio predicta cum pertinenciis integre remanebunt Johanni fratri ejusdem Ricardi et heredi masculo de c. s. p. tenendum de capitalibus dominis feodi illius per predicta servicia sicut predictum est inperpetuum. Et si contingat quod predictus Johannes obierit sine herede masculo de corpore suo procreato tunc post decessum ipsius Johannis predictum

manerium et advocacio predicta cum pertinenciis integre remanebunt ALICIE sorori ejusdem JOHANNIS et heredi masculo de corpore suo procreato. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per predicta servicia sicut predictum est inperpetuum. Et si contingat quod predicta ALICIA obierit sine herede masculo de corpore suo procreato tunc post decessum ipsius ALICIE predictum manerium et advocacio predicta cum pertinenciis integre remanebunt SIBILLE sorori ejusdem ALICIE et heredibus masculis de corpore suo procreatis tenendum de capitalibus dominis feodi illius per predicta servicia sicut predictum est inperpetuum. Et ego vero predictus WILLELMUS et heredes mei warantizabimus eisdem domino ROBERTO et BURGE et heredibus suis predictis et eidem predicto RICARDO et heredibus suis predictis si predictus dominus ROBERTUS obierit sine herede de corpore ipsius BURGE procreato . et eciam eidem JOHANNI et heredibus suis predictis si predictus RICARDUS obierit sine herede masculo de corpore suo procreato . et eciam eidem ALICIE et heredibus suis predictis si predictus JOHANNES obierit sine herede masculo de corpore suo procreato . et eciam eidem SIBILLE et heredibus suis predictis si predicta ALICIA obierit sine herede masculo de corpore suo procreato predictum manerium et advocacionem predictam cum pertinenciis sicut predictum est contra omnes gentes inperpetuum. Et si predicta SIBILLA obierit sine herede masculo de corpore suo procreato tunc post decessum ipsius SIBILLE predictum manerium et advocacio predicta cum pertinenciis integre remanebunt rectis heredibus predicti domini ROBERTI de PENRES quiete de aliis heredibus ipsorum RICARDI . JOHANNI . ALICIE et SIBILLE. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illud manerium et advocacionem pertinent in perpetuum. In cujus rei testimonium presenti carte indentate et duplicate sigillum meum et sigillum dicti domini ROBERTI alternatim sunt apposita et ad majorem declaracionem futuris temporibus faciendum alteri parti presentis carte penes dictos dominum ROBERTUM et BURGAM remanenti sigilla testium subscriptorum apponi procuravi. Hiis testibus . WILLELMO de LAMARE de LANGONYTH . JOHANNE de LAMARE .

PHILIPPO SCORLAG . WILLELMO de HELPISTON . ROBERTO MOXEL . JOHANNE SELEWOLDE . THOMA de LANDEWY . et aliis.

Datum primo die Junii anno regni Regis EDWARDI filii domini EDWARDI sextodecimo.

One seal, in red wax, 1in. diam. Device, a gryllus or bird with a human head.

Legend—' + IEO SUY SEL NU' TEL.'

DCCCCXVII.

GRANT BY ROBERT DE PENRES TO WILLIAM DE LA LAKE, RECTOR OF OXWICH, OF THE MANOR OF OXWICH, ETC.

[MARGAM CHARTER.] CIRCA 1323.

Sciant presentes et futuri q. e. ROBERTUS de PENRES dedi et concessi et hac p. c. m. confirmavi domino WILLELMO de la LAKE rectori ecclesie de OXYNWYCHE, manerium meum de OXYNWYCHE in GOUHERIA simul cum advocacione ecclesie ejusdem manerii cum omnibus pertinenciis ad dictum manerium et advocacionem pertinentibus sine ullo retenemento. Habendum et tenendum predicto domino WILLELMO et heredibus suis et assignatis cum omnibus redditibus, homagiis, fidelitatibus tenencium, molendinis, wardis, maritagiis, herietis, releviis, eschaetis, proficuis, et omnimodis dominiis de tenentibus dicti manerii, et eorum tenementis provenientibus, custumariis, et eorum consuetudinibus, libere quiete bene et in pace, jure, hereditarie, inperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per servicia inde debita et consueta inperpetuum. Et ego vero dictus ROBERTUS et heredes mei totum predictum manerium simul cum advocacione ejusdem manerii cum omnibus pertinenciis et omnibus aliis dominiis et proficuis supradictis, predicto domino WILLELMO et heredibus meis et assignatis contra omnes mortales warentizabimus et defendemus inperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti

carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . ROBERTO de PENEBRUG' . WILLELMO de la MARE . PHILIPPO SCURLAGE . JOHANNE de la MARE . ROBERTO MANXEL . THOMA de LANDEWY . JOHANNE SELEWOLD et aliis.

Seal, red wax, a fragment of the shield of arms of PENRICE, as described in No. DCCCCIX.

Endorsed in a late hand—'A deede of graunte from Rob'te Penrice, Kt., to Willelmus de la Lake, clark, of the monor of Oxwich.'

DCCCCXVIII.

GRANT IN TAIL BY WILLIAM DE LA LAKE, RECTOR OF OXYNEWYCHE, TO SIR ROBERT DE PENRES, KNT., AND BURGA, HIS WIFE, OF THE MANOR AND ADVOWSON OF OXYNEWYCHE, WITH SPECIFIED REMAINDERS.

[MARGAM CHARTER.]

1 JUNE. 16 EDW. II. 1323.

Sciant p. et f. q. e. WILLELMUS de la LAKE rector ecclesie de OXYNEWYCHE dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino ROBERTO de PENRES militi et BURGE uxori ejus manerium de OXYNEWYCHE simul cum advocacione ecclesie ejusdem manerii ac homagiis et serviciis liberorum hominum, ac villanorum in illo manerio tenencium et eorum sequelis, pratis, pasculs, pasturis, boscis, gravis, vastis, molendinis, releviis, redditibus, eschaetis et omnibus aliis pertinentiis ad predictum manerium quoquo modo spectantibus. Habendum et tenendum eisdem domino ROBERTO et BURGE et heredibus de corporibus ipsorum domini ROBERTI et BURGE exeuntibus de capitali domino feodi illius libere quiete bene et in pace jure hereditario per servicia debita et de jure consueta in perpetuum. Et si contingat quod predictus dominus ROBERTUS obierit sine herede de corpore

ipsius BURGE procreato . tunc post decessum ipsorum domini ROBERTI et BURGE predictum manerium et advocacio predicta cum pertinenciis integre remanebunt RICARDO fratri ejusdem domini ROBERTI et heredibus masculis de corpore suo procreatis. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per predicta servicia sicut predictum est in perpetuum. Et si contingat quod predictus RICARDUS obierit sine herede masculo de corpore suo predicto tunc post decessum ipsius RICARDI predictum manerium et advocacio predicta cum pertinentiis integre remanebunt JOHANNI fratri ejusdem RICARDI et heredibus masculis de corpore suo procreatis. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per predicta servicia sicut predictum est in perpetuum. Et si contingat quod predictus JOHANNES obierit sine herede masculo de corpore suo procreato . tunc post decessum ipsius JOHANNIS predictum manerium et advocacio predicta cum pertinenciis integre remanebunt ALICIE sorori ejusdem JOHANNIS et heredibus masculis de corpore suo procreatis. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per predicta servicia sicut predictum est in perpetuum. Et si contingat quod predicta ALICIA obierit sine herede masculo de corpore suo procreato . tunc post decessum ipsius ALICIE predictum manerium et advocacio predicta cum pertinentiis integre remanebunt SIBILLE sorori ejusdem ALICIE et heredibus masculis de corpore suo procreatis. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per predicta servicia sicut predictum est in perpetuum. Et ego vero predictus WILLELMUS et heredes mei warentizabimus eisdem domino ROBERTO et BURGE et heredibus suis predictis et eciam eidem RICARDO et heredibus suis predictis si predictus dominus ROBERTUS obierit sine herede de corpore ipsius BURGE procreato . Et etiam eidem JOHANNI et heredibus suis predictis si predictus RICARDUS obierit sine herede masculo de corpore suo procreato . Et eciam eidem ALICIE et heredibus suis predictis si predictus JOHANNES obierit sine herede masculo de corpore suo procreato . Et eciam eidem SIBILLE et heredibus suis predictis si predicta ALICIA obierit sine herede masculo de corpore suo procreato . predictum manerium et advocacionem predictam cum pertinentiis sicut predictum est contra omnes gentes in perpetuum.

Et si predicta SIBILLA obierit sine herede masculo de corpore suo procreato . tunc post decessum ipsius SIBILLE predictum manerium et advocacio predicta cum pertinentiis integre remanebunt rectis heredibus dicti domini ROBERTI de PENRES quiete de aliis heredibus ipsorum RICARDI JOHANNIS ALICIE et SIBILLE. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illud manerium et advocationem predictam pertinent in perpetuum. In cujus rei testimonium presenti carte indentate et duplicate sigillum meum et sigillum dicti domini ROBERTI alternatim sunt apposita. Et ad majorem declaracionem futuris temporibus faciendam alteri parti presentis carte penes dictos dominum ROBERTUM et BURGAM remanenti sigilla testium subscriptorum apponi procuravi. Hiis testibus . WILLELMO de LAMARE de LANGENYTH . JOHANNIS de LAMARE . PHILIPPO SCORLAGE . WILLELMO de HELPESTON' . ROBERTO MOXEL . JOHANNIS SELEWOLD . THOMA de LANDEWY et aliis.

Datum primo die Junii anno regni Regis EDWARDI filii domini EDWARDI sextodecimo.

Four seals, the labels being named :—

1. Sigillum WILLELMI de la MARE. Seal gone.

2. Sigillum JOHANNIS de la MARE. Red wax, $\frac{7}{8}$in. diam. Lion statant queue fourchée.

'SIGILLUM . ADE . . . RT.'

3. Sigillum ROBERTI de [PENRES]. Red wax, $\frac{7}{8}$in. diam. Shield of arms of PENRICE, see No. DCCCCIX.

'+ S' ROBERTI . DE . PENRES.'

4. Sigillum B[URGE] etc. Wanting.

The letters A . B . C . D . E . F . G . H . I . K . , written along the top of the deed, are cut through by the indenture.

Endorsed in a very late hand—'An entaile of the manor of Oxwich, by Willelmus de la Lake, clerk, to Robert Penrice, Kt., and Burga his wife, primo Junii, anno Edw. II., 16.'

The counterpart of this deed is also preserved among the Penrice MSS., to which the seal of William de la Lake is appended, red wax, ¾in. diam. Device, a gryllus or human-headed eagle.

'+ IEO . SUY . SEL . NU' TEL . U'.'

i.e., 'I am a non-such seal.'

Endorsed—'Sweynese.'

See No. DCCCXCVI.; also No DCCCCXXXI.

For some reason, possibly on account of their death, Robert de la Mare and Isabel de Penrice are dropped out of the entail, and Alicia is designated as Alicia only and not as de Langeton.

Moxel is one of the many forms which finally settled down as Mansel.

DCCCCXIX.

GRANT BY JOHN PISTOR, OF PENMAYN, TO THOMAS SCISSOR, OF DEVON, AND JULIANA HIS WIFE, OF THE MOIETY OF A PIECE OF LAND IN THE OUTER BAILEY OF SWANSEA CASTLE.

[MARGAM CHARTER.]

17 MAR. 17 EDW. II. 1324.

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES PISTOR de PENMAYN dedi, concessi, et hac presenti carta mea confirmavi THOME SCISSORI de DEVONIA et JULIANE uxori sue et heredibus eorum ac assignatis medietatem unius placie terre cum pertinentiis continentem in longitudine viginti pedes, que quidem medietas placie jacet in forinceco ballio castri de SWEYNES[EYE] inter placiam WILLELMI SPRIGHYN ex parte orientali et placiam JOHANNIS de RIVO ex parte occidentis. Et extendit se a placia WALTERI le WYSE ex parte australi, usque ad placiam PHILIPPI medici ex parte boriali pro quadam summa pecunie michi pre manibus persoluta. Tenendum et habendum de domino capitali ville de SWEYNES[EYE] predictis THOME et JULIANE et heredibus eorum vel eorum assignatis libere

quiete bene et in pace jure hereditario in perpetuum cum omnibus pertinentiis, libertatibus, liberis consuetudinibus ac aysiamentis dicte medietati placie ubilibet pertinentibus, per redditus et servicia inde debita et de jure consueta, sicut ceteri burgenses dicte ville pro suis placiis ibidem reddunt ac faciunt. Et ego vero predictus JOHANNES et heredes mei predictam medietatem placie terre cum pertinenciis libertatibus liberis consuetudinibus ac aysiamentis suis omnimodis memorato THOME SCISSORI et JULIANE uxori sue et heredibus eorum ac eorum assignatis per redditus et servicia in forma prenotata contra omnes gentes warentizabimus acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cujus rei testimonium meum presentibus apposui. Hiis testibus . JOHANNE FRELOND tunc senescallo GOUHERIE . ROBERTO de WEST' preposito de SWEYNES[EYE] . THOMA de BREUYN . JOHANNE ALBYN . WALTERO WYS' . et aliis.

Datum et confectum septimo decimo die Marcii anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI septimo decimo.

DCCCCXX.

GRANT BY GRONO AP CRADOC HWEYTH DE KILVEY TO JOHN AP DAVID VACHAN, OF LAND AT CROFT KETHYN, IN THE LORDSHIP OF KILVEY.

[FRANCIS MS.]

FRIDAY AFTER ST. JOHN PORT LATIN. 6 MAY. 17 EDW. II. 1324.

Sciant presentes et futuri quod ego GRONO ap CRADOC HWEYTH de KILENY dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi JOWAN ap DAVID VACHAN heredibus suis et assignatis totam terram meam et tenuram tam arabilem quam vastam cum omnibus pratis et pasturis boscis et planis humidis et siccis cum

omnibus pertinenciis suis ac libertatibus aysiamentis et comoditatibus qualitercunque inde jure provenientibus que vocatur CROFT KETHYN inter NANT GOYDWEN ex parte una et aquam que vocatur BRAN ex parte altera in latitudine et extendit a via que ducit de aqua BRAN predicta versus NANT GOYDWEN ex parte una usque ad terram HOWELI ap MORGAN ex parte altera in longitudine. Habendum et tenendum omnia et singula predicta cum omnibus pertinenciis suis de domino de KILVEY sibi heredibus suis et assignatis pro me heredibus meis et assignatis libere quiete bene et pacifice jure hereditario in perpetuum. Reddendo inde annuatim ipse dictus JOWAN ap DAVID VACHAN heredes sui et assignati dicto domino de KILVEY qui pro tempore fuerit tres obolos argenti ad tres anni terminos quibus ceteri liberi homines de KILVEY redditum suum qui vocatur GWESTWA persolvere tenentur pro omni servicio seculari exactione et demando. Et ego predictus GRONO ap CRADOC HWEYTH heredes mei et assignati omnia et singula predicta cum omnibus pertinenciis suis prefato JOWAN ap DAVID VACHAN heredibus suis et assignatis contra omnes mortales warentizabimus acquietabimus et ubique defendemus in perpetuum. Pro hac autem mea donatione concessione et presentis carte mee confirmatione dedit michi predictus JOWAN ap DAVID VACHAN tres libras et dimidiam sterlingorum premanibus. Et ut hec mea donatio concessio et presentis carte mee confirmatio vera sit et stabilis et inconcussa perseveret in perpetuum presentem hanc cartam meam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus . ADAM de BOZES tunc vicecomite de GLAMORGAN . CRADOCO ap ENER tunc latimero de KILVEY . MEURICO WARRE bedello ibidem . WILLYM DUY . MADOC VOIL . PHILIPPO VACHAN ap PHILIP ap GRIFFIN . WILLELMO ap HOWEL . et aliis.

Datum apud KILVEY die Veneris proximo post festum beati JOHANNIS ante portam Latinam anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI septimo decimo.

Seal wanting.

DCCCCXXI.

NOTIFICATION BY WILLIAM DE BREWOSA TO HIS KNIGHTS AND TENANTS IN GOWER THAT HE HAS GRANTED THE LAND OF GOWER TO HUGH LE DESPENSER, EARL OF WINCHESTER.

[Harl. Charter, 47 B. 30.]

Friday before Midsummer. 17 Edw. II. 1324.

Willelmus de Brewosa dominus honoris de Brembre . militibus . libere tenentibus et omnibus aliis de terra de Gower in Wallia . salutem in domino.

Cum per cartam nostram dederimus et concesserimus nobili viro domino Hugoni le Despenser comiti Wyntonie totam terram de Gower cum omnibus suis pertinentiis in Wallia et in marchiis Wallie. habendum sibi et heredibus suis imperpetuum prout in eadem carta nostra plenius continetur . vobis mandamus rogantes quatinus prefato comiti de homagiis fidelitatibus et aliis serviciis vestris quibuscumque sitis intendentes, obedientes, et respondentes, volumus enim vos inde erga nos exnunc exonerari. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum apposuimus.

Datum apud la Knappe die Veneris proxima ante festum nativitatis Sancti Johannis Baptiste anno regni domini Edwardi Regis Anglie illustris filii Regis Edwardi decimo septimo.

Round seal, pale green wax, $1\frac{1}{8}$in. diam. On a hatched ground, and between four pellets, a lozenge-shaped shield of arms: a lion rampant between nine crosses crosslet. Fine work.

'+ s'. WILLELMI . DE . BREAUSSE.'

DCCCCXXII.

RECORD OF PROCEEDINGS RELATING TO ALLEGED ERRORS IN A RECOVERY BY WILLIAM DE BREWOSA OF SEISIN OF THE LAND OF GOWER.

[PLAC. ABBREV. R. C., 1811, p. 350.]

WESTMR. HILL. TERM. 18 EDW. II. 1425.

GLOUC. } Per assisam et juratam WILLELMUS de BREWOSA recuperat seisinam suam de duobus commotis que vocantur COUTHCEYD et ISCOID que continent totam terram de GOWER versus ALINAM que fuit uxor JOHANNIS de MOUBRAY ROGERUM de MIDDLETON et WILLELMUM MOYGNE et c. marcas pro dampnis super qua dictus WILLELMUS asserit errores intervenisse et hos assignat.

Erratum est in hoc quod cum terra de GOWER posita in visu etc. sit in WALLIA extra quemlibet comitatum ubi nullum breve Regis currit secundum legem et consuetudinem regni ANGLIE predicti justiciarii ad hoc non considerantes erronice mandaverunt vicecomiti GLOUCESTRIE quod venire faceret coram eis apud SWANESEY in GOWER assisam predictam et ad attachiandas partes predictas essendi coram eisdem justiciariis ac si fuissent in comitatu GLOUCESTRIE cum non essent super quo processu habito in forma predicta contra Regem et consuetudinem regni Regis iidem justiciarii processerunt ad assisam predictam erronice capiendam et ad judicium contra ipsum reddendum, etc.

Item erratum est in hoc quod cum quelibet assisa secundum legem et consuetudinem regni arraniari debeat de certis maneriis vel certis tenementis in certis villis in brevi nominandis et predictus WILLELMUS de BREWOSA in predicto brevi questus fuit se disseisiri de libero tenemento suo in GOWER que est quedam magna patria continens in se plures villas diversas ponendo in visu suo, etc., duo comota, etc., in quibus similiter sunt plures ville diverse predicti justiciarii ad hoc non considerantes super hujusmodi brevi minus rite et contra consuetudinem regni, etc., a cancellaria emanata erronice processerunt ad predictam assisam

capiendam, etc., et ad judicium contra ipsum Willelmum la Moyne et alios reddendum, etc.

Quibus erroribus assignatis dictus Willelmus de Brewosa respondet quoad primum errorem quod terra de Gower est baronia marchie Wallie et de domino Rege tenetur immediate et si quis accionem ad hujusmodi terram petendam habeat versus dominum terre illius oportet ipsum occasionem suam movere in curia Regis et illud placitare cujus accionis execucio semper habet fieri per vicecomitem comitatus qui propinquior fuerit illi terre et quia comitatis Gloucestrie est propinquior illi terre de Gower que est in marchia, etc., et baronia marchie execucio brevis predicti per vicecomitem ejusdem comitatus fiebat sicut in hujusmodi casu antiquitus fieri consuevit nec per hoc est error assignandus, etc.

Dicit etiam quod terra de Gower est quoddam dominium per se et ex quo idem Willelmus de Brewosa de tota terra predicta fuit disseisitus necessarie oporteret ponere in visu recognitionis totam terram predictam de qua querebatur se disseisiri et in brevi nominare, etc., unde non intendit quod aliquis error intervenit in recordo et processu predictis et petit predictum judicium affirmari et execucionem dampnorum, etc.

Judicium.—Et quia inspectis examinatis et plenius intellectis recordo et processu predictis non invenitur in eisdem quod predictus Willelmus le Moygne nec aliquis alius in predicto brevi nominatus, etc., coram predictis justiciariis raciones premissas nunc per predictum Willelmum le Moygne assignatas tunc in placitando allegarunt immo predicta Elizabetha per ballivum suum predictum gratis se posuit super assisam, etc., videtur curie quod nullus error intervenit in eisdem, etc. Ideo predictum judicium super eisdem recordo et processu redditum tanquam justum et legale est affirmatum. Et predictus Willelmus de Brewosa petit execucionem dampnorum, etc. Ideo fiat ei breve de scire facias predictis Aline Rogero et Willelmo Moygne, etc.

Memorandum quod predictus Willelmus de Brewosa implacitavit per assisam dictos Alinam Rogerum Willelmum Moygne et Elizabetham que fuit uxor

Johannis de Burgo . Alina Rogerus et Willelmus Moygne non sunt inventi nec aliquid habent, etc. Ideo assisa capiatur versus eos per eorum defaltum. Et Elizabetha ut tenens per Ricardum de Haytcoumb ut ballivus respondet, etc. Et dicit quod intravit in predicta tenementa per Hugonem le Despenser minorem et de hoc ponit se super assisam.

Rotulo 115.

DCCCCXXIII.

GRANT BY WALTER BALLE OF ROATH TO JOHN MODY OF CARDIFF, AND AGNES HIS WIFE, OF LAND IN THE FEE OF CARDIFF.

[Francis MS.]

Wednesday after all Saints' Day. 1 Nov. 19 Edw. II. 1325.

Sciant presentes et futuri quod ego Walterus Balle de Raathe dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Johanni Mody de Kaerdif et Agneti uxori eius unam acram prati cum suis pertinenciis in feodo de Kaerdif jacentem apud Westmor in latitudine inter pratum domini ex parte australi et pratum tunc Ricardi Dene ex parte boriali in longitudine vero inter pratum tunc Elye Meiller ex parte orientali et pratum Ade le Lange ex parte occidentali. Habendum et tenendum dictam acram prati cum suis pertinenciis predictis Johanni Mody Agnete uxori eius et heredibus sive assignatis ipsius Johannis Mody de capitalibus dominis feodi illius libere quiete integre et in pace per servicia que ad illam acram prati pertinent in perpetuum. Pro hac autem donacione concessione et presentis carte confirmatione dederunt michi predicti Johannes et Agnes tres marcas sterlingorum pre manibus. Et ego vero predictus Walterus Balle et heredes mei sive assignati predictam acram prati cum suis pertinenciis predictis Johanni Mody et Agneti uxori eius

et heredibus sive assignatis ipsius JOHANNIS MODY contra omnes homines et feminas mortales warantizabimus et in perpetuum defendemus. In cujus rei testimonium hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi et confirmavi. Hiis testibus . ROGERO le POLITER . THOMA le LONGE . JOHANNE de RAATHE . HENRICO PEETHE . ROBERTO le PROUTE . JOHANNE MORWITHE . ELYA MEILLER . et aliis multis.

Datum apud KAERDIF die Mercurii proxima post festum omnium Sanctorum anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI decimo nono.

DCCCCXXIV.

QUIT-CLAIM BY JOHN, SON OF JOHN NICHOL, OF KENEFEG, TO MARGAM ABBEY, OF HIS LANDS, ETC., IN KENEFEG, FOR A CORRODY AND APPOINTMENT AS A FREE SERJEANT IN THE ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

ST. DONAT'S DAY. 7 AUGUST. 1325.

Universis CHRISTI fidelibus a. q. p. s. pervenerit . JOHANNES filius JOHANNIS NICHOL de KENEFEG salutem in domino sempiternam.

Noveritis me die confectionis presencium concessisse relaxasse et omnino quietum clamasse pro me et heredibus meis et assignatis inperpetuum domino abbati de MARGAN et ejusdem loci conventui et eorum successoribus totam terram meam et totum jus et clamium meum quod habui vel aliquo modo habere potui in villa de KENEFEG vel extra, in burgagiis . messuagiis . domibus . curtilagiis . tenementis . et omnibus . aliis libertatibus que quondam habui et tenui vel habere potui de dictis . . abbate et conventui de MARGAM. Ita quod nec ego predictus JOHANNES nec aliquis heredum meorum et assignatorum aliquid juris vel clamii

aut calumpnie in illis predictis burgagiis mesuagiis cum suis pertinenciis aliquo modo vendicare poterimus in perpetuum. Pro hac autem concessione . relaxacione et quieta clamacione mea . concesserunt et dederunt unanimi assensu et voluntate communi predicti . . abbas et conventus michi singulis diebus quoad vixero unum panem conventualem et alios duos panes qui vocantur 'Liuersouns' . Et unum lagenam cervisie potus eorundem . Et dimidiam marcam argenti pro stipendio. Et quatuor paria sotlarum precii XII. denariorum et unum quarterium avene pro legumine . Et pasturam duorum animalium loco pitancie. Et ego predictus JOHANNES servicium unius liberi servientis faciam in abbatia vel extra ubicunque fuero assignatus quamdiu valitudo corporis mei permiserit. Et ego predictus JOHANNES et heredes mei et assignati predictam concessionem relaxacionem et quietam clamacionem predictis . . abbati et conventui eorumque successoribus contra omnes mortales warentizabimus acquietabimus et defendemus in perpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui. Et quia sigillum meum pluribus est incognitum . sigillum commune burgensium de KENEFEG apponi procuravi. Hiis testibus . JOHANNE LOUEL . PHILIPPO STIWARD . DAVID MARESC' . WILLELMO TERRY . HENRICO COLYN . et multis aliis.

Datum apud MARGAN die beati DONATI episcopi et martiris . anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto.

Two seals, in red wax.

1. Oval, $1\frac{5}{8}$in. by $1\frac{1}{4}$in. Device, a fleur-de-lis.

Legend—' + s' . IOHIS . NICOL' DE KE'FIG.'

2. $1\frac{1}{2}$in. diam. A star of four rays between four pellets.

Legend—' + s' . COMUNE . DE . KENEF.'

Endorsed, in a late hand—'Relaxatio Johannis Nycholl' de terris in Kenfeg.'

DCCCCXXV.

GRANT BY JULIANA LE HONTE TO HAMUND TURBIRVYLE AND ISOBELLA [DE PENRES] HIS WIFE, OF LAND IN THE FEE OF PENNARD.

[MARGAM CHARTER.]

ALL SAINTS' EVE. 31 OCT. 19 EDW. II. 1325.

Sciant p. et f. quod ego JULIANA le HONTE dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi HAMUNDO TURBIRVYLE et ISOBELLE uxori ejus . quatuor . acras prati . jacentes in feudo de PENNARD' . cujus prati due acre jacent inter pratum THOME le CHAUMBRE in partibus orientali et boriali . et pratum domini DAVID de la BEER in parte australi et pratum JOHANNIS PHELIPP' in parte occidentali . et alie due acre jacent inter pratum THOME supradicti le CHAUMBRE in parte orientali . et pratum quod fuit THOME HERE in parte occidentali . et pratum JOHANNIS DAVY in parte australi . et pratum capitalis domini GOUHERIE in parte boriali . pro una summa pecunie michi pre manibus persoluta. Habendas et tenendas predictas quatuor acras prati cum pertinenciis prefatis HAMUNDO et ISOBELLE uxori ejus et heredibus eorundem vel assignatis . libere . quiete jure hereditario in perpetuum de capitali domino feodi predicti per servicia et redditus inde debita et de jure consueta. Et ego vero predicta JULIANA le HONTE et heredes mei ac assignati predictas quatuor acras prati cum pertinenciis antedictis HAMUNDO et ISOBELLE uxori ejus et heredibus eorundem vel assignatis contra omnes gentes warantizabimus acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . dominis ROBERTO de PENRES . DAVID de la BEER' militibus . ROBERTO de PENBRYG' . JOHANNE de LANGETON . JOHANNE le SOPERE . JOHANNE VOYL . HENRICO DAVID . et aliis.

Data apud PENNARD' in vigilia omnium sanctorum . anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI nonodecimo.

Pointed oval seal, in green wax, $1\frac{1}{8}$in. by $\frac{3}{4}$in. An ornamental quatrefoil flower.

Legend—'+' . ISABELE . DE . PENRES.'

DCCCCXXVI.

GRANT BY NICHOLAS, SON OF JOHN NICHOL, TO WILLIAM AND JOHANNA TERRI, OF A MESSUAGE IN CARDIFF.

[MARGAM CHARTER.] CIRCA 1325.

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego NICHOLAUS filius et heres JOHANNIS NICHOL' dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi WILLELMO TERRI et JOHANNE uxori sue et heredibus et assignatis eorum unum messuagium quod est in villa de KENEFEGH et quatuor virgatas terre et extendid (*sic*) se unum caput dicti messuagii ad messuagium quod quondam tenuit ADAM HERDIG' in parte occidontali et reliquum capud pretendid (*sic*) se in longitudine ad viam que ducit foris villam in parte orientali. Et expandid (*sic*) se in latitudine ad viam que vocatur ESSTRET in parte boriali et fontem quem quondam tenuit HELENA MELEWARD' in parte australi. Habendum et tenendum antedictum messuagium et quatuor virgatas terre de me et heredibus meis vel meis assignatis predicto WILLELMO et JOHANNE uxori sue et heredibus ac assignatis eorum . libere . quiete . bene . integre . et pacifice . sine aliqua calumpnia imperpetuum. Reddendo inde annuatim dicto NICOLAO et heredibus ac assignatis suis quatuor denarios ad quatuor anni terminos . videlicet ad festum Sancti MICHAELIS . denarium . ad festum beati ANDREE denarium . ad Pasca floridum denarium . item ad festum beati JOHANNIS BAPTISTE denarium . pro omni servicio et omni exactione seculari et demanda. Et ego dictus NICOLAUS et heredes ac assignati mei predicto WILLELMO et heredibus ac assignatis suis inveniemus viam ad predictam (*sic*) fontem et ad predictas quatuor virgatas terre quocumque tempore placuerint. Et ego dictus NICOLAUS et heredes mei seu assignati mei dictum messuagium et quatuor virgatas terre dicto WILLELMO et heredibus suis ac assignatis suis contra omnes homines et feminas warantizabimus acquietabimus et defendemus imperpetuum . pro hac autem donacione mea concessione et presentis carte mea confirmacione dedit michi dicto WILLELMO TERRI decem solidos sterlingorum

premanibus. Et ut hec mea donacio concessio et presentis carte mee confirmacio rata et stabilis imperpetuum permaneat . hanc presentem cartam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus . Willelmo Ailleward' . Johanne Alexandri . Henrico Willoc . Thoma Gramus . Johann Cohz . et multis aliis.

Seal, green wax, $\frac{7}{8}$in. diam. Device, a fleur-de-lis between four pellets.

Legend—' + s' . nicol . . . . johane.'

Endorsed—'Carta Willelmi Terry.'

DCCCCXXVII.

GENERAL ACQUITTANCE BY JOHN DE BONEVILE, SON AND HEIR OF HENRY DE BONEVYLE, TO JOHN DE CANTELO, ABBOT OF MARGAM.

[Margam Charter.]

St. Peter in Cathedra. 22 Feb. 1325—[1326.]

Universis Christi fidelibus ad quorum noticiam presentes littere pervenerint . Johannes de Bonevile, filius et heres Henrici de Bonevyle . eternam in Domino salutem.

Noverit universitas vestra religiosos viros dominum Johannem de Cantelo dictum abbatem de Margan . et ejusdem loci conventum die confectionis presencium michi fideliter et plenarie persolvisse omnia arreragia que umquam michi debebant sive pro pane . sive pro cervisia . sive pro sale . sive pro farina . sive pro lardario meo . sive pro redditu meo . sive pro quibuscumque aliis rebus michi debitis a retroactis temporibus usque in confectionem presencium. De quibus omnibus fateor et recognosco michi plenarie esse satisfactum. Ita quod nec ego nec aliquis alius nomine meo vel nomine cujuscumque alterius aliquid a predictis abbate et conventu exigere poterimus ut predictum est. In cujus rei testimonium

sigillum meum bona et sana memoria mea gratis et spontanee presentibus duxi apponendum . Et quia sigillum meum pluribus est incognitum sigillum communitatis ville de KENEFEGGE apponi procuravi.

Datum apud KENEFEG' in festo beati PETRI in CATHEDRA . anno Domini M°. CCC°. vicesimo quinto.

Fragment of a rude oval seal, red wax, a fleur-de-lis.

'S . . . . G.'

This seal of the corporation of Kenfig is of a different type from that affixed to DCCCCXXIV.

William de Cantelo, or Cantelupe, bore a name very widely known throughout the Welsh Marches; but the actual connection of the family of Gower and Cantlupeston with the Barons Cantilupe and the canonized bishop of Hereford, has not been determined, although various circumstances, besides the peculiarity of the name and arms, render the connection more than probable.

Sir William Cantelupe of Cantleston or [illegible] Castle, in Merthyr Mawr, is reputed ancestor of William, Elias, and William, three generations allied by various ties with Dunstanville of Cornwall, Umfraville, Vaughan, Butler, De Londres, and De Braose of Glamorgan and Gower. Robert de Cantelow tested a Gower deed in 13[illegible] and a Margam Charter (75 A 13) in 1308. The Welsh pedigrees deduce the Lords Cantelupe of Abergavenny from this ancestry; but this is exceedingly improbable, and the reverse is more likely to be true. It seems certain that Cantleston, Newton, and Cornelhu, were conveyed in marriage by Joan, the Cantelupe heiress, to Horton, whose grand-daughter, Jenet, daughter of Jenkin Horton, married Richard, and was mother of the well-known Sir Mathew Cradock of New Place in Swansea. A fragment of the castle of the Cantelupes, of the date of Edward II., stands on the border of the sand hills in Merthyr Mawr, and still preserves the name of Cantleston.

DCCCCXXVIII.

GRANT BY JOHN GILBERT, OF LISTELBONT, OF LAND AT LISTELBONT, NEAR CARDIFF, TO JOHN LAZFUL.

[FRANCIS MS.]

TUESDAY AFTER NATIVITY OF THE VIRGIN. 20 EDW. II. 8 SEPT. 1326.

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES GILBERT de LISTELBONT dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi JOHANNI LAZFUL unam acram et medietatem unius acre et unam virgatam terre arabilis jacentem in feodo de LISTELBONT videlicet in longitudine inter terram quondam JOHANNIS DOBYN ex parte orientali et locum qui dicitur HIEN TOR ex parte occidentali et in

latitudine inter terram KENEWREK ap IEVAN ex parte australi et terram IORVARD de LISTELBOND' et RICARDI fratris sui ex parte boriali. Habendum et tenendum dictam acram et medietatem unius acre et unam virgatam terre predicte cum suis pertinenciis de capitalibus dominis feodi illius dicto JOHANNI LAZFUL et heredibus suis vel suis assignatis libere quiete integre bene et in pace et jure hereditario in perpetuum per servicia inde debita et consueta. Et ego predictus JOHANNES GILBERT et heredes mei dictam acram et medietatem unius acre et unam virgatam terre arabilis ut predictum est dicto JOHANNI LAZFUL et heredibus suis vel suis assignatis contra omnes gentes warantizabimus et in perpetuum defendemus. In cuius rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus . WILLELMO MAYLOC . KENEWREC ap IEVAN . ANDREA aurifabro . JOHANNE ODYN . JOHANNE DITOM . THOMA MORGAN . ITH' ap WYLYM . et multis aliis.

Datum apud KAERDIFF die Martis proxima post festum nativitatis beate MARIE Virginis anno regni Regis EDWARDI filii Regis EDWARDI vicesimo.

DCCCCXXIX.

A PATENT FOR THE ABBOT OF MARGAM CONCERNING THE MANOR OF KENTON, CO. DEVON.

5TH NOV. 20 EDW. II. 1326.

[CAL. ROT. PATENTIUM, 20 EDW. II., M. 6.]

Pro abbate de MORGAN de manerio de Kenton.

This patent was granted during Edward's stay at Neath, at the close of his reign and life. The next preceding entry, laying an embargo upon the ports, is dated 'apud Morgan 4° Novembris.'

See Birch, *History of Neath Abbey*, p. 126.

See also *Archaeologia Cambrensis*, *Fifth Series*, Vol. IV., p. 179.

DCCCCXXX.

OFFICIAL MEMORANDUM THAT THE CHANCERY ROLLS, TAKEN IN SWANSEY CASTLE, WERE CONVEYED BY SIR WILLIAM LA ZOUSCHE AND OTHER KNIGHTS TO THE BISHOP OF HEREFORD'S PALACE.

[Rot. Fin. 20 Edw. II., M. 4. Brit. Mus. Add. MS., 4579, f. 263.]

St. Cecilia's Day. 22 Nov. 20 Edw. II. 1326.

Memorandum factum de Rotulis Cancellarie in Wallia captis.

Memorandum quod die Sabbati in festo Sancte Cecilie virginis anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi vicesimo Willelmus la Zousche Johannes de Sancto Johanne et Edwardus de Sancto Johanne milites deportari fecerunt in cameram domine Isabelle Regine Anglie in palacio episcopi Herefordensis in quo eadem Regina tunc fuit hospitata quatuor baggos in quibus erant rotuli inquisitiones et alia memoranda de cancellaria dicti domini Regis per ipsos captos in castro de Swaneseye in Wallia consignatos sigillo ipsius Willelmi qui quidem baggi sic insignati liberati fuerunt magistro Henrico de Clif custodi rotulorum dicte cancellarie tunc ibidem presenti qui eos recepit et secum ad hospicium suum deportari fecit.

DCCCCXXXI.

GRANT IN TAIL BY JOHN VOYL TO SIR ROBERT DE PENRES, KNIGHT, AND ISOBEL, HIS WIFE, OF LAND BETWEEN THE RIVER BURRY AND BISHOPSTON, WITH REMAINDERS.

[Francis MS.] 24 April. 1327.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes Voyl dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino Roberto de Penres militi et Isobelle uxori ejus octo acras terre cum pertinentiis in excambium pro octo solidatis reddendis

annuatim in festis Pasche et Sancti MICHAELIS percipiendis de HENRICO filio PETRI WALTER et pro servicio et reversione tenementi dicti HENRICI apud LANHELEYN in feodo de LANDYMOR que post obitum ejusdem HENRICI dicto ROBERTO reverti deberent. Que quidem octo acre terre cum pertinentiis jacent inter rivulum aque de BURRY in parte boreali et communem de RYRYDYSDON in parte australi et terram PHILIPPI DAVY in parte occidentali et terram domini DAVID de LA BEER in parte orientali. Habendum et tenendum predicta tenementa cum pertinentiis dicto domino ROBERTO et ISOBELLE et heredibus suis de corporibus ipsorum exeuntibus. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent libere quiete bene et in pace jure hereditario inperpetuum. Et si contingat quod predicti ROBERTUS et ISOBELLA obierient sine heredibus de corporibus ipsorum procreatis tunc post decessum predictorum ROBERTI et ISOBELLE predicta tenementa cum pertinentiis integre remanebunt JOHANNI de PENRES filio predicti ROBERTI et BURGE quondam uxoris ejusdem ROBERTI et heredibus suis de corpore suo procreatis. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent. Et si contingat quod predictus JOHANNES obierit sine herede de corpore suo procreato tunc post decessum ipsius JOHANNIS predicta tenementa cum pertinentiis integre remanebunt RICARDO de PENRES fratri predicti ROBERTI et heredibus masculis de corpore suo procreatis. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent. Et si contingat quod predictus RICARDUS obierit sine herede masculo de corpore suo procreato tunc post decessum ipsius RICARDI predicta tenementa cum pertinenciis integre remanebunt JOHANNI de PENRES fratri predicti RICARDI et heredibus masculis de corpore suo procreatis. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent. Et si contingat quod predictus JOHANNES obierit sine herede de corpore suo procreato masculo tunc post decessum ipsius JOHANNIS predicta tenementa cum pertinentiis integre remanebunt ALICIE de LANGETON sorori predicti JOHANNIS et heredibus masculis de corpore suo

procreatis. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent. Et si contingat quod predicta ALICIA obierit sine herede masculo de corpore suo procreato tunc post decessum ipsius ALICIE predicta tenementa cum pertinentiis integre remanebunt ROBERTO filio et heredi WILLELMI de la MARE de LANGENYTH de KATARINA sorori (*sic*) predicte ALICIE procreato et heredibus masculis de corpore suo procreatis. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent. Et si contingat quod predictus ROBERTUS obierit sine herede masculo de corpore suo procreato tunc post decessum ipsius ROBERTI predicta tenementa cum pertinentiis integre remanebunt SIBILLE de PENRES sorori predicte ALICIE et heredibus masculis de corpore suo procreatis. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent. Et si contingat quod predicta SIBILLA obierit sine herede masculo de corpore suo procreato tunc post decessum ipsius SIBILLE predicta tenementa cum pertinentiis integre remanebunt rectis heredibus predicti ROBERTI de PENRES quiete de aliis heredibus predictorum JOHANNIS . RICARDI . JOHANNIS . ALICIE . ROBERTI . et SIBILLE. Tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illa tenementa pertinent inperpetuum. Et ego vero predictus JOHANNES et heredes mei omnia predicta tenementa cum pertinentiis prefatis ROBERTO et ISOBELLE et heredibus suis de corporibus ipsorum exeuntibus . JOHANNI . RICARDO . JOHANNI . ALICIE . ROBERTO . SIBILLE et rectis heredibus predicti domini ROBERTI in forma qua premittitur contra omnes mortales warantizabimus et defendemus inperpetuum. In cujus rei testimonium hanc presentem cartam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus . domino DAVID de LA BEER . JOHANNE de LA BEER . JOHANNE de LANGETON . ROBERTO de PENEBRYGG . ROBERTO MANXEL . et aliis.

Datum apud PENRES vicesimo quarto die Aprilis anno Domini millesimo ccc. vicesimo septimo.

Seal wanting.

DCCCCXXXII.

GRANT IN TAIL BY JOHN DE HORTON AND JOAN, HIS WIFE, TO SIR ROBERT DE PENRES AND ISABEL, HIS WIFE, OF LAND IN GOWER.

[FRANCIS MS. AND TOPOG. AND GENEAL. VOL. I., p. 536.]

18 MAY. 2 EDW. III. 1328.

Sciant presentes et futuri quod nos JOHANNES de HORTON et JOHANNA uxor mea dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus domino ROBERTO de PENRES militi et ISOBELLE uxori ejus quadraginta duas acras unam rodam et undecim perticas tam terre arabilis quam prati et vasti cum pertinentiis in subbosco mensuratas per virgam xx^{ti}IIIJ. pedum domini Regis et quelibet acra continebit in se novies viginti et duodecim perticas quam quidem terram nos habuimus ex dono et concessione domini WILLELMI de BREWES patris domine ALIUE de MOUMBRAY que quidem terra devenit in manu predicti domini de BREWES per excaetam pro quadraginta marcis nobis pre manibus persolutis de quibus terris et tenementis WILLELMUS ap JEVAN et GR[IFFIN] et JEVAN fratres ejus quondam tenuerunt unam rodam et triginta et novem perticas prati apud BOYNARHAUST . Et MADOCUS COYG quondam tenuit duas acras unam rodam et quinque perticas terre arabilis apud KAYRE . Et WILLELMUS VACHAN ap WELYM ap GR[IFFIN] quondam tenuit octo acras terre arabilis et duas acras tres rodas et sex perticas vasti ibidem . Et JEVAN ap HOUWEL ap GRONOU quondam tenuit duas acras dimidiam et triginta et octo perticas terre arabilis apud KYLWAZCRAUALTHAN . Et JEVAN ap IVOR quondam tenuit octo acras terre arabilis triginta et quatuor perticas vasti apud KLUYNGNAYHO et KYLTHAN . Et RES ap LEWELYM quondam tenuit decem acras et tres perticas terre arabilis et quinque acras et tres perticas prati apud RYAN et KYLTHYHYR . Et WILLELMUS ap RICHARD quondam tenuit duas acras tres rodas viginti et septem perticas terre arabilis apud KYLWONNEN et BRYNGUAS. Habenda et tenenda omnia predicta tenementa cum

pertinentiis dictis ROBERTO et ISOBELLE et heredibus de corporibus ipsorum ROBERTI et ISOBELLE exeuntibus de capitalibus domini GOUHERIE libere quiete bene et in pace jure hereditario in perpetuum. Reddendo annuatim dictis capitalibus dominis GOUHERIE duos denarios ad festum Sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis secularibus exactionibus et demandis.

(Remainders.) JOHANNI PENRES filio predicti ROBERTI et BURGE uxoris quondam ejusdem ROBERTI et heredibus suis de corpore suo procreatis, etc. RICARDO de PENRES fratri predicti domini ROBERTI et heredibus masculis de corpore suo procreatis. JOHANNI PENRES fratri predicti RICARDI et heredibus masculis de corpore suo procreatis. Domine ALICIE de LANGETON sorori dicti JOHANNIS et heredibus masculis de corpore suo procreatis. ROBERTO filio et heredi WILLELMI de la MARE de LANGENYTH de KATARINA sorore predicte ALICIE procreato et heredibus masculis de corpore suo procreatis. Rectis heredibus predicti domini ROBERTI de PENRES quiete de aliis heredibus predictorum JOHANNIS RICARDI JOHANNIS ALICIE et ROBERTI. Et nos, etc. Hiis testibus . JOHANNE de la BEERE . JOHANNE de LANGETON . ROBERTO de la MARE . RICARDO SCURLAGE . RICARDO MANXEL . WILLELMO de PENRES . HAMUNDO TURBULVYLE . JOHANNE ap WALTER VACHAN . JEVAN LOYD et aliis.

Datum apud PENRES octavo decimo die Maii anno regni Regis EDWARDI tertii post conquestum secundo.

Seal wanting.

DCCCCXXXIII.

GRANT BY REGINALD DE SOMERTONE AND LORETTA, HIS WIFE, TO JOHN LE HAYWARD AND JOAN, HIS WIFE, OF LAND AT LE BRODE-YATE, IN THE DEMESNE OF MERTHYR MAWR, ETC.

[FRANCIS MS.]

SUNDAY, EVE OF THE ASSUMPTION OF THE VIRGIN.
14 AUG. 2 EDW. III. 1328.

Sciant presentes et futuri quod nos REGINALDUS de SOMERTONE et LORETTA uxor mea dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus JOHANNI le HAYWARD et JOHANNE uxori ejus viginti acras terre arabilis apud le BRODE YATE et alibi in dominico de MARTHELMAUR et unam acram prati in QUINTEYNESMEDE. Habendum etc. . . . . . Reddendo etc. . . . . . unam rosam ad festum nativitatis Sancti JOHANNIS BAPTISTE pro omni seculari servicio et demando. Hiis testibus . WILLELMO TORBERVILE . JOHANNE le BOTILER . HENRICO le BOTILER . ROGERO de HODINET . ROBERTO le REYMER . JOHANNE BAUDEWIN . et multis aliis.

Datum apud MARTHELMAUR die Dominica in vigilia assumcionis beate MARIE, etc. Anno regni Regis EDWARDI tercij post conquestum secundo.

DCCCCXXXIV.

QUIT-CLAIM BY JOHN LE HAYWARD AND JOAN, HIS WIFE, DAUGHTER OF RICHARD SYWARD, SON AND HEIR OF DANIEL SYWARD, LORD OF MERTHYR-MAWR, TO REGINALD DE SOMERTON AND LORETTA, HIS WIFE, OF THEIR RIGHT TO ALL THE FEE OF MERTHYR-MAWR, FOR ONE HUNDRED MARKS.

[Francis MS.]

Sunday, Eve of the Assumption of the Virgin.
14 Aug. 2 Edw. III. 1328.

Noverint universi per presentes quod nos Johannes le Hayward et Johanna uxor mea filia Ricardi Syward filii et heredis domini Danielis Syward quondam domini de Marthelmaur concessimus dimisimus relaxavimus ac pro nobis et heredibus nostris imperpetuum quietumclamavimus Reginaldo de Somertone et Lorette uxori sue et eorum heredibus vel assignatis totum jus nostrum et clamium quod nobis accidit vel quocunque modo in aliquo tempore accidere poterit in omnibus terris et tenementis molendinis pratis cum omnibus tenentibus tam liberis quam nativis et omnibus eorum redditibus et serviciis una cum piscariis gardinis curtilagiis cotagiis viis semitis vastis et pasturis cum omnibus aliis suis pertinenciis ad feodum de Marthelmaur qualitercunque spectantibus. Habendum et tenendum omnia predicta tenementa et terras cum omnibus tenentibus tam liberis quam nativis et omnibus eorum redditibus et serviciis una cum piscariis gardinis curtilagiis cotagis viis semitis vastis pasturis et cum omnibus aliis pertinenciis ad feodum de Marthelmaur aliqualiter spectantibus predictis Reginaldo Lorette et eorum heredibus vel assignatis adeo libere integre et quiete sicut unquam Ricardus Syward pater meus filius et heres domini Danielis Syward melius plenius et liberius tenuit. Ita videlicet quod nec nos dicti Johannes et Johanna nec heredes nostri nec

assignati nostri nec aliquis alius per nos vel pro nobis nomine nostro seu instinctu nostro arte vel ingenio seu aliquo modo alio aliquid juris vel clamei in omnibus et singulis predictis et eorum pertinenciis ut predictum est vendicare exigere seu clamare poterimus nec debemus imperpetuum. Et ab omni actione calumpnia et demanda protestemur nos per presentes fore exclusos in futurum. Nos vero dicti Johannes et Johanna omnia terras et tenementa cum omnibus suis pertinenciis ut predictum est predictis Reginaldo et Lorette uxori sue et heredibus eorum vel assignatis contra omnes homines et feminas warantizabimus acquietabimus et defendemus imperpetuum. Pro hac autem nostra concessione dimissione relacsacione et quietaclamatione dederunt nobis predicti Reginaldus et Loretta centum marcas sterlingorum pre manibus. In cujus rei testimonium presenti quieteclamacioni sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . domino de Umfravile . domino Edwardo de Stradeling . domino Philippo le Flemmyng . militibus . Gilberto Torbervile . Johanne le Flemmyng de Sancto Georgio . Johanne le Norreis . Johanne Deneis . Johanne de Cauntelowe . Johanne le Botiler . Petro Baudewin . Johanne Lovel . Roberto le Regni . Johanne Baudewin . et aliis.

Datum apud Marthelmaur die Dominica in vigilia assumcionis beate Marie anno regni Regis Edwardi tercij post conquestum secundo.

Seal wanting..

Endorsed—'Cencessio Johannis le Hayward de manerio de Marthelmaur factu Reginaldo Somerton. Anno 2 Ed. tertij.'

DCCCCXXXV.

RECITATION AND CONFIRMATION BY CRADOK AP KETHERICK OF A GRANT BY OWEN, RES, AND CRADOC AB ALAYTHOUR, TO MARGAM ABBEY.

[BRIT. MUS. HARL. CHARTER, 75 C. 25.]

ST. BARTHOLOMEW'S DAY. 24 AUG. 1328.

Omnibus Sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris CRADOK ap KETHEREK eternam in Domino salutem. Noveritis me die confeccionis presencium consilio et assensu amicorum meorum pro salute anime mee et pro salute antecessorum et successorum meorum concessisse dedisse et hoc presenti scripto meo confirmasse Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem servientibus Deo in puram et perpetuam elemosinam omnes donaciones confirmaciones et convenciones quas eisdem monachis fecerunt . OWENUS . RESUS . et CRADOCUS filii ALAYTHOUR prout scriptum illorum testatur tenore qui sequitur verborum :—

'Omnibus CHRISTI fidelibus hoc presens scriptum visuris vel audituris OWENUS . RESUS . et CRADOKUS filii ALAYTHOUR salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod hec est concordia finalis facta anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto inter nos et monachos de MARGAN videlicet quod nos consensu et consilio amicorum nostrorum pro maximis et enormibus dampnis que dictis monachis intulimus utpote in blado feno pratis pasturis piscariis nemoribus grangiis bercariis et averiis multis rebus eciam aliis quamplurimis quas hic dicere pretermittimus quorum dampnorum summa ad trecentas viginti quatuor libras a viris prudentibus computabatur . Dedimus et concessimus domui beate MARIE et monachis ibidem Deo servientibus ut habeant in bosco nostro omnia necessaria sine gabulo et eo pro voluntate sua utantur ut proprio bosco pro nobis et heredibus nostris sine impedimento inperpetuum pro magna destructione quam fecimus nos et homines nostri in nemoribus dictorum monachorum. Preterea in recompen-

sacione dictorum dampnorum pacabimus infra terminum dictis monachis sexaginta marcas. In primo anno videlicet ad festum Sancti JACOBI apostoli decem marcas et ad festum omnium Sanctorum sequens decem marcas simili modo secundo et tercio anno. Si vero de nobis humanitus infra dictum tempus contigerit heredes et amici nostri dictam pecuniam dictis terris monachis predictis fideliter pacabunt. Insuper autem nos et heredes nostri singulis annis ad festum Sancti ANDREE apostoli viginti solidos dictis terris monachis nomine redditus solvemus in perpetuum. Necnon et predictum redditum quem pro prioribus dampnis supradictis monachis a nobis illatis ad festum Sancti MICHAELIS reddere consuevimus reddemus prout carte nostre quas eisdem monachis fecimus testantur et hoc similiter sub pena unius marce nisi dicti redditus a nobis et heredibus nostris infra quindecem dies a dictis terris inperpetuum fuerint persoluti. Juravimus insuper super sacrosancta ecclesie de MARGAN quod nunquam nos nec homines nostri nec aliquis per nos intrabimus cum animalibus scilicet equiciis bobus capris porcis seu bidentibus ad pascendas terras dictorum monachorum ullo tempore anni sine speciali licencia abbatis vel prioris nec in domibus eorum manebimus nec in aqua de NETHE infra divisas dictorum monachorum piscabimur scilicet ABERCLEUDAUCH et ABERWRACH nec alios idem facere pro viribus nostris permittemus. Et ut hec omnia predicta a nobis et heredibus nostris fideliter et sine dolo teneantur in posterum voluimus quod si contra hanc cartam nostram nos seu heredes nostri venire presumpserimus aliquando quod absit ut statim excommunicationi subjaceamus et tota terra nostra interdicto ponatur sine dilacione . Ita plane ut cessantibus divinis careamus nos et homines nostri fidelium sepulturam donec plenarie dictis monachis satisfecerimus. Et ad majorem securitatem omnium supradictorum dictis monachis hos plegios inveniemus videlicet LEYSANUM filium MORGANI CHAM dominum nostrum et heredes ejusdem . Cujus consilio concessione et voluntate hanc concordiam fecimus nisi eciam ea que predicta sunt firmiter a nobis et heredibus nostris fuerint custodita concedimus ut ballivi domini Comitis et maxime ballivi castrorum de NETHE et de LANGUNETH ad hec omnia in-


violabiliter conservanda nos compellant. Super hiis eciam omnibus ut hec nostra finalis concordia firmitatis robur optineat in posterum . Dominus WILLELMUS de BURGO LANDAVENSIS episcopus et capitulum loci ejusdem et dominus RICARDUS Comes GLOUCESTRIE et LEYSANUS filius MORGANI CHAM una cum sigillis nostris sigilla sua huic scripto apposuerunt. Hiis testibus . STEPHANO BAUZAYN tunc vicecomite de GLAM' . WALTERO de SULLYA . GILBERTO de HUNFRANVILE . JOHANNE de REIGNY . NICHOLAS de LISWRENY tunc decano de GROUNETH . WALTERO LOVEL . RICARDO clerico de KEN' . RESO clerico de LANGUNETH . JERUARDO ap ESPUS . WRONOU ap CRADOK . LEWELINO ap GRIFFITH . CRADOKO ap MADOK . GNAYTHO GOCH . WRONOU GOCH . PHILLIPO filio MORGAN . KETHEREK ap REALTHAN PREN . et multis aliis.'

Has autem omnes donaciones confirmaciones concessiones et convenciones prefatas tenore presencium pro me et heredibus meis sive assignatis iisdem monachis dedi concessi et confirmavi inperpetuum. Ita plane quod predicti monachi habeant omnia necessaria in omnibus nemoribus meis tam de adquisitis quam de jure hereditario habitis tam supra GREGAN quam subtus sine cujuscunque impedimento inperpetuum. Preterea dedi concessi et hoc presenti scripto meo confirmavi predictis monachis pro me et heredibus meis sive assignatis inperpetuum quod habeant liberum ingressum et egressum super terram meam undique cum animalibus suis et hominibus pro necessariis suis querendis in prefatis nemoribus ita quod nec ego nec aliquis nomine meo vel heredum meorum aut assignatorum valeat predictos monachos in tota terra mea super cariagiis suis de cetero faciendis inpedire vexare seu perturbare quovismodo. Quare volo et concedo quod prefati monachi habeant et teneant omnia supradicta bene et in pace libere et quiete integre plenarie et pacifice sine aliquo impedimento vel obstaculo inperpetuum. In cujus rei testimonium sigillum meum huic presenti scripto duxi apponendum.

Datum apud AVENE in festo beati BARTHOLOMEI apostoli anno Domini millesimo ccc$^{mo.}$ vicesimo octavo. Hiis testibus . JOHANNE de AVENE domino de


Avene et de Kylvey et de Sully . Johanne Lovel tunc senescallo domine de Avene . Madoco Vaghan . Morgano ap Rees . Oweno ap Madok' . Griffith Gethyn fratre meo . et multis aliis.

Alaythur, Alayth. Alaythour, in various forms was a not uncommon Welsh surname, especially among the smaller landowners between Avan, Aberavan and Margam, where they were donors of land to Margam, and frequent witnesses of the grants of other Welshmen, between 1198 and 1213. Among them occur—



Who are quoted as giving or confirming gifts of land in the Marsh of Avan, where is mentioned Pratum Alaytho.

Also there occurs, probably in the same neighbourhood—



The name seems to have fallen into disuse, and like many others of the same period is now never met with. See CCXCIX., CCCXXXVI., CCCCLXXXIV.

DCCCCXXXVI.

LICENCE GRANTED BY THE COUNTY COURT AT CARDIFF TO ROGER DE BERKEROLES.

[Francis MS.]

Monday before Exaltation of Holy Cross.

14 Sept. 2 Edw. III. 1328.

[Curia] comitatus Glamorganie tenta apud Kaerdif die Lune proximo ante festum exaltacionis Sancte crucis anno regni Regis Edwardi tercii a conquestu secundo.

Rogerus de Berkeroles dat domino xx. solidos pro licencia concordandi cum Wladouse filia Ricardi Syward junioris de tenemento in Marthelmaur plegium Meuric Kemmeys.

Endorsed—'Licencia Rogeri Berkeroles concordandi.'

DCCCCXXXVII.

QUIT-CLAIM BY DAVID AP WELYM TO SIR ROBERT DE PENRES, KNT., OF LAND AT REUROZ OR REWROGH IN LANDYMORE FEE.

[Margam Charter.]

16 Sept. 2 Edw. III. 1328.

Pateat universis per presentes quod ego David ap Welym remisi et relaxavi et omnino pro me et heredibus meis et assignatis inperpetuum quietum clamavi domino Roberto de Penres militi heredibus suis et assignatis totum jus et clamium quod habeo, habui vel ratione alicujus juris habere potui vel potero in omnibus terris et tenementis cum pertinenciis apud Reuroz in feodo de Landymor que quondam fuerunt Willelmi ap Houwel patris mei, que tenementa idem dominus Robertus habuit ex concessione Houweli ap Welym fratris mei. Ita quod nec ego David nec heredes mei nec aliquis per nos pro nobis seu nomine nostro in predictis terris et tenementis cum pertinentiis aliquid juris vel clamii decetero exigere poterimus seu vendicare set per presens scriptum ab omnimoda actione inperpetuum simus exclusi. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus apposui. Hiis testibus . Johanne de la Mare de Langenith' . Ricardo Scurlage . Ricardo Manxel . Willelmo de Penres . Johanne Roufe de Langenyth' . Thomas Istrid de Langenyth' . et aliis.

Datum apud Penres sextodecimo die Septembris anno regni Regis Edwardi tertii post conquestum secundo.

Seal wanting.

Endorsed—'Rewrogh'.'

DCCCCXXXVIII.

EXTENT OF LANDEFEY.

[Francis MS.] 1328–1329.

Extenta de Landefey . . . . anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum secundo per sacramentum Thome Sy . . . . Hughes . Ricardi Whelar . Rogeri Jevan . Henrici Maci . Henrici filii Thome nativorum q . . . . Landefey duas carucatas terre et servicium xvi. denariorum ad wardam castri de Ogemore due cri . . . . domini in exercitu cum acciderit nisi possent . . . . die r . . . meare[?]

Item dicunt quod tene . . . . Cautise et de domino de Ogemor per servicium x. denariorum ad wardam die Crucis adorate et per sectam ad curiam de . . . .

Item dicunt quod sunt . . . . [Lan]defey i. grangia i. boveria i. bercaria et i. bertona que valent per annum ultra reprisam xii. denario . . . .

Terra Arabilis. Item dicunt quod in campo boriali sunt xxvi. acre i. roda unde de xii. acris valet acra per annum iiii. denarios et de xiiii. acris i. roda valet acra per annum iii. denarios. In Putforlong sunt xv. acre et apud . . . . . Oli . . . re i. acra dimidia valet acra per annum vi. denarios. In Moilleslonde in majori pecia sunt v. acre et valet acra per annum iiii. denarios. In alia pe . . . . in Siwardislonde sunt vii. acre unde de ii. acris valet acra iii. denarios et de v. acris valet acra ii. denarios . . . . . . Ukesacr valet . . . . annum i. denarium.

Item apud Edmarswille sunt ii. acre et valet acra per annum i. denarium. In cultura . . . . valet acra per . . . . i. denarium. In cultura que vocatur Splotforlong sunt xvii. acre et valet acra per annum iii. . . . . et valet acra per . . . . ii. denarios. In Arnaldislonde sunt vii. acre et valet

acra per annum II. denarios. In BRUGGES . . . . et valet acra per annum I. denarium.

Summa . . . . roda . . . . . .

Summa . . . . . . xxix. solidi . . . . . . denarii et quadrans.

PRATUM. Item dicunt quod in SOUTHMEDOWE sunt III. acre I. roda prati et valet acra per annum II. solidos. I[tem i]n LA[NG]EMEDE sunt III. acre III. rode et valet acra II. solidos. Item apud PORTWEY est I. acra I. roda et valet acra . . . .

[Item apud] HOLE MORE sun . . . . valet acra per annum II. solidos. In RIREDISMOR [?] I. acra et valet per annum II. solidos . . . .

Summa . . . . XV. . . . . . rode.

Summa [denariorum] XXXV. solidi VI. denarii.

PASTURA. Item dicunt quod in SOMERLES . . . . II. acre III. ro . . . . valet acra per annum VIII. denarios.

Item . . . . V. denarios. In SOUTHERMORE sunt III. acre et valet acra . . . . PORTH . . . . sunt V. acre dimidia et valet acra per annum V. denarios.

Item apud GRI. . . . . sunt II. acre et valet acra per annum . . . .

Summa . . . . IX. . . . . . .

Summa . . . .

TENENTES. THOMAS SIGYR tenet X. . . . . semel ad frumentum cum I. carruc . . . . Et debet invenire I. peditem . . . . Et . . . . . . ctam curie et heriettum . . . .

[Cetera desunt.]

Landefey may probably be Lanfey, also in the fee of Ogmore, and Sigyr may be Sigyn. Sigyr does not occur elsewhere.

The manor of Ogmore, here described in great detail, which, as usual, is rendered of little use by the disuse or disappearance of most of the local names, is composed of two distinct portions, and besides are several sub-manors included or detached.

The principal portion, which contains the Castle of Ogmore and the Court-house at which the business of the Manor was transacted, and the Courts Leet and Baron were held, commences at the mouth

of the Ogwr river, from which the Manor takes its name, whence the boundary ascends in mid-stream to where the river receives the Ewenni on its left bank, and up which it is thence continued to Waterton, where it passes off by Brocastle to the Golden Mile, crossing which, it passes southwards over the Alun, or the Colwinston brook, to Picket, Monkton, and Broughton, and so by Clawdd-y-Mynach to the sea, whence the coastline is the boundary to the mouth of the Ogwr. Within these limits are included the parishes of St. Brides Major, Ewenny, the hamlet and Manor of Lampha, and a detached hamlet of St. Brides, and the parish of Wick.

The other portion of the Manor lies detached to the North. Commencing at Abergarw, where the Ogwr and Garw join, it follows the former to its junction with the Ogwr Fach, along the latter eastwards to Melin Cruglas, then northwards along the same river by Carn Fawr and Bwlch-y-Clawydd to Crag-yr-Afon, near which it crosses the Afon brook, and keeps the mountain ridge to Bwlch Gara; thence descending southwards by Moel Gwilim Hywell, it takes the course of the Llynfi, and rejoins the Garw at Abergarw, including the Hamlet of Ynysawdre.

Nash, Ewenny, and Colwinston are Manors formerly held of Ogmore, but taken by the Crown at the Dissolution, and now held "in capite de Corona;" the two latter still pay suit of Court to Ogmore, and enjoy the privileges of its tenants.

The Commons are Old Castle Down, Ogmore Down, Kymmey, two splitts of common attached to Old Castle; in Llangeinor, Graig Fawr, Craignant, Clydwern, Glyn Goch, Talevan, Bryn-y-Wrach, Kymmey Fach, Tyla Gwyn, Mynydd Llangeinor; and Bryn Meinin in Ynysawdre

In Ogmore Manor, customary lands descend to the youngest son or youngest daughter. Husbands surviving do not inherit, even for life, from their wives, even when there is issue.

Certain tenants pay heriot of beast or five shillings.

DCCCCXXXIX.

INQUISITION (AS COMMANDED BY SIR WILLIAM LA ZOUCHE, LORD OF GLAMORGAN AND MORGANNOK, AND HIS CONSORT, ALIANORA LA DESPENCER) IN RESPONSE TO A RECITED PETITION OF THE ABBOT AND CONVENT OF MARGAM, AGAINST WRONGS DONE BY GILBERT DE CLARE, LATE EARL OF GLOUCESTER.

[Margam Charter.]

Monday before St. Valentine. 13 Feb. 3 Edw. III. 1329.

Inquisitio capta apud Kaerdif . in pleno comitatu Glamorgancie tenta ibidem die Lune proximo ante festum Sancti Valentini . anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum tercio . coram domino Nicholao de Clare tunc vicecomite ejusdem comitatus per mandatum domini Willelmi la Zouche domini Glamor-

GANCIE et MORGANNOK et domine ALIANORE la DESPENSER consortis sue eidem vicecomiti directum . quod quidem mandatum sequitur in hec verba :—

'WILLIAM la ZOUCHE seignur de GLAMORGAN et de MORGANNOK et ALIANORE la DESPENCER sa compaigne a notre foial et loial monsieur NICHOL de CLARE nostre visconte salutz et bon amur. Nous vous enuoioms enclose deintz cestes la peticion noz chers en Dieu abbe et couent de MORGAN . quele facez regarder . et apeles deuant vous as certein jour et lieux qeux a ceo assigneretz bones gentz et loiaux . par qeux la verite purra meltz estre sueue . diligeamment facez enqere et aprendre par priues aprises touz les pointz contenutz en la dite peticion . ensemblement od les circumstances. Et ceo qe vous en aueretz troue nous facetz distinctement et apertement a sauoir de soutz votre seal et les seaux de ceaux par queux cestes choses serront ensi enquises, ensi qe sur ce par auis de notre consail nous en puissoms faire ce qe nous deueroms par reson. Et ceo ne lesseiz. Escript a KERDIF' le IX. jour de FFEUERIR.'

Super quadam peticione abbatis et conventus de MORGAN infra dictum mandatum inclusa que sequitur in hec verba :—

'A lour treshonorable seignur sire WILLIAM la ZOUCHE seignur de GLAMORGAN et de MORGANNOK et a lour treshonorable dame dame ALIANORE sa compaigne priount ses chapellains l'abbe et couent de MORGAN qe pour Dieu et lur almes et les almes lour ancestres voillent auer regard a les grantz duresses et outrages volontes qe le conte GILBERT pere lour dite dame lor fist par conseil et abett de mauois bailiffs et ministres. C'est asauer les osta de totes les terres en les mountaines qil auoient du don le conte WILLIAM en pur et perpetuel aumoigne par cestes divises et bondes . com de plus bas cil de montaines tantqe al plus halt cil des montaines a la sourse de KENEFEG' et de la sourse de KENEFEG tanqe a la sourse de FFRODOIL, et de la sourse de FFRODOIL en trauuers par les montains tantqe en le GEO KEWELTHI en AUENE et de ceo sicom lewe de AUENE descent a la mer, com plus plainement est contenutz en la chartre le dit conte WILLIAM et conferme par le Roi JOHAN et le Roi

Henri et par un Gilbert iadis conte de Gloucestre ancestre lour auant dite dame. Emsementes les osta de totes les terres qil auoient du don un Morgan le filz Cradok . iadis seignur de Avene . come de tote la terre de Rossoulyn oue les aportinances . en bois plains preets pastures ewes e en totes autres aisemens par cestes diuises et boundes . cest asauer quantqe est contenutz entre lewe qest dit Wrach' et lewe qest apele Cleudachcumkake et totes les altres commoditesz del ewe de Neth entre les deux ewes de Wrach et de Cleudachcumkake oue commune pasture en totes ces terres montains entre Auene et Neth com plus plainement est contenutz en la chartre le dit Morgan . et conferme par les auantditz Roi Johan . et Gilbert iadis conte de Gloucestre. Par qeles duresses et outrages volontes le seruitz Dieu si est destreu puisz en sa en la dite maison de Morgan . de x. moignes Dieu seruantz . qi auant furrent qe unqe puis ne poient resortir a tele numbre sustainer a grant peril de almes de eaux qi le firrount, meinteignent et suffrent, de qeles dites duresses et volontes prient voz chapellains auantditz grace et remedie qe gramdre almoigne serroit tels grantz torsz et duresses redresser et laumoigne ensi tolet restorer et le seruitz Dieu de tant des moignes enbessetz releuer, qe une nouele maison de tant de nombre de nouele founder.'

Virtute cujus mandati et peticionis suprascriptorum xxiiij. fuerunt jurati, videlicet dominus Henricus de Houmframville . dominus Edwardus Stradling' . dominus Philippus Flemyg' milites . Johannes Flemyg' de Sancto Georgio . Johannes de Auene . Lewelinus ap Kenewrek . Reginaldus de Somerton' . Thomas de Merlawe . Ricardus Payn . Willelmus de Sainte Mariechurch' . Alexander le Prior . Johannes Baudewyne . Willelmus Mailloc . Philippus Goul . Philippus Stiward . Henricus Colyn . Thomas Symon . Johannes Jeol senior . Johannes Odyn de Kerdif' . Ricardus Elis . Rogerus Grant . Wilim Vaghan ap Phelip . Madoc ap Wilim . Rees Vaghan ap Rees ap Howel. Qui dicunt per sacramentum suum quod prede-

cessores dictorum abbatis et conventus seissiti fuerunt de omnibus terris et tenementis per diuisas et bondas in eorum peticione contentas de dono et concessione domini WILLELMI quondam comitis GLOUCESTRIE et MORGAN ap CRADOK quondam domini de AUENE in puram, liberam et perpetuam elemosinam a confectione cartarum dictorum domini WILLELMI comitis et MORGANI ap CRADOK, que quidem carte una cum confirmacionibus dominorum JOHANNIS et HENRICI quondam Regum ANGLIE et domini GILBERTI quondam comitis GLOUCESTRIE in pleno comitatu predicto ostense fuerunt . quousque dominus GILBERTUS de CLARE quondam comes GLOUCESTRIE pater dicte domine ALIANORE . ipsos de dictis terris et tenementis per procurationem et abettum STEPHANI de CAPENORA et aliorum ministrorum dicti comitis injuste et sine judicio voluntarie ejecit. Et quesitum fuit per predictum vicecomitem qua de causa dictus comes ipsos ejecit, qui dicunt, eo quod affectavit dictas terras et tenementa afforestare. Et ulterius quesitum fuit si dictus abbas et conventus aliquid habuerunt in allocacione dictarum terrarum, qui dicunt quod dictus GILBERTUS pater dicte domine ALIANORE ipsos de dictis terris et aliis ejecit, videlicet de grangia que vocatur TERRIESGRANGE, quam habuerunt de dono domini ROBERTI quondam comitis GLOUCESTRIE et MABILLE uxoris sue, de grangia in MORA juxta KERDIF, quam habuerunt de dono domini HENRICI quondam LANDAVENSIS episcopi reddendo inde per annum episcopo LANDAVENSI IIIJ. solidos, et de communa pasture quam cum aliis liberis illius patrie habuerunt in KEUENCRIBUR. Et idem dominus GILBERTUS postquam hec fecisset liberavit dictis abbati et conventui predictas terras subscriptas, videlicet TERRIESGRANGE et MOREGRANGE et pasturam de KEUENCRIBUR tenendas in seperali, et tradidit eisdem abbati et conventui molendinum de KENEFEG . reddendo sibi et heredibus suis octo marcas per annum pro dicto molendino. Et sic omnes terras in eorum peticione contentas penes se retinuit. Et quesitum fuit ulterius si quod factum vel composicio de eisdem terris inter dictum dominum comitem abbatem et conventum facta fuerint, qui dicunt quod quedam composicio facta fuit, set omnino contra voluntatem

abbatis et sine assensu sui conventus. In cujus rei testimonium predioti jurati huic inquisitioni sub sigillo vicecomitis incluse sigilla sua apposuerunt.

Several small seals of the twenty-four jurors remain, in green wax. Among them that of JOHN JOEL: a shield of arms: a saltire lozengy. '+ S' IOHANNI[S . . .] VOL.'; that of JOHN ODYN, a tun or barrel. '. . . OHANNIS . OD . . .'; a love-seal of two busts facing, with a bird on a tree between them. '+ LOVE . ME . ANDE . I . THE .'; a *fede* of two hands clasped. '+ LEL AMI AVET'; of ROGER GRANT, a shield of arms, a saltire between four uncertain charges. '. . . . . . RI . GR . . . . .'; three shields conjoined in triangle at their bases: 1, vairé; 2, barry of six over all a bend; 3, a bend and label of three points, etc.

Endorsed in a late hand—'Restitucon of dyvers wrongs and of the comon on Keuencribor.'

DCCCCXL.

GRANT BY WILLIAM LA ZOUCHE, LORD OF GLAMORGAN AND MORGAN, AND ALIANORA, HIS WIFE, OF VARIOUS MOUNTAIN LANDS AND ROSSOULYN, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

18 FEB. 3 EDW. III. 1329.

Omnibus CHRISTI fidelibus ad quos presentes littere pervenerint . WILLELMUS la ZOUSCHE dominus GLAMORGANCIE et MORGANCIE et ALIANORA uxor ejus salutem in Domino sempiternam.

Noveritis nos pro animabus antecessorum et successorum nostrorum concessisse Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et m. i. D. s. totam terram in montanis per has divisas . Scilicet ab inferiore oilio moncium . usque et superius cilium moncium . ad sursam de KENEFEG . et a sursa de KENEFEG . usque ad sursam de FRODOILLE . et a sursa de FRODOILLE in transverso per montes . usque in vadum

KEVELTHI in AVENAM . et inde sicut aque descendunt usque ad mare . in bosco et plano . in moris et pasturis . una cum tota terra de ROSSOULYN . cum omnibus pertinenciis suis in bosco [et] plano in pratis et pasturis . in aquis et in omnibus aliis aisiamentis suis per has divisas . Scilicet quicquid continetur inter aquam que dicitur WRACH' et aquam que dicitur CLEUDACHCOMKAKE et omnes commoditates aque de NETH' inter illas duas aquas scilicet WRACH' et CLEUDACHCOMKAKE. De quibus omnibus predictis . comes GILBERTUS pater predicte ALIANORE voluntarie absque jure et racione predictos monachos ejecit prout compertum est per sacramentum proborum et legalium hominum in pleno comitatu GLAMORGANCIE. Habendum et tenendum omnes terras predictas in bosco et plano, in moris, aquis, pratis et pasturis cum omnibus pertinenciis suis . predictis monachis in liberam puram et perpetuam elemosinam prout carte domini WILLELMI quondam comitis GLOUCESTRIE et MORGANI filii CRADOCI quas inde habent plenius testantur. Et tenendum omnia supradicta de comitatu GLAMORGANCIE. Quorum vero donaciones et confirmaciones nos predicti WILLELMUS et ALIANORA uxor nostra per has litteras nostras eisdem monachis duximus confirmandas. Ita videlicet quod nec nos prefati WILLELMUS et ALIANORA uxor nostra aut heredes nostri vel assignati in dictis terris, boscis, planis, moris, aquis, pratis et pasturis, cum suis pertinenciis aliquid juris vel clamii poterimus de cetero vendicare quovismodo. In cujus testimonium sigillum nostrum de cancellaria nostra de KARDIF' presentibus duximus apponendum.

Datum apud HANLEYE octavodecimo die Februarii anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum tercio. Hiis testibus . Domino THOMA de ASTELEYE . Domino HENRICO de BURMENGHAM . Domino NICHOLAO de CLARE tunc vicecomite GLAMORGANCIE . Domino HOWELO ap HOWEL . Domino HENRICO de UMFRAMVILLE . Domino EDWARDO de STRADELENG' . Domino PHILIPPO le FLEMENG' militibus . JOHANNE le FLEMENG' de Sancto GEORGIO . JOHANNE de AVENE . MADOKO VAGHAN de TYRIALTH . JEVAN ap MORGAN . CRADOKO ap ENER . et multis aliis.

A very fine and fairly perfect seal, dark green wax, upon a plaited cord. Diameter, 3 inches.

Obverse—Knight on horseback riding to the proper left, pointed helmet, uplifted sword; shield, surcoat, and horse facings being the arms of ZOUCHE, a crest of feathers upon his own and his horse's head.

Legend—' + S' . WILL'I . LA . ZOUCHE . DOMINI . DE . GLAMORGAN.'

Reverse—A female figure [Alianora], standing within a 6-foil in Gothic tracery. She suspends in her right hand a shield of three lions, for ENGLAND, in her left a shield of three chevrons, for CLARE. Both grounds diapred.

Legend—' + SIGILL' . WILLELMI . LA . ZOUCHE . DOMINI . DE . GLAMORGAN.'

See illustration of this seal in Birch, *History of Margam Abbey*.

Endorsed—' A gyffe of William la Suche of dyvers landes and tenementes in Margan and Resolven. Anno 3 Edw. III.'

Another copy of the same deed has the seal, but imperfect and indistinct.

Endorsed—' A relesse of all the landes betwyxt Kenffige and Ffrydell', and Resolven.' 'Tenenda de comitatu Glamorgan.' 'William la Zousche.'

Another copy of the same deed, in a smaller handwriting, has two smaller seals of arms appended by finely plaited silken cords.

1. $1\frac{1}{4}$-in. diam. A shield of arms: ten bezants, for ZOUCHE, between two, probably originally three shields, lozenge-shaped, of CLARE, for his wife Alianor de Clare. Within a finely-carved Gothic trefoil.

'S[IGI]IL[UM . W]ILLE[LMI . . . . . .] LA . ZOUCHE.'

2. $1\frac{1}{4}$-in. diam. A shield of arms, per pale, CLARE and ZOUCHE dimidiated. Within a very elaborate rosette of tracery, having three countersunk circular panels, *en triangle* bearing lozenge-shaped shields of arms. 1. England, for Joane of Acre, daughter of Edward I., mother of Alianora de Clare. 2. Wanting. 3. Despencer, for Hugh le Despencer, first husband of Alianora.

'SIGILL . . . .'

DCCCCXLI.

GRANT BY ALICIA TERRI, WIDOW OF RICHARD DE EWYAS, BURGESS OF KENEFEG, OF LAND IN KENEFEG, TO JOHN TUDER.

[MARGAM CHARTER.] 5 MAY. 1329.

Sciant presentes et futuri quod ego ALICIA TERRI quondam uxor RICARDI de EWYAS burgensis de KENEFEG . in mea legittima viduitate . dedi . concessi . et hac presenti carta mea confirmavi JOHANNI TUDER burgensi ibidem . duas acras terre juxta FLOKESLADE inter villam de KENEFEG et australem CORNELI . que simul jacent in longitudine inter terram quam tunc tenuit PHILIPPUS STIWARD in parte occidentali et quandam viam que ducit inter KENEFEG et australem CORNELY in parte orientali . et in latitudine inter terram dominicalem domini de KENEFEG . in parte boriali et etiam australi. Habendum et tenendum predictas duas acras terre ut melius et plenius jacent per antiquas metas et bondas suas integras cum omnibus pertinenciis suis . de capitali domino loci . predicto JOHANNI TUDER heredibus sive assignatis suis . pro me et heredibus meis sive assignatis . libere . quiete . bene . integre et in pace jure hereditario in perpetuum . absque aliqua contradictione . mei vel alicujus alterius nomine meo per me vel pro me imposterum reddendo annuatim michi et heredibus meis sive assignatis . unum obolum cursalis monete ad festum Sancti MICHAELIS . pro omnibus serviciis et secularibus demandis que de terra exeunt seu exigi poterunt. Pro hac autem mea donacione . concessione . et presentis carte mee confirmacione . dedit michi predictus JOHANNES . sex marcas argenti pre manibus. Et ego vero predicta ALICIA TERRI et heredes mei sive assignati . predictas duas acras terre cum omnibus pertinenciis suis . ut melius et plenius predictum est . dicto JOHANNI TUDER et heredibus suis sive assignatis contra omnes homines et feminas warantizabimus . acquietabimus . et defendemus inperpetuum . et ut hec mea donacio . concessio . et presentis carte mee confirmacio rata . stabilis . et

inconcussa permaneat inperpetuum . hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . domino NICHOLAO de SCHERLAKE tunc vicario de KENEFEG . PHILIPPO STIWARD . THOMA KOCZ . THOMA BOUNCE . HENRICO VOTE . burgensibus ibidem . et multis aliis.

Datum et confectum apud KENEFEG . quinto die Maii . anno Domini M°. CCC°. vicesimo nono.

Seal wanting.

Kenefeg, so frequently mentioned in the Abbey Charters, is Kenfig in Pyle, the parish next south of Margam, and which reaches to the sea-shore. Much of it has long been covered up with drift sand, but under the Normans the village became a borough town, and, though disfranchised, still retains its ancient Charters. A slender fragment of its castle rises through the sand, and it is celebrated for its pool. It was till recently a contributory parliamentary borough to Swansea, but this was solely in compliment to its former prosperity.

The Kenfig brook, often referred to as a boundary of the Abbey franchise eastwards, was probably the ancient boundary of the contiguous parish of Newton or Newton Nottage. The course of the brook may have been somewhat altered by the drift, but it still exists, and, percolating through the sands, has a channel to join the sea.

Cornelli is one of the very few hamlets named in the Charters which still retains its name.

DCCCCXLII.

QUIT-CLAIM BY JOHN D'AVENE, LORD OF AVEN, KILVAE, AND SULLY, OF THE FISHERY IN NETH WATER TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] 13 MAY. 1330.

Omnibus CHRISTI fidelibus presens scriptum v. v. a. JOHANNES DAVENE dominus DAVENE de KILVEI et de SULLY eternam in Domino salutem.

Noverit universitas vestra quod ego consilio et consensu amicorum et parentum meorum concessi confirmavi et quietum clamavi pro me et heredibus meis et assignatis Deo et ecclesie B. M. de MARGAN e. m. i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam totam piscariam aque de NETH' cujus medietatem ab eisdem extorseram ante confeccionem presencium per quandam violenciam contra cartas antecessorum meorum quas inde habent infra has divisas . videlicet inter aquam

que dicitur WRACH' et aquam que dicitur CLEUDACHCOMKAKE . et inter aquam de NETH' et magnam viam que vadit per montana de THOREBETHEL usque in BLAINWRACH'. Ita videlicet quod nullas commoditates dicte aque de NETH' infra predictas divisas habebimus vel exigemus ego aut heredes mei vel assignati aut homines nostri vel aliquis per nos vel nomine nostro imperpetuum. Ita plane quod non piscabimur in tota aqua predicta aut in aliqua ejus parte . nec inibi piscarias habebimus nec monachos impediemus aliquo modo ibidem piscari aut piscarias habere . nec ab aliis permittemus prepediri pro posse . hanc autem supradictam piscariam in parte et in toto infra predictas divisas cum omnibus suis pertinenciis prefate ecclesie B. M. de MARGAN et dictis monachis i. D. s. concessi confirmavi relaxavi et quietum clamavi in parte et in toto pro me et heredibus meis et assignatis imperpetuum. Ita quod nec ego nec heredes mei . vel assignati aut aliquis hominum nostrorum in tota dicta piscaria vel in aliqua ejus parte aliquid juris aut clamii poterimus decetero vendicare quovismodo. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum duxi apponendum.

Datum apud ROSSOULYN . tercio decimo die mensis Maii anno Domini millesimo ccc^{mo} tricesimo. Hiis testibus . domino ROGERO de CHAUNDOS tunc custode et vicecomite GLAMORGANCIE . magistro THOMA BLASTONE clerico domine PHILIPPE Regine ANGLIE . JOHANNE FLEMYNG' de Sancto GEORGIO . ROGERO de BERKEROLES . JOHANNE le NORREYS . LEWELINO ap KENEWREK . PHILIPPO le NERBERD . MATHEO le SOR' . MORGANO LOYTH' . CRADOKO ap ENER . THOMA de MERLAWE . WILLELMO KNOIL . ROGERO GRAUNT tunc ballivo comitatus de GLAMORGANCIA . et multis aliis.

Seal in dark green wax, ¾in. diam. A shield of arms, three chevrons, the seal of John Davene; crest, the Paschal Lamb.

The Paschal Lamb (the Lamb and Flag) was in general use as a crest among the descendants of Jestyn. This is the earliest known evidence for its use, if not for the use of chevrons as their arms.

For Le Sore see CXXIX., and CCCXVIII.

For the Le Sore pedigree see Sir S. Meyrick i. 13; Coll. *Top.* iii. 73; v., 19, 22; Rees Meyrick, p. 41; *Inquis. p. M.*, ii., 129; Hearne, *Liber Scacc.*, i., 161; Collinson's *Somerset*, ii., 118, 306, 320, 453, 545.

DCCCCXLIII.

NOTES OF ROYAL WRITS RELATING TO THE LANDS OF JOHN, SON OF RICHARD DE SUTTON, IN GLAMORGANSHIRE.

[P.R.O. R.]

19 May. 4 Edw. III. 1330.

1. Woodstock 19 May 4 Edward III. a writ to the Sheriff of Glam: and Morg: that John the son of Richard de Sutton Lord of Malpas 19 Januar: 20 Edward II. [1327] recognised in chancery a debt of £3,000 to John de Cherlton for which he is to levy to the value of £500 upon goods etc. of the said John de S. in his Bailiewick.

Enclosure.

I Roger de Chaundos vicecomes of Glamorgan and Morg: do notify that I have extended the lands which were of John son of Richard de Sutton Lord of Malpas on the 19 Januar: 20 Edward II. and [have] delivered the moiety of such tenements to Adam de Shareshull attorney of John de Cherlton.

2. Extent and certification of lands and tenements of John son of Richard de Sutton . Lord of Malpas made at Kaerdiff before the vicecomes of Glam: and Morg: 20 April 4 Edward III. by the oaths of Henry le Soor . Philip Gouwell . John de Halton . William Everard . John Trustrey . Richard de Southous . David ap Jenkyn . Roger de Hodenet . Madok Velyn . Peter ap Ywan . Thomas Henry and Thomas Laverok . who say that John son of Richard de Sutton had at the date of the writ a moiety of the manor of Dinas Powys where is a certain castle worth nil beyond reprises. Also 215 acres of arable 71s. 4d. . . . . . £7, 10, per annum. Down pasture worth 60s. A moiety of 2 water mills which moiety is worth 6 marcs. 50 acres bosc underwood worth 5s. Also 20 custumary tenants and a half who render yearly 5 marcs and 10d. Also free tenants paying by the year 33s. 4d. Also he had in Lanédarn which particular paid manor rents from divers tenants 12s. and six pence halfpenny. No goods or chattels.

DCCCCXLIV.

RECORD OF A PLEA IN THE GLAMORGAN COUNTY COURT BY THE ABBOT OF MARGAM AGAINST JOHN DE WOLEDON, RESPECTING SERVICE CLAIMED BY THE DEFENDANT FOR A TENEMENT IN BONVILLESTON.

[FRANCIS MS.]

MONDAY BEFORE ST. ANDREW'S DAY.
25 NOV. 4 EDW. III. 1330.

L.—Comitatus GLAMORGANIE tenta apud KAERDIF die Lune proxima ante festum Sancti ANDREE apostoli anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum quarto . . . . Coram PETRO de VEEL vicecomite GLAMORGANIE et MORGANNOK.

Abbas ecclesie beate MARIE de MARGAN optulit se versus JOHANNEM de WOLEDON in placito quod acquietet dictum abbatem de servicio quod JOHANNES le FLEMMYNG de Sancto GEORGIO ab eo exigit de libero tenemento quod de prefato JOHANNE de WOLEDON tenet in BONEVYLLESTON unde idem JOHANNES de WOLEDON qui medius est inter eos eum acquietare debet ut dicit. Et unde queritur quod pro defectu ejus distringatur. Et predictus JOHANNES de WOLEDON summonitus fuit et fecit defaltum per quod preceptum fuit quod attachietur. Et ballivus respondet quod nihil habuit in balliva sua per quod attachiari potuit per quod consideratum fuit quod dictus JOHANNES de WOLEDON distringatur. Et quod proclamacionem fieret in duobus plenis comitatibus quod predictus JOHANNES de WOLEDON veniret ad dictum abbatem acquietandum de servicio quod dictus JOHANNES le FLEMMYNG ab eo exigit etc. Et ballivus respondet quod nihil habuit in balliva sua per quod distringere potuit. Et proclamacio facta fuit in duobus plenis comitatibus videlicet in comitatu tento die Lune proximo ante festum omnium Sanctorum et in comitatu tento die Lune proximo ante festum Sancti ANDREE anno supradicto

et modo solempniter vocatus et non venit. Ideo consideratum est quod predictus JOHANNES de WOLEDON amittat servicium predicti abbatis et amodo et . . . respondeat sed quod predictus abbas predicto JOHANNI le FLEMMYNG de servicio suo decetero sit intendens et respondens. Et predictus JOHANNES de WOLEDON inde imperpetuum sit exclusus, etc.

Seal wanting.

DCCCCXLV.

ROYAL COMMISSION TO ROGER CHAUNDOS AND OTHERS ON BEHALF OF GILBERT DE TURBERVILL, A LITIGANT IN LANDIMOR MANOR IN GOWER.

[ROT. PAT. 5 EDWARD III., PARS 1, MEMBR. 40 DORSO.]

26 JAN. 1331.

Pro GILBERTO de TURBERVILL.—Rex dilectis et fidelibus suis ROGERO CHAUNDOS . JOHANNI INGE . HUGONI de LANGELOND et ADE LUCAS salutem. Monstravit nobis GILBERTUS de TURBERVILL per peticionem suam coram nobis et consilio nostro in presenti parliamento nostro exhibitam quod cum ipse in curia RICARDI de PESHALE et ALINE uxoris ejus de GOWER petivisset versus eosdem RICARDUM et ALINAM per breve ipsorum RICARDI et ALINE de forma donacionis secundum consuetudinem parcium illarum manerium de LANDIMOR in GOUWER cum pertinentiis quod MORGANUS CHA[M] dedit GILBERTO de TURBERVILL in liberum maritagium cum MATILLI filia ejusdem MORGANI et quod post mortem eorundem GILBERTI et MATILLIS et RICARDI filii predictorum GILBERTI et MATILLIS et PAGANI filii ipsius RICARDI prefato GILBERTO filio ejusdem PAGANI et consanguineo et heredi eorundem GILBERTI et MATILLIS descendere

debet per formam donacionis predicte et in eadem curia prosecutus fuisset pro justicia secundum leges et consuetudines partium illarum optinenda et licet nos pro eo quod idem GILBERTUS propter diversas cavillaciones et exceptiones in curia predicta minus juste propositas et injuriosas dilaciones inter ipsos RICARDUM et ALINAM et sectatores curie illius machinatas justiciam in loquela illa consequi non potuit ad querelam ejusdem GILBERTI pluries mandaverimus prefatis RICARDO et ALINE quod dicto GILBERTO inde fieri facerent justicie complementum iidem tamen RICARDUS et ALINA prefato GILBERTO in loquela predicta justiciam hucusque facere non curarunt set ei defuerunt in justicia exhibenda sicut ex querela ipsius GILBERTI accepimus iterata super quo idem GILBERTUS nobis cujus tamen instancia supplicavit ut ei de remedio providere curaremus in hac parte.

Nos igitur qui ratione superioris domini sumus omnibus et singulis de regno et dominiis nostris in exhibicione justicie debitores volentes dicto GILBERTO in hac parte justiciam exhiberi assignavimus vos tres et duos vestrum justiciarios nostros ad recordum et processum loquele predicte in curia predictorum RICARDI et ALINE habita in eadem rectari faciendum et ea plenius examinandum.

Ita quod si invenire contigerit ipsos RICARDUM et ALINAM eidem GILBERTO justiciam in eidem loquela fecisse ulterius inde per vos contra libertatem suam nullatenus attemptetur et si per vos inventum fuerit predictos RICARDUM et ALINAM prefato GILBERTO in loquela predicta in justicia exhibenda defuisse tunc in defectum ipsorum RICARDI et ALINE ad justiciam eidem GILBERTO in loquela illa faciendam secundum leges et consuetudines parcium illarum per vos procedatur.

Et ideo vobis mandamus quod vos tres vel duo vestrum ad curiam predictorum RICARDI et ALINE personaliter accedentes recordum et processum loquele predicte coram vobis tribus vel duobus vestrum rectari et examinari faciatis et si per recitacionem et examinacionem hujusmodi inveneritis predictos RICARDUM et ALINAM prefato GILBERTO justiciam in eadem loquela fecisse tunc inde nullatenus intromittatis et si per recitacionem et examinationem predictas inveniri contigerit ipsos RICARDUM et ALINAM eidem GILBERTO in exhibicione justicie in loquela

predicta defuisse sicut predictum est tunc vos tres vel duo vestrum in loquela illa procedatis et partibus inde plenam justiciam faciatis secundum leges et consuetudines supradictas in forma predicta.

Ei si forsan ad inquisicionem patrie in loquela illa capiendam fuerit procedendum et inquisicio illa per homines de dicta terra de Gower propter calumpnias rationabiles partium capi nequiverint tunc inquisicionem illam per sacramentum proborum et legalium hominum de partibus vicinis videlicet de comitatu Kaermerdyon et senescalciis terrarum de Cantre Maure et Cardigan ac terra de Glamorgan capiatis facturi inde quod ad justiciam pertinet secundum leges et consuetudines partium predictarum salvis etc. mandavimus enim prefatis Ricardo et Aline vel eorum loco tenenti in predicta terra de Gouwer quod ipsi ad certos dies et loca quos vos tres vel duo vestrum eis scire faciatis exhiberi faciant coram vobis tribus vel duobus vestrum in dicta curia recordum et processum loquele predicte examinandum in forma predicta et vobis tribus vel duobus vestrum ulterius in eadem loquela pareant et intendant et eisdem quod ipsi de predicta terra de Gouwer necnon vicecomite nostro comitatus predicti quod ipse de comitatu predicto et senescallis nostris senescalciarum predictarum quod ipsi de senescalleiis predictis ac dilecto et fideli nostro Willelmo la Zouche domino de Glamorgan quod ipse de dicta terra venire faciat coram vobis tribus vel duobus vestrum tot etc. legales homines per quos etc. et inquiri. In cujus etc.

Teste Rege apud Waltham Sancte Crucis xxvj. die Januarii.

Per peticionem de consilio.

DCCCCXLVI.

ROYAL WRIT TO RICHARD DE PESHALE AND EDMUND TRUSSEL, COMMISSIONED TO ENQUIRE INTO A ROBBERY OF GOODS AND JEWELS OF EDWARD II. AT SWANSEA, TO DELIVER UP THE GOODS AND CHATTELS OF ROBERT DE PENRES, KNT., INDICTED FOR THE SAME.

[CLOSE ROLL, 5 EDW. III., PARS 1, MEMBR. 8.]

18 JULY. 5 EDW. III. 1331.

Pro ROBERTO de PENRES de manucapcione.

Rex dilectis et fidelibus suis RICARDO de PESHALE et EDMUNDO TRUSSEL ad inquirendum de quibusdam bonis et jocalibus que fuerunt domini EDWARDI nuper Regis ANGLIE patris nostri apud SWAYNESEYE per quosdam malefactores captis et asportatis assignatis salutem.

Quia dilecti et fideles nostri JOHANNES BEEK' de comitatu LINCOLNIE, JOHANNES de RYTHER de comitatu EBORUM, GUIDO de BRIAN et GILBERTUS de TURBERVILL de SUTHWALLIA manuceperunt pro ROBERTO de PENRES milite de asportacione quorundam bonorum et jocalium predictorum coram vobis indictato de respondendo coram nobis seu alibi ad mandatum nostrum de bonis et jocalibus predictis ex premunicione quindecim dierum cum versus eum voluerimus inde loqui, vobis mandamus quod eidem ROBERTO bona et catalla sua per vos occasione indictamenti predicti arestata sine dilatione liberari faciatis per manucapcionem supradictam.

Teste Rege apud LINCOLNIAM XVIII. die Julii.

DCCCCXLVII.

ROYAL COMMISSION TO GILBERT TALBOT AND OTHER JUSTICES TO INSPECT THE CHARTER OF PRIVILEGES GRANTED BY WILLIAM DE BREWOSA TO THE MEN OF GOWER.

[ABB. ROT. ORIGIN. ROT. 29. 5 EDW. III.]

A.D. 1331—1332.

Rex assignavit GILBERTUM TALBOT . RADULPHUM BLOYON . JOHANNEM INGE et RICARDUM PENRES justiciarios Regis ad cartam quam WILLELMUS de BREWOSA nuper dominus de terra de GOWER concessisset abbatibus prioribus hospitelariis templariis militibus libere tenentibus etc. inspiciendum et examinandum et ad inquirendum etc. de omnibus transgressionibus oppressionibus etc., contra tenorem carte predicte hominibus predictis illatis, necnon etc.

DCCCCXLVIII.

ROYAL COMMISSION TO GILBERT TALBOT AND OTHERS, FOR TRYING RICHARD DE PESHALE AND ALINA HIS WIFE, WHO HAD OPPRESSED THE FREEMEN OF GOWER.

[ROT. PAT. 5 EDW. III. PARS 1, MEMBR. 36 DORSO.]

28 JAN. 1331.

De audiendo et terminando de diversis oppressionibus factis hominibus terre de GOWER.

Rex dilectis et fidelibus suis GILBERTO TALBOT . RADULPHO BLOYON . JOHANNI INGE et RICARDO PENRES salutem. Sciatis quod cum WILLELMUS de BREWOSA nuper dominus de terra de GOWER per cartam suam pro se et heredibus suis et suis assignatis omnibus abbatibus prioribus hospitelariis templariis militibus libere tenentibus et eorum tenentibus tam ANGLICIS quam WALENSIBUS infra precinctum comitatus ANGLICANE GOWERIE

inhabitantibus seu terram tenentibus diversas libertates tenendum et habendum sibi et successoribus suis seu heredibus et assignatis suis imperpetuum volens insuper et concedens pro se et heredibus et assignatis suis quod quandocumque ipse vel heredes sui vel assignati aliquem articulum ipsarum libertatum quacumque arte vel ingenio violarent contra dictas concessiones et libertates aut consuetudines seu illarum aliquam in quocumque articulo temere veniendo domino Regi ANGLIE in quingentis libris argenti nomine puri debiti necnon cui vel quibus ex hominibus predictis aut heredibus eorum injuriatum foret contra dicte carte tenorem in aliis quingentis libris argenti nomine puri debiti solvendis una cum dampnis sibi adjudicandis secundum parcium illarum consuetudinem infra dimidium annum a tempore transgressionis commisse quocienscumque facerent vel attemptarent quicquid contra premissa aut eorum aliqua se et heredes suos tenore ejusdem carte teneri et obligari ac jam ex frequentibus querelis diversorum hominum et tenencium terre predicte acceperimus quod RICARDUS de PESHALE et ALINA uxor ejus filia et heres prefati WILLELMI domini terre predicte de GOWER diversa transgressiones oppressiones injurias dampna et gravamina quamplurima tam per se et per ministros suos ibidem dictis hominibus et tenentibus contra formam libertatum et concessionum predictarum et contra leges et consuetudines ibidem habitas et hactenus usitatas multipliciter intulerunt et adhuc indies inferre non desistunt in ipsorum hominum et tenencium dispendium non modicum et depauperacionem manifestam de quibus quidem transgressionibus oppressionibus injurijs dampnis et gravaminibus dicti homines et tenentes in curia ipsorum RICARDI et ALINE pro eo quod premissa ipsos tangunt justiciam consequi non possunt super quo iidem homines et tenentes per peticionem suam coram nobis et consilio nostro in parliamento nostro exhibitam nobis supplicarunt ut eis de remedio in hac parte provideri curaremus nos igitur ad concessiones et penas predictas consideracionem habentes ac ratione superioris domini quo sumus omnibus et singulis de regno et dominiis nostris in exhibicione justicie debitores volentes tam pro nobis quam pro predictis hominibus et tenentibus in hac parte

justiciam exhiberi assignavimus vos tres et duos vestrum justiciarios nostros ad cartam predictam inspiciendum et examinandum et ad inquirendum per sacramentum etc. de dicta terra de Gower per quos etc. de omnibus transgressionibus oppressionibus injuriis dampnis et gravaminibus contra tenorem carte predicte hominibus predictis illatis necnon ad querelas omnium et singulorum eorundem hominum et tenencium de hujusmodi transgressionibus oppressionibus injuriis dampnis et gravaminibus conqueri volencium nisi iidem Ricardus et Alina vel eorum ministri ante adventum vestrum ad terram predictam eisdem hominibus et tenentibus inde faciant justicie complementum audiendum et terminandum secundum leges et consuetudines parcium illarum. Et ideo vobis mandamus quod vos tres vel duo vestrum ad terram predictam personaliter accedentes premissa omnia et singula faciatis et expleatis in forma predicta. Et si forsan inquisiciones per vos tres vel duos vestrum super premissis capiende vel aliqua earum per homines de terra predicta propter calumpnias rationabiles capi nequiverint tunc eas per sacramenta proborum etc. de partibus vicinis videlicet in comitatu Kaermerdyn et senescalleiis terrarum de Cantremaure et Cardygan et terra de Glamorgan ad certos etc. etc. quos vos tres vel duo vestrum ad hoc providentes capiatis et transgressiones oppressiones injurias dampna et gravamina predicta audiatis et terminetis in forma predicta facturi etc. secundum leges et consuetudines parcium illarum salvis etc. etc. Mandavimus enim prefatis Ricardo et Aline quod ipsi de terra predicta de Gower et vicecomiti nostro comitatus predicti quod ipse de eodem comitatu ac senescallis nostris senescalciarum predictarum quod ipsi de senescalciis suis necnon et Willelmo la Zouche domino de Glamorgan quod ipse de dicta terra de Glamorgan ad certos dies et loca quos vos tres vel duo vestrum eis scire faciatis venire faciant coram vobis tribus vel duobus vestrum tot et tales etc. de terris predictis per quos etc. etc. in premissis etc. etc. et inquiri. Et vobis tribus vel duobus vestrum in premissis omnibus et singulis pareant et intendant. In cujus etc. etc. Teste Rege apud Hertford xxviii. die Januarii.

Per consilium.

DCCCCXLIX.

POWER OF ATTORNEY BY WILLIAM LA ZOUSCHE, LORD OF GLAMORGAN AND MORGAN, TO GIVE POSSESSION OF LAND IN THE MANOR OF LLANGONETH TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

23 JUNE. 5 EDW. III. 1331.

WILLELMUS la ZOUSCHE dominus GLAMORGANCIE et MORGANCIE omnibus ad quos presentes littere pervenerint . salutem in Domino.

Cum nos de consensu et voluntate ALIANORE karissime consortis nostre dederimus et concesserimus Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et m. i. D. s. unam acram terre in manerio nostro de LANGUNETH' et advocationem ecclesie Sancti CUNITI ejusdem manerii cum sanctuariis et capellis adjacentibus prout in carta nostra inde confecta plenius continetur . Nos vero per presentes assignavimus et loco nostro posuimus dominum HOWELUM ap HOWEL vicecomitem nostrum GLAMORGANCIE et ROBERTUM de WESTERNE constabularium de KENEFEG' ad ponendum dilectos nobis in CHRISTO . . abbatem de MARGAN et ejusdem loci conventum in plenariam et pacificam seisinam de predicta terra advocacione et omnibus aliis suis pertinentiis antedictis tenendum secundum formam carte sue inde confecte. In cujus rei testimonium has literas nostras predictis vicecomiti nostro et ROBERTO de WESTERNE fieri fecimus patentes sigillo nostro consignatas.

Datum apud KERDIF' vicesimo tertio die Junii anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum quinto.

Seal, an elegantly designed oval, in dark green wax, 1⅝in. diam. A central shield of arms, 10 roundels, 4, 3, 2, 1 for ZOUCHE, placed in a quatrefoil of decorated tracery, in each foil a small shield of three chevrons for CLARE.

Legend—'. . . . . LA ZOUCHE.'

Endorsed in late handwriting—' Acra in Langoned.' ' Langoned geven longe after Havodhalock. 23 Junii anno Domini 1331.'

DCCCCL.

FINAL CONCORD WHEREBY WILLIAM LA ZOUSCHE, LORD OF GLAMORGAN AND MORGANNOK, AND ALIANORA, HIS WIFE, WARRANT TO THE ABBOT AND CONVENT OF MARGAM THE ADVOWSON OF THE CHURCH OF ST. CUNIT, AT LANGUNITH.

[MARGAM CHARTER.]

MONDAY BEFORE ST. MARGARET'S DAY. 20 JULY. 5 EDW. III. 1331.

Hec est finalis concordia facta in comitatu domini WILLELMI la ZOUSCHE domini GLAMORGANCIE et MORGANNOK' tenta apud KAERDYF die Lune proxima ante festum Sancte MARGARETE virginis anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum quinto . Coram HOWELO ap HOWEL vicecomite GLAMORGANCIE et MORGANNOK et aliis dicti domini WILLELMI fidelibus tunc ibidem presentibus . inter abbatem ecclesie beate MARIE de MARGAN et ejusdem loci conventum querentes et WILLELMUM la ZOUSCHE et ALIANORAM uxorem ejus impedientes . de una acra terre et advocacione ecclesie de Sancti CUNITI de LANGUNYTH cum pertinenciis in eadem villa unde placitum warantie carte summonitum fuit inter eos in eodem comitatu scilicet quod predicti WILLELMUS et ALIANORA recognoverunt predictam acram terre cum advocatione ecclesie predicte cum pertinenciis esse jus ipsorum abbatis et conventus et ecclesie eorundem antedicte ut illa que iidem abbas et conventus habent de dono predictorum WILLELMI et ALIANORE. Et illa remiserunt et quietum clamaverunt de se et heredibus suis predictis abbati et conventui et eorum successoribus et ecclesie eorundem antedicte imperpetuum. Et predicti WILLELMUS et ALIANORA et heredes ipsius ALIANORE dictam acram terre cum advocatione ecclesie predicte cum pertinenciis predictis abbati et conventui et eorum successoribus contra omnes gentes warantizabunt imperpetuum. Et pro hac recognicione remissione quietum clamacione warantia fine et concordia iidem abbas et conventus dederunt predictis WILLELMO et ALIANORE unum esperuarium sorum.

Deed indented on top and right-hand side.

DCCCCLI.

INQUISITION *AD QUOD DAMNUM* RESPECTING THE FOUNDATION BY HENRY DE GOWER, BISHOP OF ST. DAVID'S, OF A CHANTRY IN SWANSEY CHURCH.

[P.R.O. INQUIS. P. MORT. 5 EDW. III., 2ND NOS. 177.]

FRIDAY BEFORE S. THOMAS' DAY. 21 DEC. 5 EDW. III. 1331.

[Inquisicio capta apud] SWEINESEY coram JOHANNE GYFFARD locum tenente domini GILBERTI TALBOT justiciarii SUTH WALLIE die Veneris proxima ante festum Sancti THOME apostoli [anno regni Regis EDWAR]DI tercii post conquestum quinto, per sacramentum MEREDUCI ap JEUAN ap CRATHRO, LEWELIN VACHAN de MAYNERGEYN, JEUAN . . ACH ap . . . . DIC ab ELYDIR, WILLELMI du RACHRE, WALTERI RANDOLF, JOHANNIS filii WALTERI, JEUAN COCH ap WILLIM, LEWELIN ap WAL . . , WILLELMI . . . . , LEWE]LIN DUN, et RES ap PHILIP ap ITHEL, virtute cujusdam brevis de cancellaria eidem justiciario seu ejus locum tenenti directi ad inquirendum [ad quod dampnum seu prejudicium sit] domini Regis aut aliorum si idem dominus Rex concedat venerabili patri magistro HENRICO de GOUHERIA episcopo MENEVENSI quod ipse quinque [mesuagia] . . . . . [molendina et] ducentas et quadraginta acras terre, viginti acras prati, octo acras bosci, duodecim acras vasti, et medietatem unius mesuagii cum pertinentiis in GOU[HERIA et advocacionem ecclesie Sancte] MARIE de SWEINESEY dare possit et assignare tribus aut quatuor capellanis divina pro anima ipsius episcopi et animabus patris et matris [ejusdem episcopi et animabus] omnium fidelium defunctorum apud SWEINSEY singulis diebus celebraturis necnon sustentacioni quorundam pauperum eis per dictos capellanos ministrand . . . . eisdem capellanis et successoribus suis capellanis divina ibidem sicut predictum est singulis diebus celebraturis necnon a sustentacione eorundem pauperum [im] perpetuum necne. Qui jurati dicunt per sacramentum suum quod non est ad

dampnum vel prejudicium domini Regis si predicta mesuagia, molendina, et prefate ducente et quadraginta acra terre, viginti acre prati, octo acre bosci, duodecim acre vasti, et medietas unius mesuagii cum pertinentiis in Gower concedantur predicto Henrico episcopo capellanis divina celebraturis et sustentacioni pauperum ut predicitur nec alterius cujuscunque, nisi ad dampnum domini Johannis de Mombray domini de Gouherie videlicet novem solidos et novem denarios et obolum per annum.

Dicunt etiam quod non est ad dampnum vel prejudicium domini Regis nec alterius cujuscunque si advocacio dicte ecclesie [concedatur] eidem domino episcopo pro predictis capellanis divina celebraturis et sustentacione dictorum pauperum ut premitittur, eo quod dicta ecclesia longo tempore preterito de cujus lapsu dicti jurati ignorant per quemdam Willelmum de Breaose tunc dominum Gowerie data fuit abbati ecclesie Sancti Taurini et monachis de Langenyth et successoribus imperpetuum in proprios usus et in puram et perpetuam elemosinam. Et dicta ecclesia per nunc abbatem et monachis loci predicti concessa est predicto Henrico episcopo ad dictas cantariam et sustentacionem dictorum pauperum sustentandas.

Dicunt etiam quod predicta mesuagia, molendina, terre, prata, bosci, vasta et medietas mesuagii tenentur de dicto domino Johanne de Mombray domino Gouherie per redditum septem solidorum novem denariorum et obol*um*[1] annuatim . et per sectam ad curiam ipsius Johannis que secta valet per annum ij^{s} pro omni servicio. Et dicta ecclesia tenetur de dicto domino Johanne de Mombray in puram et perpetuam elemosinam prout superius notatur.

Dicunt etiam quod predicta mesuagia, molendina, terre, prata, bosci, vasta, et medietas mesuagii valent per annum in omnibus exitibus juxta verum valorem eorundem lxv^{s} ultra reprisas. Dicta vero ecclesia valet per annum juxta verum valorem ejusdem x^{s} et est perpetuus vicarius ibidem institutus qui percipit terciam partem omnium obvencionum dicte ecclesie.

Dicunt etiam quod nullus est medius inter dominum Regem et prefatum Henricum episcopum de predictis mesuagiis molendinis terris pratis boscis vastis et medietate mesuagii et advocacione ecclesie predicte nisi dominus Johannes de Mombray dominus Gouherie.

Dicunt etiam quod octo mesuagia dimidium, octo curtillagia, quadraginta acre terre, decem acre prati, duo gurgites, et passagium aque de Tawe remanent eidem Henrico episcopo ultra donacionem et assignacionem predictam in predicta terra de Gouheria.

Dicunt etiam quod predicta octo mesuagia dimidium, octo curtillagia, quadraginta acre terre, decem acre prati, duo gurgites et passagium aque predicte tenentur de predicto Johanne de Mombray domino Gouherie per servicium septem solidorum sex denariorum et vij. librarum cumini precii i^{d}. *ob.* et per sectam ad hundredum de Sweynseia de quindena in quindenam et sectam ad comitatum ibidem de mense in mensem que secte valent per annum xij. denarios pro omni servicio. Et predicta tenementa eidem Henrico episcopo remanentia ultra donacionem et assignacionem predictas valent per annum $xxvij^{s}$. ij^{d}. ultra reprisam et sufficiunt ad consuetudines servicia et ad omnia alia onera ut in sectis visibus franci plegii auxiliis et aliis quibuscunque oneribus sustinenda prout superius est expressum.

Dicunt etiam quod heredes ipsius Henrici in assisis juratis et aliis recognicionibus quibuscunque poni possunt prout antecessores sui ante donacionem et assignacionem predictas poni consuverunt . et quod patria per donacionem et assignacionem predictas in defectu heredis ipsius Henrici episcopi magis solito non onerabitur nec gravabitur.

In cujus rei testimonium predicti jurati huic inquisicioni sigilla sua apposuerunt.

Datum die et anno supradictis.

(1) Should be *ob.ob.*